OTECA VITT. EMANUELE
37
47 . B
25
NDO EBORENSE
MAG 324

BIBLIOTHECAE HISTORICAE SELECTAE STRVVIO-BVDERIANAE

TOMVS II.

BIBLIOTECA VITTORIO EMANUELE ROMA

Digitized by Google

CAPVT DECIMVM SEPTIMVM

DE

SCRIPTORIBVS GERMAN. PARTICVLARIBVS ECCLESIARVM CVMPRIMIS GERMANIAE.

§. I.

ECcleſiarum Germaniæ fere omnis inſigniter exculta fuit diligentia doctiſſimorum hominum, hiſtoria, eo feliciori ſucceſſu, quia in Eccleſiarum monaſteriorumque Archiuis atque ſcriniis, præclara ad res has ornandas recondita fuere ſubſidia, quæ felici noſtro & hiſtorico æuo, honeſta quadam æmulatione quaſi exorta, in lucem producuntur. Sæculo iam XVI. inſtauratis auſpicato hiſtoricis ſtudiis

de omnibus *Germaniæ Epiſcopatibus* magnum Opus ſeptem *Metropoles* complexum, *Moguntinenſem*, nimirum *Colonienſem*, *Treuirenſem*, *Magdeburgenſem*, *Salisburgenſem*, *Bremenſem* atque in Liuonia *Rigenſem*, molitus fuit CASPAR BRVSCHIVS, cuius tamen *Prodromus* ſaltim editus, ſub titulo: *Epitome magni Operis de omnibus Germaniæ Epiſcopatibus, Norimbergæ* 1549. 8. atque inſerta IOANNIS GVALTERII ſ. *Iani Gruteri*, *Chronico Chronicorum Eccleſiaſtico Politico, Francofurti* 1614. 8. *mai.* edito. Quo in Opere & alii *Epiſcoporum Germaniæ Catalogi* exhibentur, vtpote: *Fabianenſium* ſiue *Viennenſium* ab an. C. 466. e *Lazio* p. 1109 Abbatum *Fuldenſium*, ex *Pronuerio*, p. 1117. Archi-Epiſcoporum *Bremenſium* ex *Cranzio*, p. 1129. *Verdenſium* p. 1133. *Halberſtadenſium* p. 1136. *Magdeburgenſium* p. 1139. *Raceburgenſium* p. 1142. *Merſeburgenſium* p. 1144. *Salisburgenſium* e *Io. Alb. Widmannſtettero*; *Friſingenſium* p. 1157. *Olomucenſium* collectore *Auguſtino Morauo* p. 1176. atque Fr. PETRI MERSSAEI, *Cratepolii*, Minoritæ *Electorum Eccleſiaſticorum* i. e. *Colonienſium*, *Moguntinenſium* ac *Treuirenſium Catalogus*, & ſuccincta rerum a ſingulis geſtarum narratio, Epiſcoporum item, qui ſub Archi-Epiſcopatu *Colonienſi* ſunt, *Leodienſis*, *Vltraiectenſis*, (qui hodie Seculo addictus) *Monaſterienſis*; *Oſnabrugenſis*, ac *Mindenſis*, (hodie Secularis Principatus) ſeries. Singulatim edita *Coloniæ Agr.* 1580. 8. *Germaniæ Sacræ* adornandæ, quod aliæ Europæ gentes multa cum laude perfecerunt, initia cœpit doctiſſimus inter Socios Ieſu Vir P. MARCVS HANSIZIVS, cuius *Germaniæ Sacræ* Tomi Duo extant *Auguſtæ Vindelicorum* 1727. *f.* editi, quibus Metropolin *Laureacenſem*, exhibuit inprimisque

de

de Patauienſi Epiſcopatu commentatus. Cuius operis felicem optamus elaborationem ſimilem Galliæ Sacræ Fratrum Sanmarthanorum. Ipſam Eccleſiæ Germanicæ Politiam per Metropoles ordinatam, ortum & progreſſum Hierarchiæ per Germaniam breuiter quidem ſed erudita accuratione exhibuit illuſtris Vir IOANNES IACOBVS MASCOVIVS Diſſertatione *de Primatibus, Metropolitanis, & reliquis Epiſcopis Eccleſiæ Germanicæ, Lipſiæ 1729. 4.* qua continentur Catalogi Archi-Epiſcoporum Moguntinorum ac duodecim aliorum Epiſcopatuum, qui Moguntino ſunt ſuffraganei, item Babenbergenſis Epiſcopatus ab omni iugo Archiepiſcopali exempti. CASPAR porro BRVSCHIVS edidit *Monaſteriorum Germaniæ præcipuorum ac maxime illuſtrium Centuriam Primam, Ingolſtadii 1551. f.* in qua origines, annales & celebriora cuiusque Monaſterii monumenta recenſentur, iterum edita, ſub elogio: *Chronologiæ Monaſteriorum Germaniæ præcipuorum ac maxime illuſtrium, Sultzbaci 1682. 4. Supplementum Bruſchianum*, Scriptore *Bruſchio*, editum promotore DANIELE NESSELIO Cæſaris Bibliothecario, *Viennæ 1692. 4.* cuius inſcriptio *Centuriam* quidem Monaſt. præfert, quæ non eſt impleta. Adiecti Catalogi Epiſcoporum *Viennenſium, Neoſtadienſium, Patav.* & *Salisburgenſium.* Tangit & argumentum hoc GABRIEL BVCELINVS, qui in *Germania* ſua *Topo-Chrono-Stemmatographica* etiam *Germaniæ ſacræ* partes geminas exhibet, quarum priori Archi-Epiſcopos, Epiſcopos, Abbates, Præpoſitos legitima ſucceſſione ſacris impoſitos cathedris ex ordine deſcribit, eorundemque ſubinde merita compendioſe deſignauit. Poſteriori vero *Monaſteria* diuerſorum Ordinum, Abbatiali plerumque dignitate inſignia

gnia recenſet, fundatores, conditores & patronos ſimul indicans. CAROLVS quoque STENGELIVS *Monaſteriologiam* ſcripſit, in qua inſignium aliquot Monaſteriorum familiæ S. Benedicti in Germania, origines, fundatores clarique viri ex iis oriundi deſcribuntur, *Auguſtæ Vindelicorum 1619. f.* Idem egit GABRIEL BVCELINVS *in Aquila Imperii Benedictina*, qua monachorum ordinis Benedicti merita in vniuerſum Imperium adumbrauit, *Venetiis 1651.* 4. CHRISTIANVS FRANCISCVS PAVLINI, vir antiquarum Germaniæ rerum peritiſſimus, in *Diſſertationibus hiſtoricis*, quæ prodierunt *Gieſſæ 1694. 4.* variorum *Monaſteriorum* diuerſi ordinis in Diœceſi Paderbornenſi, Monaſterienſi, Mindenſi, Moguntinenſi & Ferdenſi origines, fundationes & donationes expoſuit. Huc facit etiam BERNHARDI a MALLINCROT tractatus eruditiſſimus *de archicancellariis S. Romani Imperii*, in ſylloge *Wenckeriana*, qua *collecta Archiui & Cancellariæ Iura* extant, recuſus, quo potiſſimum iura & hiſtoriam trium Archiepiſcoporum Germaniæ atque Electorum eccleſiaſticorum deſcribit.

§. II.

Progredimur ad Archiepiſcopatuum, Epiſcopatuum & Monaſteriorum Germaniæ Scriptores cumprimis Sedis eminentiſſimæ Archiepiſcopatus *Moguntini*. *Scriptorum Rerum Moguntinarum Tres Tomos*, inſigni cura B. GEORGII CHRISTIANI IOANNIS conductos iam ſupra *p. 842.* inter Vniuerſales Scriptores Germanicos, recenſuimus. Extra hoc corpus ſingulatim extant: MARTINI ZEILLERI *Topographia Archiepiſcopatus Moguntini*, *Francofurti 1641. 1646. f.* cui acceſſit appendix *1654. f.* cum figuris æneis MATTHIAE MERIANI. IOANNES HVTTICHIVS *Colle-*

Collectanea Antiquitatum in vrbe & agro Moguntino repertarum conduxit, *Moguntiæ 1520.* in ædibus *Ioa. Schœfferi* & *1525. f.* quibus XIV. monumenta Antiquitatis Romanæ atque inprimis Monumentum Druſi Germanici exhibentur, extant hæc quoque Tomo III. Coll. B. *Ioannis.* Sic etiam editum *Apographum Monumentorum Moguntinenſium*, ſeu *præcipuorum epitaphiorum deſcriptio*, *Moguntiæ 1622. f.* In antiquiori hiſtoria habemus CONRADI ſiue potius CHRISTIANI *Chronicon vetus rerum Moguntiacarum*, quod apud *Reuberum* atque *Vrſtiſium* extat. Prodiit primum *Baſileæ* ex officina *Heruagiana 1532. f.* Iam Tom. II. p. 97. Collectionis *Iohanneæ* comparet, quo hiſtoria Moguntina ab anno 1140. ad 1250. deducitur: acceſſit priuilegium ciuibus Moguntinenſibus ab Adalberto Archiepiſcopo conceſſum anno 1135. Ex recentioribus habemus NICOLAI SERARII *rerum Moguntiacarum* ab initio vsque ad Ioannem Suichardum libros V. *Moguntiæ 1605.* alii in ſuis exemplis an. *1604.* habent 4. & nunc Tomum *Primum* Collectionis Scriptor. *Rerum Moguntinar.* faciunt, cum egregia tamen B. *Ioannis* continuatione & diligentiſſimis Annotationibus, quibus Serarius illuſtratus, ſuppletus, emendatus. Occupatus laudabiliter in eadem hiſtoria fuit GEORGIVS HELWICHIVS. Scripſit ille *Elenchum Nobilitatis Moguntinæ*, ſiue, *omnium Prælatorum & Canonicorum Eccleſiæ Moguntinæ Metropolitanæ a primordio ad an. 1623. Moguntiæ 1614. 4.* *Icones XIII. Electorum Moguntinorum, Francofurti 1624. f.* Eiusdem eſt *Narratio hiſtorica de diſſidio Moguntinenſi, quod fuit inter duos Archiepiſcopos, Dietherum Iſenburgium & Adolphum Naſſouium Comites, de archipræſulatu contendentes:* ac de vrbis illius expugnatione, direptione & deuaſtatione lamentabili anno

ne,

1462. ipſa SS. Simonis & Iudæ, Apoſtolorum vigilia facta, aliisque circa eandem in Moguntino territorio eodem tempore geſtis recuſa *Moguntiæ 1715. 8.* & *Tomo II. S. R. M.* vbi & alia *Helwichii* Opuſcula, exceptis Iconibus, proſtant. Iam ſupra indicat PETRI MERSSEAEI *Electorum eccleſiaſticorum Moguntini, Treuirenſis & Colonienſis a primis, vsque ad eos, qui iam præſident, Catalogus, Coloniæ 1580. 8.* Germanico idiomate extat, ſed non magni momenti: *Mayntziſche Chronic, ſambt Beſchreibung aller Biſchöffe, Ertzbiſchöffe und Churfürſten und ihren Wappen mit zugehœrigen Farben illuminiret, Francofurti 1613. 4. Kurtzgefaſte Lebens-Beſchreibung aller Biſchöffe, Ertzbiſchöffe und Churfürſten Wappen, Francofurti 1630. 4.* AEGIDIVS PERIANDER *de Nobilitate Moguntinæ diœceſeos* ſcripſit, *Moguntiæ 1568. 8.* IOANNES MAVRITIVS GVDENVS *Hiſtoriam Erfurtenſem* dedit *Erfurti 1675. 8.* qua omnem vrbis hiſtoriam ab origine ſua, vsque ad ea tempora, quibus in ditionem Moguntinam ſuperiori ſeculo peruenit, deſcribit, ſed Moguntinis nimium fauet. Extat quoque *T. II. S. R. M. Ioanneo* p. 123. cuius narrationibus in multis oppoſita *Nachricht von der Stadt Erffurt, Francofurti 1713. 8.* ex optimis ſubſidiis compoſita, auctore *Weinrichio*, qua Iura Domus Saxonicæ in Vrbem agrumque aſſerta.

§. III.

Treuirenſis Hiſtoriæ fontem præcipuum exhibent, *Geſta Treuirorum*, quæ *Golſchero* adſcribuntur a quibusdam, ſed plures Monachos S. Matthiæ auctores habent, & edita primum a LVCA DACHERIO *Spicilegio Tomo XII.* p. 196. Edit. primæ & *Tomo II.* p. 208. Edit. ſecundæ, quibus res quædam ad Treuirim ſpectantes ab An. C. 30. ad an. 1132.

conſignata. *Eadem*, ſed non reſectis antiquioribus exhibuit LEIBNITIVS in *Acceſſionibus Hiſtoricis* T. I. quæ editio ab anno ante Vrbem conditam 1200. exordium ducens Treuirenſium Archi-epiſcoporum geſta ad an. C. 1132. proſequitur. Vix inter ſe ambæ diſcrepant Hiſtoriæ resque fere easdem iisdem verbis vtraque enarrat, niſi quod Leibnitiana fuſius ea deſcribit, quæ de Treuiris Iulius Cæſar retulerat. Omnium optime hæc *Geſta Treuirenſium Archi-Epiſcoporum ab Anno Chriſti 880.* omiſſis bono conſilio incertis ad ann. 1455. ex Codice MSCto inſignis Monaſterii S. Maximini, produxerunt Domni EDMVNDVS MARTENE & VRSINVS DVRAND *Veterum Scriptorum & Monumentorum ampliſſima collectione, Tomo IV.* p. 146. qua in editione Geſta primorum Archi-Epiſcoporum, quæ in vtraque priori editione aut omnino fabuloſa, aut valde incerta, aut breuius perſtricta ſunt, omiſerunt & ab an. 880. quo Treuiros vaſtauere Normanni, editionem ſuam orſi, a quo tempore certior decurrit hiſtoria pluraque hæc editio complectitur Diplomata, quæ in Dacheriana & Leibnitiana deſiderantur. Sequitur p. 454. Appendix, qua exhibentur: *Libellus*, *de propugnata aduerſus Archi-Epiſcopum Treuirenſem libertate Epternacenſis monaſterii, deque inſtitutione feſti commemorationis Sancti Willibrordi.* &c. p. 467. *Declaratoria contra Henricum Treuirenſem Præſulem electum qui Pallio non habito Archi-Epiſcopum ſe in literis nominauit & ſacris immiſcuit.* p. 505. *Fragmentum Chronici S. Matthiæ Treuirenſis*; & *Breue Chronicon Epternacenſe*, p. 509. *Aliud breue Chronicon Epternacenſe*; *ſeu prioris Continuatio* p. 517. aliud *breue Chronicon*, ex MSCto Prumienſi. Nec heic omittendum Eadem *Geſta Treuirorum* ſeu *Hiſtoriam Treuiren-*

virenſem ex Codice S. Matthiæ Treuirenſis, collato cum antiquiori, qui veluti baſis fuit huius hiſtoriæ, edidiſſe AVGVSTINVM CALMET inter Probationes *Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ & Ciuilis Lotharingiæ*, editæ *gallice à Nancy 1728. f.* Tomo I. Probationum, qui etiam omiſit priora XIX. Capita, atque capita XXII. XXIII. XXIV. & XXV. vtpote non niſi fabuloſa ſreferentibus. IOANNES quoque GEORGIVS ECCARDVS *Corporis Hiſtoriæ medii æui* T. II. p. 2198. *Geſta* exhibuit *Sex Archi-Epiſcoporum Treuirenſium*, ſed ex apographo in multis mendoſo, in quo multa ſcitu digna deſiderantur, quæ in Editione doctiſſimorum Benedictinorum, iam laudata, leguntur. *Chronicon Treuirenſe* ab V. C. vſque ad annum 1146. quo graue & diuturnum bellum inter *Adelberonem* Archi-Epiſcopum *Treuirenſem* & *Henricum* Comitem *Namurcenſem* deſcriptum eſt, ex Bibliothecæ Vindobonenſis Codice edere promiſit Lambecius, ſed non præſtitit. GVILIELMVS KYRIANDER, Syndicus Treuirenſis, ex ipſis vt conſcribit Archiuis deſcriptos dedit *Annales ſiue Commentarios de origine & ſtatu antiquiſſimæ Ciuitatis Auguſtæ Treuirorum*, quos primum Maximiliano II. in Comitiis Ratisbonenſibus anno 1576. eodem anno *Coloniæ* ſecreto impreſſos exhibuit, vt ciuitatis cauſſam, quæ ipſi cum Archi-Epiſcopo Treuirenſi de ſuperioritate intercedebat, defenderet, qui poſtea iterum *Biponti 1603. f.* alia exempla habent, *1609. 1625. f.* titulo forte mutato, editi fuerunt cum fiſco eſſet addicta prior editio, ſatagente Iacobo Archi-Epiſcopo quibus vrbis antiquitatem atque hiſtoriam a prima origine anno Mundi 1966. vſque ad ſua tempora 1567. eo fine deſcribit, vt immediatum vrbis ſtatum comprobaret. Hunc autem librum non ſolum prohibuit

hibuit Treuirenſis elector, ſed etiam eidem oppoſuit *Antiquitatum & Annalium Treuirenſium* libros XXV. *duobus Tomis* comprehenſos, auctoribus CHRISTOPHORO BROWERO & IACOBO MASENIO, quorum ille *Paraſceuen* cum *Libris XXII. Annalium* ab an. C. 270. ad an. C. 1600. ſcripſit, hic præter *Additamenta Paraſceues* & Hiſtoriæ *Tres* reliquos Annalium *Libros*, vsque ad a. C. 1652. cum luculentis Indicibus adiecit, *Leodii 1670. f.* Nobile hoc eſt hiſtoriæ atque antiquitatum Germaniæ monumentum, olim quidem per Bernhardum Gualterum *Coloniæ* anno *1626. f.* editum, ſingulari tamen fato ſuppreſſum, nec publici iuris factum. In eodem autem a prima gentis Treuirorum origine eorundem antiquitates & geſta ſecundum annorum ſeriem egregie perſequitur auctor, atque ad vniuerſam tractatus Moſellani hiſtoriam quamplurimum facit. In recentioribus ſæpe contra *Kyriandrum* agit, nimium ciuitati Treuirenſi tribuentem. In continuatione eleganter quidem ſcripta, eam quam Browerus adhibuit haut reperies grauitatem. Præſtantiſſimi Operis, rerumque maxime memorandarum breuem enarrationem idem fecit IACOBVS MASENIVS, quæ inſcripta: *Epitome Annalium Treuirenſium*, editaque *Auguſtæ Treuirorum 1676. 8.* quæ perrara eſt, & perducta ad an. 1672. acceſſit *Anonymi* Auctuarium duodecim plagularum, quo triſtia fata, quæ vrbem & Archiepiſcopatum Treuirenſem a. 1673. 74. 75. preſſerunt, exponuntur. IOANNIS SCHECKMANNI *Medulla geſtorum Treuirenſium* a *Zeillero* laudatur. Sic etiam IOANNIS LVCKII *Chronicon Treuirenſe* in manuſcripto adhuc latet. MARCVS HANSIZIVS Socius Ieſu eruditus *Hiſtoriam Archiepiſcopatus Treuirenſis* condidit, quam tamen Germaniæ Sa-

cræ arduum opus adgreſſus nondum edidit. HVBERTVS THOMAS LEODIVS *bellum inter Trevirenſem Archiepiſcopum & Franciſcum a Sickingen* deſcripſit, quod in Tomo Tertio Freheri extat. PETRI MERSSAEI *Catalogum Epiſcoporum Trevirenſium* in Moguntinis iam adduximus. IACOBI MELBAEI ſiue vti alii nominant MILAEI *Syluam Academicam, ſ. de antiquitate vrbis & academiæ Treuirenſis Librum, Treuiris 1658. 8.* editum nunquam vidi. Vicina Vrbi Treuirenſi inſignis Abbatia *S. Maximini* olim immediata. Pro cuius ſtatu landſaſſico, ſcriptus, iuſſu Archi-Epiſcopi libellus hoc titulo: *Archi-Epiſcopatus & Electoratus Treuirenſis, per refractarios Monachos Maximinianos aliosque turbati, Auguſtæ Treuirorum 1633.* 4. cui oppoſita, exarata pro libertate & immedietate: *Defenſio Abbatiæ S. Maximini per* NICOLAVM ZYLLESIVM eiusdem Abbatiæ officiorum Præfectum ſupremum, ſine loci tamen mentione: *ediderunt Religioſi Fratres Imperialis Monaſterii S. Maximini iuxta Muros Treuirenſes Anno 1638. f.* quædam exempla *Coloniam Agrippinam* præferunt, qua reſpondetur libello, contra præfatam Abbatiam ab Autore Anonymo a. 1633. Treuiris edito. Vterque eſt rariſſimus & Zylleſianus egregia Diplomata dat, ac Sigilla ſcite æri inciſa exhibet. In eadem Diœceſi eſt *Monaſterium Hemmenrodenſe*, de quo habemus NICOLAI HEESII *Manipulum rerum memorabilium Clauſtri Hemmenrodenſis ordinis Ciſtercienſis in Archidiœceſi Treuirenſi, Coloniæ 1641. f.*

§. IV.

Ad Hiſtoriam Archi Epiſcopatus *Colonienſis* faciunt *Annales breues Colonienſes*, quas ex MSCto Bibliothecæ Metropolitanæ Coloniæ editos ſubiecit

iecit IOANNES GEORGIVS ECCARDVS *Hiſtoria Franciæ Orientalis Tomo II.* vbi & *Catalogus Epiſcoporum Colonienſium*, extat. Magna diligentia ex inſigni monimentorum Colonienſium apparatu, quem *Ioannes* & *Ægidius Gelenii*, fratres, conduxerant, decerpti ſunt AEGIDII GELENII *de admiranda ſacra & ciuili magnitudine Coloniæ Agrippinenſis Libri IV. Coloniæ 1645. 4.* quorum Libro I. de origine Vrbis & Epiſcopatus deque vita & memorabilibus Archi-Epiſcoporum & Electorum vsque ad Maximilianum Henricum; L. II. de Nobilitate Prouinciæ Colonienſis, inſertis C. nobilium familiarum inſignibus; Lib. III. de Collegiis, Templis ceterisque locis ſacris & reliquiis Sanctorum; Lib IV. denique de diebus feſtis Vrbis Metropoleos, copioſa fit expoſitio. Commentarii hi Geleniani hodie non vbiuis ſunt obuii. Coniungendus his, Liber inſignis cura Geleniana itidem productus, ſub titulo: *S. Engelbertus Archi-Epiſcopus Colonienſis, cum Annalibus ſuæ ætatis ex Archiuis depromptis, Coloniæ 1633. 4.* quo Vita *S. Engelberti* per CAESARIVM Heiſterbacenſem ſcripta, quam & *Surius* T. VI. A. S. p. 148. exhibet, ſed non ſinceram, cum notationibus vtriusque *Gelenii* ſiſtitur illuſtrata, ſimulque rebus familiarum nobilium Colonienſium multa lux accenditur. Acceſſit Precioſa Hierotheca ſ. Deſcriptio Tumbæ ſplendidæ ſepulcralis, *Ferdinandi* Electoris ſumptibus a. 1633. paratæ. Extant & aliæ antiquorum Sanctorum *Coloniæ* Antiſtitum Vitæ *S.* nimirum *Cuniberti* auctore Anonymo in Sylloge *Surii* ad 12. Nov. Vita *S. Brunonis* auctore ROGERIO apud *Surium* ad 11. Nov. & emendatior Tom. I. *Script. Rer. Brunſuic. Leibnitii* p. 273. *Vita S. Heriberti* auctore RVPERTO Abbate Tuitienſi, Tomo II.

 Oper.

Oper. *Ruperti*. Eadem *Heriberti Vita*, verſibus elegiacis compoſita per MATTHAEVM AGRICIVM prodiit *Coloniæ 1572. 8.* De *Sanctis Virginibus Colonienſibus* varia compilauit AVBERTVS MIRAEVS *Antwerpiæ 1608. 4.* & qui talia amat plura fabuloſa reperiet in HERMANNI CROMBACH *Vita & Martyrio S. Vrſulæ & ſociarum vndecim millium Virginum*, *Coloniæ 1647. f.* ERHARDI WEINHEIMII *ſacrarium Coloniæ Agrippinæ*, ſ. deſignatio Eccleſiarum Colonienſium, *Coloniæ 1607. 4.* templa & reliquias deſcribit. STEPHANI BROELMANNI *Epideigma*, *ſ. ſpecimen Hiſtoriæ veteris omnis & puræ florentis atque amplæ Ciuitatis Vbiorum & eorum ad Rhenum Agrippenſis Oppidi, quod poſt Colonia Claudia Aug. Agrippenſis*, apud *Coloniam Claud. Aug.* ſumptibus auctoris *1608. f.* quod in paucis tabulis æreis reliquias Antiquitatum quarundam Rom. inciſas ſiſtit, cum editoris exegeſi decerpta, ex Commentarii Rerum Ciuilium P. I. & II. quæ fuerunt *Originum* priſcarum & Vbio-Romanarum *Brœlmanni*. In gratiam Ciuium Colonienſium exarata, *die Cronica von der hilliger Stadt Cœllen*, auctore *Anonymo*, impreſſa *Cœlln* ſumptibus *Iohann Kœlhof. 1499. f.* ad annum 1499. vsque perductum extat. Fabulas multas in ſanctorum præſertim hiſtoria atque reliquiis continet, hauriuntur tamen nihilominus aliqua, quæ ad illuſtranda quædam iuris publici Romano-Germanici argumenta faciunt. Inſertæ ſunt variæ Imagines Pontificum, Impp. Regum ligno inciſæ. *Suffraganei Colonienſes*, deſcripti excitantur auctore HEISTERO vt ſe vocat, editi *Coloniæ 1670. 4.* quem Librum nunquam vidi. *Topographia* vero *Archi-Epiſcopatus Colonienſis* MATTHAEI

ME-

MERIANI, *Francofurti 1641. f.* adhæret *Moguntinæ.* Extat quoque *Incerti Poetæ Teutonici Rhythmus de S. Annone,* quem MARTINVS OPITIVS ex antiquo manuſcripto edidit atque animaduerſionibus illuſtrauit, *Dantiſci 1636. 8. Vita* quoque habetur *S. Annonis* auctore LAMBERTO SCHAFFNABVRGENSI, quæ extat in ipſius *Chronico* ab anno 1050 ad 1075. & apud *Surium* ad 4. Decembr. Archi-Epiſcoporum quorundam, ciuium Colonienſium aliarumque circumiacentium Regionum res geſtas attigit WERNERVS TITIANVS, qui *Annales Noueſienſes,* Monaſterii cumprimis ſui in ſuburbio ſiti, compoſuit, produxerunt eosdem in lucem RR. PP. MARTENE & DVRAND *Veterum Scriptorum & monumentorum Collectione ampliſſ.* T. IV. p. 524. In cauſa Gebhardi Archi-Epiſcopi Colonienſis, qui in caſtra Proteſtantium tranſierat, atque matrimonium contraxerat, habemus: *Außſchreiben und Bericht Churfürſten Gebhards zu Cölln, warum wir uns zu Beſchützung unſer Lande und Perſon in weitere Kriegsrüſtung zu begeben genothdrænget worden 1583. 4.* Sic etiam prodiit *Commentatio brevis de cauſſa Colonienſi Archi-Epiſcopi Gebhardi contra cauſſam Pontificis Romani, cum apologetico Caroli V. contra Clementem VII. Coloniæ 1588. 4.* MICHAELIS ab ISSELT *de bello Colonienſi Libri IV. Coloniæ 1584. & 1620. 8.* editi, elegantes & non vulgo obuii. Deſcribitur in iisdem, rerum ab electione *Gebhardi Truchſeſii* in Archi-Epiſcopum Colonienſem, vsque ad recuperatam ab *Erneſto,* Duce Bauariæ eius ſucceſſore, Weſtphaliam, tota diœceſi geſtarum, ſuccincta narratio. Præfixa eſt in editione an. *1620.* ARNOLDI MESHO-

VII *Hiſtoria defectionis & Schiſmatis Hermanni Comitis de Weda*, atque ad calcem ſubiuncta *Rerum per totam Diœceſin & in ipſa ciuitate Colonienſi geſtarum ab anno 1584. ad noſtra vsque tempora perbreuis relatio*, quæ & ſigillatim *Coloniæ 1620. 8.* fuit edita. In MSCtis latent HERMANNI CROMBACHII S. I. *Metropolis* COLONIENSIS, & AEGIDII GELENII *Metropolis Colonienſis*, triginta volumina ſuperans, teſte *Eccardo* Præfatione *Hiſtoriæ Franciæ Orientalis*.

§. V.

Præter Electoratus iſtos Eccleſiaſticos inſignes in Germania florent Archi-Epiſcopatus in primis *Salisburgenſis*. Subſidia quædam ad Hiſtoriam *Salisburgenſem* antiquiorem & mediam ſcribendam dant Vitæ *Sanctorum* quorundam Salisburgi Archi-Præſulum, quas ex Codd. MSCtis produxit HENRICVS CANISIVS & Lectionibus ſuis antiquis inſeruit *Tomis II. & VI.* Edit. in 4. quæ hodie in noua *Baſnagii* Editione T. III. P. II. extant, nimirum: *Vita & Paſſio S. Tyemonis ſiue Theodomari Archi-Epiſcopi Salisburgenſis* Auctore æquæuo, anno 1150. *p. 97. Monumenta Salisburgenſia*, anno 1190. p. 236. nempe *Deſcriptio Vrbis & Monaſterii Salisb. p. 277.* De *Epiſcopis Salisburgenſibus S. Ruperto, S. Virgilio, S. Eberhardo, S. Hartwico, S. Gebehardo*, auctore S. Eberhardi diſcipulo p. 281. *Hiſtoria S. Rudberti Epiſc. Salisburg.* p. 317. *Vita S. Rudberti I. Epiſcopi Salisburgenſis* auctore *S. Eberhardi* diſcipulo p. 338. *Vitæ* porro aliæ *S. Virgilii* p. 393. *S. Eberhardi* p. 408. *S. Hartwici Archi-Ep. S.* p. 409. Aliqua de *ſummo Templo Salisburgenſi* p. 426. *Catalogus* Epiſcoporum *Salisburgenſium* p. 427. Vita *S. Gebehardi* Archi-Ep. *Salisburgenſis* p. 433. ARNONIS *A. E. S.*

Anno-

Annotatio eorum quæ Eccleſiæ Salisburgenſi tradita ſunt p. 449. *Donationes* aliæ *factæ Eccleſiæ Salisburgenſi* p. 461. *Chronica Salisburgenſia*, p. 477. *Epiſcoporum Chiemenſium Catalogus* p. 499. In CASPARIS BRVSCHII Epitome, ſupra iam excitata, *Catalogus Archi-Epiſcoporum Salisburgenſium* eſt inſertus. Singillatim extat IOANNIS DOMINICI HESSII *Catalogus Epiſcoporum Salisburgenſium*, *Ingolſtadii* 1586. 4. mihi non viſus. Deſcriptionem Choro-& Topographicam, cum Catalogo Epiſcoporum & Archi-Epiſcoporum, atque memorabilibus eorum geſtis, ex Archiuis forte petitis & non ſine libertate obſeruatis, inſertis quibusdam diplomatibus & ciuitatum, locorumque præcipuorum, inſignium adhæc imaginibus, conſcripſit FRANCISCVS DÜCKHER, *von Haßlaw zu Winckel* Conſiliarius Aulæ & Cameræ, & Ordinum Prouincialium Deputatus in *Saltzburgiſcher Chronica*, *Saltzburg* 1666. 4. *obl.* Quæ ad notitiam facere poſſunt accurate conducta & breuiter quidem neruoſe tamen & eleganter exhibita, ſiſtit: *der Allerneueſte Staat des Ertz-Biſthums Saltzburg*, *und der darunter gehœrigen vier Stiffter Gurck*, *Chiemſee*, *Seckau*, *Lavant*, ſine loci & temporis mentione *Halæ* 8. cuius auctor Vir celeberrimus IOA. IACOBVS SCHMAVSSIVS. *Tomo III.* Topographiar. ZEILLERO-MERIANARVM 1644. f. editarum, extant, quæ de *Salisburgenſi* Prouincia annotata. Præcipua vero eſt WIGVLEI HVNDI *Metropolis Salisburgenſis*, cum Notis CHRISTOPHORI GEWOLDI, *Monachii* 1620. *f.* & cum rariſſimus fuiſſet liber *Ratisbonæ* 1719. *f.* Tomus *primus* quidem continet Catalogum & hiſtoriam Archi-Epiſcoporum *Salisburgenſium*, Epiſcoporum *Friſingenſium*, *Ratisbonenſium*, *Pataulenſium* ac *Brixienſium*, cum primor-

diis Chriſtianæ Religionis per Baioariam & loca vicina. Acceſſerunt præter Diplomata ſummorum Pontificum, Imperatorum, Regum, Principum &c. hiſtoriæ continuatio & notæ CHRISTOPHORI GEWOLDI. Alter Tomus continet fundationes & erectiones Monaſteriorum & Eccleſiarum collegiatarum per Bawariam & loca vicina, cum diplomatibus & notis GEWOLDI. Liber autem vtiliſſimus eſt, ex quo antiquitates Germanicæ ſolide poſſunt illuſtrari. Pleniorem rerum *Salisburgenſium* expoſitionem ſiſtit IOSEPHI MEZGERI *Hiſtoria Salisburgenſis, ſiue Vitæ Epiſcoporum & Archi-Epiſcoporum Salisburgenſium* ab anno 582. ad 1687. *Salisburgi 1692. f.* Quum autem *Ioſephus Mezgerus* ad *Erneſti* Archi-Epiſcopi tempora narrationis ſuæ filum duxiſſet, fatis fuit interceptus, reliquam itaque Operis partem perfecerunt fratres ipſius FRANCISCVS & PAVLVS MEZGERI, qui tamen non ea cura qua frater, elaborarunt, ſed ſua maximam partem ex *Dückheri* Chronico germanico, barbara ſæpe interpretatione, transtulerunt, in iis narrationibus ſaltim ducem ſuum reliquentes, quibus multa libertate commentatus fuit. In Bibliotheca Academiæ Ienenſis extat liber manuſcriptus, quo ſingulorum Archi-Epiſcoporum Salisburgenſium hiſtoria breuis atque inſignia a prima origine vsque ad ſeculum decimum ſextum breuiter deſcribuntur.

§. VI.

De Veſontino Archi-Epiſcopatu, qui ad Imperium adhuc ſpectat, fuit commentatus IOANNES IACOBVS CHIFFLETVS *in Veſontione, ciuitate Imperiali, Lugduni 1618. 4. ibid. 1650. 4.* cuius Parte Secunda hiſtoriam iſtam egregie illuſtrat, multasque antiquitates explicat. *Catalogus Epiſcopo-*

ſcoporum Veſontionenſis Eccleſiæ, auctore PETRO FRANCISCO CHIFFLETIO extat in *Actis Sanct. Antwerp.* ad d. 6. Iunii. Scripta varia de Sanctis Veſontinis & de controuerſis quibusdam Iuribus recenſet *le Long Bibliotheque hiſtorique de France* L. II. §. VIII. p. 155. Proximum ab Archi-Epiſcopis locum habet ſupremus Ordinis *Teutonici Magiſter*, de quo tamen infrá, cum de ordinibus equeſtribus ſermo erit, dicemus.

§. VII.

Bremenſium Archi-Epiſcoporum Hiſtoria Incerti Auctoris a tempore Caroli M. vsque ad Carolum IV. primum edita ab ERPOLDO LINDENBROGIO *Lugduni Batauorum 1595. 4.* Adamo Bremenſi adiecta, poſtea vero ipſius *Scriptoribus Rerum Septentrionalium* inſerta, vbi & Vetus Scriptum *de Eccleſia Bremenſi* comparet. *Bremenſis* Archi-Epiſcopatus *Topographia Zeillero-Meriana* T. XI. cum aliis *Saxoniæ Inferioris* proſtat *1653. f.* edita. De ſtatu *Vrbis Bremenſis* grauiſſimæ olim lites inter Archi-Epiſcopos & poſt Pacem Weſtphalicam Duces, Vrbemque quæ in variis libellis expoſitæ inque LVNIGII *Bibliotheca Deductionum* requirendæ. Inter rariores libros numerandum WILHELMI DILICHII *Vrbis Bremæ & Præfecturarum, quas habet, Typus & Chronicon, Caſſellis 4.* cum figuris æneis, ſine anni mentione, Dedicatio vero a. 1604. præfert. *Nobilitatis* vetuſtæ huius Prouinciæ origines genealogica & memorabilia diligenter conquiſiuit LVNEBERG MVSHARD *im Bremiſch-und Verdiſchen Ritter-Saal, oder Denckmahl der vralten, berühmten Hochadelichen Geſchlechter inſonderheit der Hochlœblichen Ritterſchafft in denen Hertzogthümern Bremen und Verden, Bremen 1720. f.* quibus commentariis etiam memoria antiquorum Marchionum

num *Stadenſium* Comitumque diuerſorum, ac Nobilium Dominorum huius regionis illuſtratur.

§. VIII.

Bambergenſis Epiſcopatus Rerum Scriptores ab illuſtri IOANNE PETRO *de* LVDEWIG *Francofurti & Lipſiæ 1718. f.* iunctim editi, iam ſupra *p. 845.* recenſiti, indicatis ſingulis auctoribus qui hac Sylloge complexi. Leuis libellus eſt: ANDREAE GOLDMAYERS *hiſtoriſche Aſtronomiſche und Aſtrologiſche Beſchreibung von erſten Vrſprung und Erbauung der Stadt Bamberg, Nürnberg 1644. 4.* Sigillatim edita MARTINI HOFFMANNI *Vrbs Bamberga & Abbates montis Monachorum prope Babenbergam* verſu elegiaco, *Noribergæ 1595. 4.* & in Collectione *Ludewigiana* N. IV. Mihi nondum viſi IOANNIS EPISCOPI *Bambergiſche Chronica, 1571. 8.* IOANNIS CYGNEI *Annalium Bambergenſium prodromus, Moguntiæ 1603. 8.* IOANNES ARMBRVSTERVS, *de XIV. Diuis in Diœceſi Bambergenſi* egit, *Francofurti 1654. 4.* Meliores vero ſunt IACOBI GRETSERI *Diui Bambergenſes, S. Henricus Imp. S. Kunigundis Imperatrix, S. Otto Epiſcopus*, editi cum Notis, *Auguſtæ 1612. 4.* & inter Scriptores *Ludewigianos* N. II.

§. IX.

Scriptores Rerum & Epiſcopatus Wirtzburgenſis, vno Corpore maximam partem collectos publicis vſibus dedit illuſtris IOANNES PETRVS de LVDEWIG, inter Scriptores Germanicos vniuerſales iam *p. 846.* indicatos ſingulatim. Ex ipſis fontibus deductam & eruditiſſimam plane expoſitionem cœpit IOANNES GEORGIVS ab ECKHART *Commentariis de rebus Franciæ Orientalis*, quorum *Tomus Primus Wirceburgi 1729. f.*

Secun-

Secundus vero *ibidem 1729. f.* prodierunt, cui nobiliſſimo plane operi, qua res omnis Franciæ vniuerſalis & particularis præclare exponuntur, quodque ad tempora *Henrici Aucupis* perductum, immortuus, quod dolendum, diligentiſſimus Auctor. Subiunguntur vtrique Tomo Appendices ex variis Codicibus MSCtis, hasque inter aliqua *Wirtzburgenſia.* Idem Eccardus perelegant libello inſcripto: *Gründliche Nachricht von der Kayſerlichen und Kœniglichen alten Salzburg und dem Pallaſt Salz in Francken, Würzburg 1726. 4.* varia erudite obſeruauit de Donationibus Epiſcopis Würzburgenſibus factis. PETRVS LORICHIVS ſcripſit *hiſtoriam de cæde Melchioris Zobelii*, qui inſidiis Grumbachianis circumuentus anno 1558. occubuit, quæ in tomo tertio Schardii extat. IOANNES TRITHEMIVS *Chronicon Monaſterii D. Iacobi Würtzburgi* ſcripſit, quod inter opera eius extat, *Moguntiæ 1604. f.* & in Collectione *Ludeuigiana* n. 7. In eadem diœceſi eſt *Monaſterium Schwartzabenſe*, de quo CONRADVS DINNERVS *Catalogum* & deſcriptionem dicti monaſterii edidit. *Wirzburgenſis Diœceſeos* eſt porro opulentum Monaſterium *Eberacenſe; Monumenta Sepulcralia Eccleſiæ Ebracenſis* collegit & edidit P. IGNATIVS GROPP, *Wirceburgi 1730. 4.* qui & de origine ac fatis Cœnobii huius quædam præmiſit. Edita quoque eſt: *Breuis Notitia Monaſterii B. V. M. Sacri Ordinis Ciſtercienſis in Franconia ex probatis Authoribus tum impreſſis, tum ſcriptis, ex originalibus Diplomatibus antiquis Documentis & Scripturis deſumta & in ordinem redacta a quodam eiusdem Loci & Ordinis Religioſo 1738. 4.* ſed prævio Epiſcopi Wirzburgenſis ſeuero decreto, Wirzburgi publice diſcerpta & prohibita, quum Iuribus Territorialibus Epiſcopi eſſet aduerſa.

Aich-

Aichſtatenſis Eccleſiæ Diplomata & chartas varias, ex Apographis edidit notisque partim vtilibus, partim vero non neceſſariis auxit IOANNES HENRICVS de FALCKENSTEIN, cuius *Codex Diplomaticus Antiquitatum Nordgauienſium. Francofurti & Lipſiæ 1733. f.* editus, easdem complectitur. Ipſas vero Epiſcopatus res & Epiſcoporum Vitas idem *Dn. de* FALCKENSTEIN dedit ſub inſcriptione: *Nordgauiſcher Alterthümer Tomus I. Francofurti & Lipſiæ 1733. f. Tomus* vero *Secundus*, ibid. *1733. f.* quo de Capitulo Cathedrali aliisque ad Epiſcopatum pertinentibus exponit. Ad huius Epiſcopatus antiquitates facit IACOBI GRETSERI *Philippus Epiſcopus Aiſtetenſis Eccleſiæ 39. de eiusdem Eccleſiæ S. Richardo, S. Wilibaldo, S. Wunibaldo, S. Walpurgi*, vna cum duobus obſeruationum libris & Catalogo Hiſtorico omnium Epiſcoporum Aiſtatenſium, *Ingolſtadii 1617. 4.* & inter Opera Viri iunctim edita.

§. X.

In *Spirenſis* Præſulatus Hiſtoria occurrit primum *Chronica Præſulum Spirenſis Ciuitatis*, ex veteribus codicibus recollecta, quæ edita fuit cura IOA. GEORGII ECCARDI *Corp. Hiſt. medii æui T. II. p. 2257.* ibi & *p. 2273.* alius: *Catalogus Epiſcoporum Spirenſium* extat. Non magni eſt momenti WILHELMI EISENGREINII *Chronicon Spirenſe, oder hiſtoriſche Beſchreibung aller Biſchöffe, von Anfang, deren Stamm-Nahmen, Leben und Regierung, Dillingen 1564. 8.* Præſtat PHILIPPI SIMONIS Capituli Cathedralis Secretarii *Hiſtoriſche Beſchreibung aller Biſchoffen zu Speyr*, edita cum conſenſu IOANNIS

PISTO-

PISTORII ex ipſius Bibliotheca, *Friburgi Brisgoiæ 1608. f.* qua ſimul reliqua Hierarchia Spirenſis breuiter deſcribitur. Vrbis & Epiſcopatus *Spirenſis* imo omnis fere Germaniæ hiſtoriæ complexum dat CHRISTOPHORI LEHMANNI *Chronicon Spirenſe*, ſupra iam laudatum. Prior Editio *Francofurti* prodiit *1612. f.* quæ eſt optima atque accuratiſſima. Recuſa quidem *Francofurti 1662 4.* ſed multum deprauata. Recentiſſima quæ *Francofurti 1698. f.* eſt facta, non ſolum ad priorem accommodata eſt, ſed etiam *Fuchſii* acceſſionibus, ad Lehmanni accurationem non accedentibus eſt adaucta. *Wormatienſis Epiſcopatus* fata ex iuſtis commemorauit ſubſidiis IOANNES FRIDERICVS SCHANNAT *Hiſtoria Epiſcopatus Wormatienſis*, *Francofurti ad Mœnum 1734. f. duobus Tomis*, qua Diœceſeos Wormatienſis notitiam, eiusque Epiſcoporum, Eccleſiarum ac Monaſteriorum hiſtorias, iura, prærogatiuas, clientelas ſiſtit, inſignemque Diplomatum chartarum aliorumque monumentorum apparatum produxit. Inediti ſunt *Annales Wormatienſes* MICHAELIS SAFFEN, FRANCISCI BERTHOLDI de FLERSHEIM; & FRIDERICI ZORNII, quorum tamen ætas vltra Secula XVI. & XVII. non adſurgit. GEORGII HELVICHII *Annales Wormatienſes*, *Moguntiæ 1615. 4.* editi in numero hodie ſunt librorum rariorum.

§. XI.

Subſidia quædam Argentoratenſis Epiſcopatus hiſtoriæ præbent: IACOBI VON KÖNIGSHOVEN *Elſaßiſche und Straßburgiſche Chronic, von Anfang der Welt bis 1396. beſchrieben, und mit* IO. SCHILTERS *hiſtoriſchen Anmerckungen in Druck gegeben*, *Strasburg 1698. 4.* quod ſane haut con-

contemnendum antiquitatis Germanicæ monumentum. FRANCISCI GVILLIMANNI commentarius *de Epiſcopis Argentoratenſibus* rarus eſt prodiit *Friburgi 1608. 4.* Recentior IACOBI WIMPHELINGII *Catalogus Epiſcoporum Argentinenſium*, cum ſupplementis *Ioannis Michaelis Moſcheroſchi*, *Argentorati 1660. 4.* *De Bertoldi a Buchecк, Epiſcopi Argentinenſis rebus geſtis* egit ALBERTVS ARGENTINENSIS, qui extat apud Vrſtiſium. IODOCI COCCII Tractatus eruditus eſt & non vbiuis obuius *de Dagoberto Rege*, *Argentinenſis Epiſcopatus fundatore*, *Molsheimi 1623. 4.* BALTHASARIS BEBELII *Antiquitates Germaniæ primæ, & in hac Argentoratenſis Eccleſiæ Euangelicæ*, *Argentorati 1669. 4.* multa induſtria conquiſitæ. *De Republica Argentoratenſi* egregie fuit commentatus MATTHAEVS BERNEGGERVS cum ſupplementis *Ioannis Caſparis*, filii, *Argentorati 1668. 4.* Ad ipſius Vrbis Hiſtoriam facit *Deſignatio conſuetudinum receptiſſimarum, ornamenta quædam & inſignia Reipublicæ Argentinenſis a maioribus relicta continens*, *Argentorati 1606. 8.* Vix digna commemoratione MICHAELIS KLEINLAWELS *Sraßburgiſche Chronick*, rythmis germanicis exhibita, *Straßburg 1625. 4.* & ANDREAE GOLDMEYERS *Straßburgiſche Chronica*, *Straßburg 1636. 4.* qua vrbs & templum Cathedrale vulgariter deſcripta. Melior eſt *Deſcriptio Particulæ Territorii Argentinenſis oder, kurze Beſchreibung etlicher Stædte, Schlœſſer und Dœrffer, welche umb Straßburg gelegen*, edita *1675. f.* CONRADVS DASYPODIVS dedit *Deſcriptionem horologii Aſtronomici Argentinæ in ſummo templo erecti*, *Argentorati 1580. 4.* De eodem NICODEMVS FRISCHLINVS carmen reliquit, *Argentorati 1575. 4.* & GVILIELMVS XYLANDER *in horologium Argentinenſe*

tinenſe ſchediaſma. *Epiſcopatum Conſtantienſem* deſcribit GABRIEL BVCELINVS *in Conſtantia, Rhenanae vrbis antiquiſſimae, cum adiacente Prouincia & Epiſcopatu eiusdem nominis deſcriptione Topo-Chrono-Stemmatographica, Francofurti 1697. 4.* IACOBI MANLII *Chronicon Epiſcopatus Conſtantienſis* ab anno Chriſti 68. vsque ad a. 1519. a *Manlio* perductum, dein vero continuatum vsque ad a. 1607. inter *Scriptores VI.* PISTORII ſiue *Tom. III.* extat.

§. XII.

Catalogus Epiſcoporum *Auguſtanorum*, & *Abbatum S. Afrae* vsque ad Friderici I. Imp. aetatem extat in IOANNIS GEORGII ECCARDI *Corporis Hiſtoriae Medii aeui* T. II. *p. 2239.* Antiquitates quasdam ad *Auguſtam Vindelicorum* pertinentes curioſe inueſtigauit AEGIDIVS TSCHVDI *Epiſtola ad Beatum Rhenanum de Lenitenſium Germanorum, Auguſtae Vindelicorum, Octoduri Veragrorum, equeſtris Coloniae nomine & vſu*, quae in Tomo Primo *Schardii* extat. WOLFFGANGI HARTMANNI *Chronicon Auguſtanum* extat *Baſileae 1596. f.* Epiſcopatus & Vrbis Res iunctim commemorant CAROLI STENGELII Abbatis Anhuſani, *Rerum Auguſto-Vindelicarum Commentarii, cum mantiſſa, Auguſtae 1647. 1650. 4.* *Auguſtanum Chronicon Eccleſiaſticum* SIGISMVNDI GROSSENBROTS extat inter *Scriptores ſex Rerum Germanicarum* PISTORII ſiue T. III. Praeſtantiſſimi ſunt ACHILLIS PIRMINII GASSARI Lindavienſis, *Annales de vetuſtate originis, amoenitate ſitus, ſplendore aedificiorum, rebusque geſtis Ciuium Reip. Augſtpurgenſis*, quos ex codice MSCto Bibliothecae Ducalis Saxo-Gothanae primus edidit B. IOANNES BVRCHARDVS MENCKENIVS

vs *Script. Rer. Germ. T. I. p. 1323.* ex quibus, & quod ad antiquiora attinet Velſeri Lib. VIII. ſub nomine ENGELBERTI WERLICHII, amatoris hiſtoriarum deducta eſt ab ipſo vt videtur ex p. 270. colligendum *Gaſſaro, Chronica der Kayſerlichen freyen und des Heil. Reichs Stadt Augſpurg, Franckfurt am Mayn 1595. f.* quæ non vbiuis obuia eſt. MATTHAEI MARESCHALLI de PAPPENHEIM *Excerpta antiqua Chronicæ Auguſtenſis* in Tomo primo *Freberi.* Erudite, eleganter & grauiter vt alia omnia huius viri ſcripti MARCI VELSERI *Rerum Auguſto-Vindelicarum Libri VIII.* qui prodierunt *Venetiis 1594. f.* ab *Engelberto Werlichio*, poſtea in ſermonem germanicum translati *Francofurti 1595. f.* Eidem debemus *antiqua, quæ Auguſtæ extant monumenta, Auguſtæ 1591. 4. & Conuerſionem atque paſſionem Martyrum Afræ, Hilariæ, Dignæ, Eunomiæ, Eutropiæ &c. Venetiis 1591. 4. De Vita S. Vdalrici Auguſtanorum Vindelicorum Epiſcopi* variæ *Narrationes*, vtpote *Vita & miracula S. Vdalrici ſcripta anno poſt eius obitum XX. nondum exacto ab Auctore incerti nominis; Bulla Canonizationis S. Vdalrici; Vita S. Vdalrici a* BERNONE *Augienſi* ſcripta *ex Surii Tomo IV. Inuentio & Translatio Corporis S. Vdalrici, Auguſtæ Vindelicorum 1595. 4.* Addatur *Vita S. Seuerini ab* EVGIPPIO ſcripta. Hæc omnia cum reliquis VELSERI *Operibus* coniunctim fuerunt edita *Noribergæ 1682. f.* Huc quoque pertinet: VDALSCALCI *Narratio de Controuerſiis inter Hermannum Epiſcopum Auguſtanum, & Eginonem Abbatem S. Vdalrici vna cum Epiſtolis Paſchalis quinque, Arnoldi Moguntini Archi-Ep. tribus & Eginonis IV.* a. 1120. quæ edidit CANISIVS *Lect. antiq.* T. II. Edit. vet. & T. III. Part. II. p. 1. nouæ. *Baſilicam Auguſtanam* deſcripſit BERNHARDVS HERTFELDER, ſub titulo:

titulo: *Baſilica SS. Vdalrici & Afræ Auguſtæ Vindelicorum hiſtorice deſcripta*, atque æneis figuris illuſtrata, cum breui Chronico eiusdem ab anno Chriſti 46. vsque ad noſtra tempora, *Auguſtæ Vin-Vindelicorum 1627. & 1693. f. Epitaphia* vero *Auguſtana* deſcripſit DANIEL PRASCHIVS, *Auguſtæ 1624. 4.* 3. Partibus. GERHARDO HAVBOLDO debemus *Beſchreibung der Gemählde an den dreyen Thürmen innerhalb der Stadt Augſpurg 1613. 4. Formam Reipublicæ Auguſtanæ modernam* iuxta Caroli V. inſtitutum expoſuit HIERONYMVS AMBROSIVS LANGMANTEL, *Auguſtæ 1672. f.* Plenior & ad recentiora tempora deducta, quæ cura atque ex MSCtis edita: DAVID LANGENMANTEL *Hiſtorie des Regiments in des Heil. Rœm. Reichs Stadt Augſpurg*, obſtetricante IACOBO BRVCKERO V. C. *Augſpurg 1625. f.* cui plura Cæſarea Diplomata, Confirmationes, Declarationes, Pacta & alia Documenta inſerta. Ad Hiſtoriam particularem & eccleſiaſticam Auguſtanæ Vrbis facit, *Relation über der Stadt Augſpurg erbærmlichen Zuſtand in Iahren 1628. und 1629, Augſpurg 1630. 4.* quibus annis, ſacra Proteſtantium Auguſta turbata fuerunt. Coniungatur: *Exegeſis Rerum Sueco-Auguſtanarum, a quodam præſente teſte, deſcripta, Auguſtæ Vind. 1653. f.* Ad familias inſignes Auguſtanorum facit: *Geſchlechter-Buch der Stadt Augſpurg, darinnen alle Geſchlechter, ſo von 500. Iahren hero daſelbſt gewohnet, nebſt eines ieden Schild und Helm beſchrieben werden, Franckfurt 1550. f.* per *Feyrabendium* & mutato forte ſaltim titulo *1661. f.* cum figuris. *Arma* vero *gentilitia* in *Panoplia* ſua deſcripſit HIERONYMVS AMBROSIVS LANGMANTEL, *Auguſtæ Vindelicorum 1672. 4.*

§. XIII.

Friſingenſis Epiſcopatus res R. P. CAROLVS MEICHELBECK *Hiſtoria Friſingenſi* ſolerter graviter accurate ſcripta, egregiisque monimentis diplomaticis ſuffulta, expoſuit, cuius *Tomus Primus Auguſtæ Vind. & Græcii 1724. f.* editus, prima Quinque ab Aduentu S. Corbiniani I. Epiſcopi Secula, ſeu res ab Anno Chriſti 724. vsque ad annum 1224. Friſingæ geſtas exhibet, *Secundus* vero *Auguſtæ Vindel. & Græcii 1729. f.* ab An. 1224. vsque ad An. 1724. ſiue ſi documenta ſpectes, an. 1727. producitur.

§. XIV.

De *Scriptoribus Rerum Hildeſienſium* cum editis tum manu exaratis diligenter & ſtudioſe expoſuit IOACHIMVS BARWARDVS LAVENSTEIN Paſtor S. Michaelis Hildeſii in *Einleitung in die Scriptores Rerum Hildeſienſium*, quæ *Pars* eſt & quidem *Duodecima* & *vltima* viri doctiſſimi *Hildesheimiſcher Kirchen-und Reformations-Hiſtorie.*, editæ *Hildesheim 1736. 8. XII. Partibus*, qua Epiſcopatus & Vrbis fata breuiter enarrauit. Singularia quædam ſtilo culto annotauit IOA. CONRADVS STEPHANVS HOELLING in *Einleitung zur weltlichen, Kirchen- und Reformations-Hiſtorie des Hoch-Stiffts Hildesheim*, cumprimis quod ad Comitatum *Winzenburgenſem* & Ciuitatem *Alfeld*, *Hildesheim 1730. 4.* ex *Ioan. Lezneri Chronico Hildeſienſi* MSCto potiſſimum deſumta. Ad res antiquiores & medii æui pertinent Vitæ Epiſcoporum *Hildeſienſium*, in numerum Sanctorum relatorum, *Catalogi* eorundem & *Chronica* Hildeſienſia, qualia conquiſiuit *Leibnitius Tomo* in primis I. *Script. Rer. Brunſu.* indicata ſupra p. 822. *ſeqq.*

Hil-

Hildesheimenſis Epiſcopatus *Hiſtoriam* MSC. HENRICI TVRCKII extare auctor eſt *Eccardus* Præfat. *Hiſt. Franciæ Orientalis*, qui & ad IOANNIS HENRICI HOFFMANNI Collectionem *Diplomatum Hildeſienſium* MSCt. prouocat. De aliis ineditis diligenter egit Dn. *Lauenſtein* l. c. *p. 56.* Ex recentioribus annotandi ANTONII MOEKERI *Hildeſia Saxoniæ a prima origine, cum vna aliis rebus memorabilibus vsque ad præſentia tempora* i. e. 1573. *Francofurti ad Mœn. 1573. 8.* hodie rara. Leui opera in Hildeſienſibus verſatus HENRICVS BÜNTINGIVS *Chronica des Biſthums Hildesheim*, ad an. vsque 1586. quæ adiecta ipſius *Braunſchweig-Lüneburgiſcher Chronicka.* Præſtantior eſt IACOBI REVTELII *Hillesbemia in Epiſcopis ſuis repræſentata*, notis illuſtrata & edita a CHRISTIANO FRANCISCO PAVLLINI & inſerta quoque ipſius *Rerum & Antiquitatum Germanicarum Syntagmati.* Breuior eſt IOANNIS REMPEN *Catalogus Epiſcoporum Hildeſienſium*, ad Epiſcopum LV. *Iodocum* Edmundum perductus, in germanicum idioma translatus, interprete *Friderico de* HAGEN, prodiit, ſub titulo: *Verzeichniß der Biſchœffe zu Hildesheim, Hildesheim 1701. 4.* *Hildeſienſium* Epiſcoporum Hiſtoriam quoque exhibet ad *Erneſtum* vsque Bauarum anno 1573. rerum potitum *Chronicon Montis Francorum Goslariæ*, editum *Francofurti 1698. 4.* Singulari induſtria, vt alia omnia viri doctiſſimi conducta CONRADI BERTHOLDI BEHRENS *Hiſtoria Præpoſitorum, Decanorum & Scholaſticorum Cathedralis Eccleſiæ Hillesheimenſis, Hildesheim 1705. f.* FRIDERICVS LACHMAND deſcripſit *Admiranda foſſilia*, quæ in tractatu Hildesheimenſi reperiuntur, cum iconibus, *Hildeſiæ 1669. 4.* *Vita Bernhardi*, Comitis *Somerſenburgenſis*, Epiſcopi

& Patroni, germanico ſermone prodiit *Hildeſiæ 1540. 4.* IVSTINI GOBLERI vero *de Bello Hildesheimenſi* inter Ericum, Ducem Brunſuicenſem & Ioannem Epiſcopum Hildeſienſem, anno 1519, durante interregno geſto *deſcriptio* in Schardii tomo ſecundo extat. De antiquo ſtatu Vrbis *Hildeſienſis*, quum Benneburgum audiret, vide literatiſſimi Medici iam laudati C. B. BEHRENS *Vindicias Benneburgenſes & Irmenſulæ Saxonicæ*, inſertas *Actis Er. Lipſ. Germ. P. LXXVIII. p. 438.* Scripta eriſtica inter Epiſcopos *Hildeſienſes* & Duces *Brunſuicenſes* vide in LÜNIGII *Bibliotheca Deductionum.*

§. XV.

Ad *Paderbornenſem* Hiſtoriam, præter GOBELINVM PERSONAM *in Coſmodromio*, de quo inter *Scriptores Hiſtoriæ vniuerſalis*, faciunt egregie FERDINANDI FÜRSTENBERGII Epiſcopi Paderbornenſis & Coadiutoris Monaſterienſis *Monumenta Paderbornenſia*, ex Hiſtoria Romana, Francica & Saxonica eruta, quæ nouis inſcriptionibus, figuris, tabulis Geographicis & notis illuſtrata prodierunt *Paderbornæ 1669. 4.* ſed ſine figuris æneis, nec eo nitore & cultu, quo ſecunda eſt ornata Editio, quæ *Amſtelodami 1672. 4.* formis excuſa, & quoque eſt auctior; Recuſa ſunt hæc egregia monumenta, quum rariora eſſent, Editione *Tertia*, *Francofurti & Lipſiæ* ſiue potius *Noribergæ 1713. 4.* nitide ſatis, cura celeberrimi RINCKII & *Lemgouiæ 1714. 4.* Quæ ad condendam *Paderbornenſem* Hiſtoriam conduxerat inſignia ſubſidia *Fürſtenbergius* laudatus in ordinem redegit, & ſerie hiſtorica condita illuſtrauit doctiſſimus Vir, Socius Ieſu inque Hiſtoria Veſtphaliæ egregie verſatus NICOLAVS SCHATENIVS, cuius

cuius *Annales Paderbornenſes* opere poſthumo prodiere duabus Partibus *Neubuſii 1693. f. 2. Voll.* Alias prodiit *Panegyricus die natali academiæ Theodorianæ Paderbornenſis* Theodoro, Epiſcopo Paderbornenſi Fundatori a collegio academiæ S. I. oblatus, *Amſtelodami 1672. 4.* tribus recentioribus Editionibus *Monumentorum Paderbornenſium* adiectus.

§. XVI.

Ad Hiſtoriam Epiſcoporum Friſingenſis, *Ratisbonenſis*, Patauienſis & Brixienſis Eccleſiæ, qui vsque ad Brixienſem, Salisburgenſes ſunt ſuffraganei, facit WIGVLEVS HVND *in Metropoli Salisburgenſi* iam ſupra laudata. His accedat *Breue Chronicon, Epiſcoporum Ratisbonenſium* ex Chronica CONRADI de MONTE PVELLARVM confectum, quod IOA. GEORGIVS ECCARDVS *Corpori Hiſtoriæ medii æui* inſeruit *T. II. p. 2243.* ibidemque proſtat *p. 2254.* ANONYMI *Chronicon Epiſcoporum Ratisbonenſium anno 1377. confectum.* An cum his conueniat LAVRENTII HOWARDI *Catalogus Epiſcoporum Ratisbonenſium* ab V. C. vsque ad annum 1597, quem ex Mſto Codice Bibliothecæ Vindobonenſis edere promiſerat *Lambecius*, cum ignaris ſcimus. Ex recentioribus annotandi, qui Epiſcopatus & Vrbis quædam notabilia deſcripſerunt. Prodiit ſiquidem: *Ratisbona antiqua, ſ. kurtze doch gründliche Beſchreibung der Heil. Römiſch. Reichs Stadt Regenſpurg 1659. 4. Regenſpurgiſche Kirchweyhe, und was darbey vorgangen, Regenſpurg 1633. 4.* G. H. P. N. & A. *kurtzgefaßte Nachricht von allen in denen Ringmauren der Stadt Regenſpurg gelegenen Reichs-Stifftern, Haubt-Kirchen und Cloſtern Catholiſcher Religion, Regenſpurg 1725. 8.* De Patauienſi

tauienſi Epiſcopatu NICOLAI SCHREITWINI *Catalogum Archi-Epiſcoporum & Epiſcoporum Laureacenſium & Patauienſium* vsque ad annum 1517. ex Bibliotheca Vindobonenſi edere promiſit Lambecius. Extant vero CASPARIS BRVSCHII de *Laureaco, celebri olim in Norico ciuitate, & de Patauio Germanico, ac de vtriusque loci Archi-Epiſcopis & Epiſcopis omnibus* Libri duo, *Baſileæ* 1553. 8. Sed præcipuus ſcriptor MARCVS HANSIZIVS *Germaniæ Sacræ*, Tomo *Primo*, *Auguſtæ Vindelicorum* 1727. *f.* edito, & per Annales ſcripto, quo non Hiſtoriam ſaltim Epiſcoporum, ſed omnis rei ſacræ in his regionibus, negotiorumque ciuilium quandoque expoſitionem fecit, errores vero Epiſcoporum non attigit, *Bruſchium* tamen & *Hundium* in hoc argumento anteceſſores ſæpe emendauit. In *Electis Iuris Publici curioſis* parte ſecunda reperimus. *Ausführliche Beſchreibung des uhralten Ertz-Stiffts Lorchs, anietzo des Reichs-Fürſtlichen Hoch-Stiffts Paſſau* 1696. 4.

§. XVII.

De Vitis Pontificum Tridentinorum Libros XII. compoſuit IANVS PYRRHVS PINCIVS, Mantuanus, editos *Mantuæ* 1546. *f.* quibus adhærent, de *Geſtis Ducum Tridentinorum, de Gallorum Senonum aduentu in Italia; De origine Vrbis Tridentinæ; De Appellatione & Tranſitu Alpium; De Confinibus Italiæ* Libri Duo. Tranſlati ab Anonymo *italice* prodierunt, hac inſcriptione: *Annali, o vero Croniche di Trento composſe da* GIANO PIRRO PINCIO *Tridenti* 1548. *f.* qua in verſione Libri XIV. comparent & Hiſtoria Pontificum Tridentinorum ad mortem *Bernhardi* Epiſcopi annumque 1539. perducta, quo & latinum autographum fuit perductum, licet in eodem XII. ſaltim Libri nume-

numerentur. De Rhætiæ ſtatu religionis quædam comparent in GABRIELIS BVCELINI *Rhætia Ethnica, Romana, Gallica, Sacra & profana, Auguſtæ Vindelicorum 1666. 4.* De *Baſileenſi* vero Epiſcopatu exponit *Baſilea ſacra, ſiue Epiſcopatus & Epiſcoporum Baſileenſium ſeries, Bruntruti 1658.*

§. XVIII.

Leodienſis Epiſcopatus Hiſtoriæ ſubſidia quædam præbent IOANNIS de CHAPEAUVILLE *Scriptores Epiſcoporum & Rerum Leodienſium* ſiue *Hiſtoria ſacra & profana, nec non politica, in qua non ſolum reperiuntur Pontificum Tungrenſium, Traiectenſium & Leodienſium, verum etiam Pontificum Romanor.* &c. *Auguſtæ Eburonum 1612. 1616. 1618. 4. 3. Voll.* Hos inter notandi T. I. HARIGERI Abbatis Lobienſis *geſta Epiſcoporum* a beato Materno vſque ad beatum Remaclum. p. 99. ANSELMI Legienſis *geſta Pontificum Legienſium.* T. II. p. 1. AEGIDII de Leodio Aureæ Vallis Monachi, *Hiſtoria Epiſcoporum Tungrenſium, Traiectenſium & Leodicenſium* a *S. Materno* primo Tungrenſium Epiſcopo, vſque ad annum 1251. p. 273. IOANNIS HOCSEMII *Hiſtoria & res geſta Epiſcoporum Leodienſium.* T. III. p. 1. RVDOLPHI de RIVO *Geſta Epiſcoporum L.* ab anno tertio Engelberti de Marcka vſque ad Ioannem a Bauaria. p. 69. SVFFRIDI PETRI *Geſta* eorundem a Ioanne a Bauaria vſque ad Erhardum de Marcka, & p. 235. AEGIDII BVCHERI *Diſputatio hiſtorica de primis Tungrorum & Leodienſium Epiſcopis p. 235* & CHAPEAUVILII *geſta eorundem Pontificum* ab Erhardo a Marcka vſque ad Ferdinandum Bauarum. Reuerendi Patres EDMVNDVS MARTENE & VRSINVS DVRAND *Veterum Scripto-*

rum & Monumentor. Ampliſſimæ Collectioni Tomo IV. varia inſeruerunt, ex quibus rebus *Leodienſibus* lux peti poteſt, nimirum p. 742. *Excerpta ex* AMELGARDI *Presbyteri Leodienſis Libro II. de geſtis Ludouici XI. Francorum Regis* p. 838. *Geſta Epiſcoporum Traiectenſium & Leodienſium* ab *Alexandro* ſeu *Anſelmo* olim conſcripta pura & ſincera, a S. Remaclo ad Vazonem, ex MSCto Andaginenſis Monaſterii; p. 913. *Hiſtoria Andaginenſis Monaſterii S. Huberti* ſcripta ineunte Seculo XII. ab auctore Anonymo, qua ſimul res geſtæ ſub Walcando, Henrico, & Otberto Epiſcopis commemorantur. p. 1034. *Hiſtoria inſignis Monaſterii S. Laurentii Leodienſis* auctoribus *Ruperto* Abbate, *Remero*, *Lamberto*, *Adriano de Veteribuſco*, *Henrico de Palude*, & aliis *S. Laurentii* Monachis, additis ſelectis quibusdam Diplomatibus. p. 1199. *Rerum Leodienſium ſub Ioanne Heinsbergio & Ludouico Borbonio Epiſcopis opus* ADRIANI de VETERI BVSCO *Monachi S. Laurentii.* p. 1379. ANGELI de CVRRIBVS SABINIS Poetæ Laureati, *de Excidio Ciuitatis Leodienſis* a. 1468. Libri ſex. Varias Sanctorum *Leodienſium Vitas* exquire recenſitas in le LONG *Bibliotheque Hiſt. de France* L. II. p. 167. Separatim extant IOANNIS ROBERTI *Hiſtoria S. Huberti Principis Aquitani, vltimi Tungrenſis & primi Leodienſis Epiſcopi*, eiusdem vrbis conditoris, *Luxenburgi 1621. 4.* IACOBI LOBBETII *Gloria Leodienſis Eccleſiæ*, petita a ſummorum Pontificum Maieſtate, a purpura Cardinalitia &c. aliisque id genus prærogatiuis *Leodii 1660. 8.* Pleniora Hiſtoriæ *Leodienſis* ſyſtemata elaborarunt BARTHOLOMAEVS FISENIVS, qui dedit *Hiſtoriam Eccleſiæ Leodienſis*, Libris XIII. *Leodii 1642. f.* vsque ad an. 1252. perductam. Poſt hanc produxit idem FISEN S. I. *Flores Eccleſiæ*

Leo-

Leodienſis, *ſiue Vitas vel Elogia Sanctorum*, *& aliorum qui illuſtriori virtute hanc Diœceſim exornarunt*, *Inſulis* 1647. *f.* & IOANNES ERHARDVS FVLLON ex S. I. cuius *Hiſtoria Leodienſis per Epiſcoporum & Principum ſeriem digeſta ab origine Populi, vsque ad Ferdinandi Bauari tempora*, cuius *Tomus Primus Leodii* 1735. *f. Tomus Secundus ibid.* 1736. *f.* & *Tomus Tertius ibid.* 1737. *f.* a *Ferdinandi* Bauari initiis ad *Georgii Ludouici a Bergis* hodie regnantis adminiſtrationem continuata. Antequam hi Commentarii fuiſſent editi, ſumma operis formis excuſa hoc titulo: IOANNIS ERHARDI FVLLONII *vniuerſæ hiſtoriæ Leodienſis compendium*, *Leodii* 1655. & 1656. 8. extat porro: IOANNIS MATTHAEI HOVII *compendium vniuerſæ hiſtoriæ Leodienſis*, *Leodii* 1655. 12. STEPHANI RAVSINI habemus *de Leodio Eccleſia Cathedrali Libros II*, ſiue *de Dominio*, *Regalibus*, *mero mixtoque Imperio & omnimoda Iurisdictione Epiſcopo & Principi in Vrbe Leodienſi S. R. Imperio mediate ſubiecta*, *Namurci* 1639. 4. *Reſpublica Leodienſis* edita procurante MARCO ZVERIO BOXHORNIO *Amſtelodami* 1632. 4. qua exhibentur: 1) *Deſcriptio Agri Leodienſis* auctoribus L. GVICCIARDINO, ABRAHAMO ORTELIO; VALERIO ANDREA. 2) IOA. PLACENTINI *Hiſtoria & Catalogus Epiſcoporum Leodienſium*, *Antwerpiæ* alias 1529. 8. ſigillatim edita; 3) *Diplomata Leodienſia* nunc primum iunctim edita, e Bibliotheca M. Z. B. 4) *Alia ad res domi foriſque a Leodienſibus geſtas, ſpectantia, paſſim excerpta.* LAMBERTVS de VLIERDEN commentatus *de* 32. *tribubus opificum ciuitatis Leodienſis*, *deque earum origine*, *Leodii* 1628. 8. IACOBVS PICCOLOMINVS *de Leodienſium diſſidio cum Epiſcopo ſuo Ludouico Bourbonio* egit & *de Leodii ciuitatis excidio anno* 1468. atque extat in tomo ſecundo ſcriptorum *Freberi.*

In *eodem* extat *de Caroli, Burgundiæ Ducis laudibus* liber, nec non de *Leodienſium clade atque excidio.* IOANNIS POLITI *Erneſti, Principis Bauariæ in Bauarienſem Principatum* χειροτονία, *illiusque in ſuam ciuitatem ac reliquas Leodinæ patriæ vrbes inauguratio* prodiit *Coloniæ 1583. 8.* IOANNIS de HAGELSON *panegyricus Ferdinando Bauaro, Epiſcopo Leodienſi dictus, Leodii 1613. 4.* LAMBERTI de VLIERDEN *panegyricus Erneſto ac Ferdinando, Bauaris, Epiſcopis Leodienſibus, dictus* extat *Leodii 1613. 8.* ALEXANDER WILTHEMIVS *de phiala reliquiarum S. Agathæ* ſcripſit, *Treuiris 1656. 8.*

§. XIX.

Oſnabrugenſe Chronicon debemus ERTVINO ERDMANNO, quod MEIBOMIVS *S. R. S.* T. II. p. 193. inſeruit, cum notis, continuatione, atque præmiſſo diſcurſu de antiquis Weſtphaliæ colonis, editum *Oſnabrugæ 1677. f.* Diuerſos qui in condenda *Oſnabrugenſi* hiſtoria elaborarunt indicavit B. IOA. ANTON. STRVBBERG *im kurtzen Entwurff einer Oſnabrückiſchen Hiſtorie Iena 1720. 8.* De *Academia* vero, ſiue Gymnaſio *Carolino*, quod ibidem eſt, extat IOANNIS BILSTEINI *Athenæum encyclopædiæ a Carolo M. inſtitutum, & a Reuerendo Principe, Franciſco Guilielmo, Epiſcopo Oſnabrugenſi inſtauratum, Coloniæ 1631. f.* De eodem aliud extat ſcriptum: *Academia Carolina Oſnabrugenſis, ſ. Athenæum encyclopædiæ adquirendæ a Carolo M. in vrbe Oſnabrugo ante 800. annos inſtitutum, nunc a Franciſco Guilielmo, Epiſcopo Oſnabrugenſi reſtitutum, Oſnabrugæ 1630. f.* Selectæ quædam & ſingulares obſeruationes factæ de originibus & ſtatu antiquo Eccleſiæ *Oſnabrugenſis* dum erudita orta eſſet controuerſia inter Ioannem Georgium Eccardum & eruditos aliquot viros de fide Diplomatis *Caroli M.* 13. Kal. Ian. a. 804. dati. Ediderat

derat enim hiſce in ſtudiis verſatiſſimus ECCARDVS: *Diploma Caroli M. Imp. de Scholis Oſnabrugenſis Eccleſiæ Græcis & Latinis critice expenſum* 1717. 4. Oppoſuere ipſius argumentis quædam *Anonymus Hallenſis*; IODOCVS HERMANNVS NVNNINGIVS Canonicus Vredenſis, & LVDOVICVS HENSELERVS S. I. Duobus prioribus reſpondit Eccardus duobus libellis, quorum alterum *germanice* exaratum prodiit, hac inſcriptione: *Gründliche Vnterſuchung eines alten Caroliniſchen Schenck-Briefs, in welchem der Griechiſchen und Lateiniſchen Schule zu Oſnabrück gedacht iſt, durch einen Liebhaber der Wahrheit*, 1719. 4. alterum latine editum, ſub titulo: *Cenſura Diplomatis Carolini de &c. ab obiectionibus Iodoci Hermanni Nunninghi vindicata, Helmſtadii* 1721. 4. Refutatio vero *Henſeleri* in chartam coniecta non prodiit. Vide *Eccardi Hiſt. Franc. Orient. T. II. p.* 29.

§. XX.

NICOLAI SCHATENII S. I. *Hiſtoria Epiſcopatus Monaſterienſis* vt & BERNARDI a MALLINCKROT *Collectanea Hiſtoriæ Monaſterienſi inſeruitura* in MSCtis latere teſtatur *Eccardus*, *Hiſtoria Franciæ Orientalis* Præfatione. IOANNES CINCINNVS *de Vita S. Ludgeri* primi Monaſterienſis Epiſcopi ſcripſit *Coloniæ* 1515. 8. Ab hoc longe diverſus, bellicis potiſſimum actionibus formidabilis Regumque Franciæ & Magnæ Britanniæ fœderibus innexus *Chriſtophorus Bernhardus a Galen*, cuius res pace belloque geſtas ſimul vero Germaniæ inſignis partis & Europæ conſignauit curate & copioſe IOANNES ab ALPEN Epiſcopi Conſiliarius intimior, Vicarius Generalis & Sigillifer *Decade de vita & rebus geſtis Chriſtophori Bernhardi Epiſcopi & Principis* Monaſterienſis, cuius *Pars Prima*, ſiue *Libri Quinque priores*, editi *Monaſterii*

naſterii Weſtphaliæ ſ. Cæsfeldiæ 1694. 8. Pars Secunda Monaſterii 1703. 8. Leuioris momenti & plenus odii eſt, qui *belgice* & *germanice* editus libellus; inſcriptus: S. de V. *Hiſtoriſche Erzehlung vom Leben und Kriege Chriſtoph Bernhard von Galen, Amſterdam 1679. 12.* & gallico: *La vie de Chriſtoffle Bernard de Galen, Evêque de Münſter, a Cologne 1681. 12.* Plures vero de motibus Anabaptiſtarum Monaſterienſibus fuerunt commentati. IOANNIS FABRICII habemus *carmen elegiacum de Motu Monaſterienſi, Coloniæ 1546. 8.* IOANNES NIVENIVS dedit *tumultum anabaptiſtarum*, carmine heroico, *Amſtelodami 1630. 8.* Sed præſtat ANTONII CORVINI liber *de miſerabili Monaſterienſium anabaptiſtarum obſidione, excidio, rebus in vrbe geſtis, Regis Knipperdollingi & Krechtingi confeſſione & exitu.* LAMBERTI HORTENSII *Tumultuum Anabaptiſtarum* liber ad Senatum Amſtelodamenſem, qui in Tomo Secundo Sahardii extat. *Hortenſium* exſcripſit impudenter auctor Anonymus libelli gallici quod ad ſtilum elegantis: *Hiſtoire des Anabaptiſtes, Paris 1695. 12.* Omnibus tamen eſt præferendus CONRADI HERESBACHII liber *de factione Monaſterienſi*, quem ad Eraſmum Roterodamenſem ſcripſit, cum notis *Theodori Starckii, Amſtelodami 1637. 8.* cui coniungendum E. M. P. *(Plarre) Epideigma ſiue Specimen Hiſtoriæ Anabaptiſticæ 1701 8.* ſine loci mentione, ita adornatæ, vt in illa Anabaptiſmi ſedes, ortus, progreſſus, fata, & præcipui choragi exhibeantur.

§. XXI.

Lubecenſis Præſulatus *Diplomata* collecta ſpiſſo volumine extare *Berolini* docet *Eccard* Præfat. *Hiſtoriæ Franciæ Orient.* eorundemque plenior Collectio MSCta iam *Hanoueræ* adſeruatur teſte eodem

eodem *Eccardo* Præfatione *Hiſtoriæ Franc. Orient.* Seriem *Epiſcoporum Lubecenſium* & vitæ eorum quædam memorabilia compilauit FRIDERICVS COGELIVS in *Vthinenſiſcher Chronica, oder Stadt-Gedæchtniß, in ſich haltend kurtze Denckwürdigkeiten der Biſchœfflichen Reſidenz-Stadt Vthin,* quam iterum edidit & auxit ALEXANDER MOLDE Secretarius Ciuitatis, *Lübeck 1712. 8.* Ad res vero antiquiores facit primum HELMOLDI *Chronicon Slauorum*, quod cum ARNOLDI LVBECENSIS continuatione, atque eruditis HENRICI BANGERTI notis prodiit *Lubecæ 1659. 4.* in quo tamen Hiſtoriam Eccleſiaſticam potiſſimum videmus illuſtratam. Præterea extant incerti Auctoris *Chronica Slauica de Lübeck, Hamburg, Lüneburg, Wiſmar, Roſtock, Sunda & cæteris ciuitatibus*, quæ in *Lindenbrogii* Scriptoribus rerum Germaniæ Septentrionalium extant, vbi & Supplementum Chronicæ *Helmoldi*, quod in antiquioribus editionibus deſideratur, comparet. Præter hosce habemus *der Kayſerlichen freyen Reichs-Stadt Lübeck Herrlichkeit und Alterthum, Lübeck 1666. 8. Die beglückte und geſchmückte Stadt Lübeck, Lübeck 1697. 8.* quæ narratio plena eſt errorum. HERMANNI BONNI *Chronicon paruum vrbis Imperialis Lubecæ ab eius primordio ad annum 1539. Baſileæ 1543. 8.* Sed præſtat ſingulis IOANNIS REGKMANNI *Lübeckiſche Chronica*, e Mss. Ioannis Friderici Fauſten von Aſchaffenburg, edita, *Heidelbergæ 1619. f.* Ex hisce & aliis Scriptorum Rerum Germanicarum fontibus ſuam Hiſtoriam Lubecenſem eleganter deduxit CASPAR SAGITTARIVS, reſpondentis partes in quatuor diſſertationibus gerente IACOBO a MELLEN, *Ienæ 1677. & 1678. 4.* Vtilis quoque eſt libellus, cui titulus: *Gründliche Nachricht, von der Kayſerlichen*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

lichen freyen und des Heil. Rœmiſchen Reichs-Stadt Lübeck, Lübeck 1713. 8. Sic etiam idem Sagittarius b. m. in ſua *Hiſtoria Bardeuici* origines vrbium Lubecæ & Hamburgi ſimul expendit, *Ienæ 1675. 4.* Alias prodiit *Catalogus Argumentorum, warumb die Dœrffer Stockelsdorff, Steinrode, Meusling und Morie zu der Lübeckiſchen Hoch-und Ober-Botmæßigkeit gehœren, Lübeck 1668. f.* Et *kurtzer ohnvorgreifflicher Bericht und Anzeig des Kloſters zu S. Iohannis Zuſtand, und der Stadt Lübeck daran zuſtehendes Recht und gerechtſame betreffend, Lübeck 1666. 4.*

§. XXII.

Ab *Epiſcoporum Germaniæ* hiſtoria progredimur ad *principalis dignitatis Abbates.* Inter hosce primus dignitate & opibus eſt Abbas *Fuldenſis.* Huius *Abbatiæ* & inſignis Regni Germanici Principatus Hiſtoria, liberalitate & auſpiciis laudatiſſimorum Abbatum *Conſtantini* atque *Adolphi* inſigniter fuit illuſtrata, inſtructus enim Arhiui antiquiſſimi Fuldenſis & aliis ſubſidiis diligentiſſimus vir præmaturo fato nuper viuis ereptus IOANNES FRIDERICVS SCHANNAT diuerſa ad rem Fuldenſem ornandam produxit volumina. Primum enim reduxit in eruditorum manus *Corpus Traditionum Fuldenſium, Lipſiæ 1724. f.* quod vtile opus Libris tribus ex parte iam ediderat *Piſtorius T. I. S. R. G.* iam vero ordine chronologico eſt digeſtum, complectens omnes & ſingulas Impp. Regum, Principum, Comitum aliorumque fidelium largas donationes in Eccleſiam Fuldenſem collatas ab Anno fundationis 744. ad finem vsque Seculi XIII. Ex hisce Traditionibus aliisque monumentis erutum eſt quod Schannatus adiecit *Patrimonium S. Bonifacii*, ſiue *Buchonia vetus*, cui præfixa *Mappa* Geographica

Has

Has excepit EIVSDEM *Fuldiſcher Lehn-Hof*, *ſiue, de Clientela Fuldenſi Beneficiaria nobili & equeſtri Tractatus hiſtorico-iuridicus*, *Francofurti ad Mœn.* 1726. *f.* cui acceſſit Elenchus duplex Vaſallorum primi, vt & ſecundi ordinis, quotquot eorum, continua ſerie, etiam a pluribus retro Seculis hucvsque Eccleſia habuiſſe reperitur, vna cum eorum inſignibus æri inciſis. Cum fructu adhibentur huic operi celeberrimi nominis Iuriſconſulti & Collegæ iam honoratiſſimi IOANNIS GEORGII ESTORIS *Analecta Fuldenſia*, *Argentorati* 1727. *f.* edita, plena ſelectæ eruditionis. Porro edita in lucem deſcripta EIVSDEM SCHANNATI *Diœceſis Fuldenſis cum annexa Hierarchia*, *Francofurti* 1727. *f.* qua præter parochiales Eccleſias LX. cum Filiabus XCIV. nec non oratoriis Collegiatæ Eccleſiæ VI. Monaſteria virorum XV. & Monaſteria Virginum XVI. vel olim vel adhuc ſubiecta deſcribuntur, ſimulque res aliorum religioſorum Ordinum in eandem Diœceſim admiſſorum indicantur. Oppoſitæ huic ſunt IOANNIS GEORGII ab ECKHART *Animaduerſiones Hiſtoricæ & Criticæ in Ioa. Friderici Schannati Diœceſin & Hierarchiam Fuldenſem*, *Wirceburgi* 1727. *f.* quibus inprimis Iura quondam Diœceſana Wirzburgenſia vindicauit. Repoſuit SCHANNATVS *Vindicias quorundam Archiui Fuldenſis Diplomatum &c. perperam oppugnatorum*, *Francofurti ad Mœn.* 1728. *f.* quibus *Eccardinas in Diœceſin & Hierarchiam Fuldenſem criticas Animaduerſiones* expungere voluit, vlteriores quoque in vniuerſam Fuldenſem Hiſtoriam conatus præuie eludere. In quo ſcripto cumprimis vtiliſſima illa noua ad Rem Germaniæ Diplomaticam ſubſidia & addita veterum ſcripturarum ſpecimina, nec non Sigillorum ectypa in æs inciſa. In eandem

dem *Diœceſin Fuldenſem Schannati* acerbam exercuit cenſuram edita vti inſcribitur: *Epiſtola Cenſoria* perſonatus IOANNES CHILIANVS MAINBERG, Oſtro Francus, *in Rapſodiam Ioannis Friderici Scannat, cui titulum fecit: Diœceſis Fuldenſis, cum annexa ſua Hierarchia*, ſine loci mentione, forte *Wirceburgi 1727. 4.* Ex hisce ſubſidiis producta demum I. F. SCHANNAT *Hiſtoria Fuldenſis, Francofurti 1729. f.* in tres Partes diuiſa, quarum prior Monaſterii Fuldenſis origines, incrementa, fata, veterem diſciplinam, œconomiam, officia clauſtralia, Academiam, nec non Viros tum variis infulis claros, tum doctrina & eruditione celebres, ſiſtit; altera, in Abbatum Fuldenſium Iura, Prærogatiuas & Priuilegia, Miniſteriales quoque, ſeu Officiales maiores aulicos inquirit; Tertia, res ab Abbatibus exponit ab anno C. 744. ad an. 1729. additis egregio Codice Probationum, pluribus monimentis ineditis inſtructo & Indice Abbatum emortuali antiquiſſimo, & Necrologio Fuldenſi generali ab anno 779. ad an. 1059. Ante *Schannati* labores editi: VALENTINI MÜNTZERI Ciuis Fuldenſis *Chronographia oder Beſchreibung der Iahre von Anfang der Welt bis auf unſere Zeiten dieſes lauffenden Iahres 1551.* varias narrationes ad res Fuldenſes inſeruit, edita 1540. 4. poſt *Francof. ad Mœn. 1549. 4.* EBERHARDI FABRICII *Gloria Fuldæ*, qua vitam & res geſtas Abbatum *Fuldenſium* verſibus deſcripſit, eosdemque commentariis illuſtrauit *Gieſſæ 1655. 8.* Præclari CHRISTOPHORI BROWERI S. I. *Antiquitatum Fuldenſium Libri IV.* editi *Antwerpiæ 1612. 4.* Eidem debemus *Vitas SS. Gothardi, Bernhardi, Meinwercki, Ægidii, Abbatum Fuldenſium, Moguntiæ 1626. 4.*

§. XXIII.

§. XXIII.

De *San-Gallenſis* antiquiſſimæ & celeberrimæ *Abbatiæ* fatis Scriptores varii extant inter *Alamannicos* GOLDASTI ſupra iam p. 839. recenſitos, nimirum: HEPIDANNI Cœnobitæ *Annales*; RATPERTI Monachi S. Galli *de origine & diuerſis Caſibus Monaſterii S. Galli in Alemannia*; aliique quos ſ. exquiras. Notitiam quoque *Abbatiæ* huius præbet: *Idea S. Congregationis Helueto-Benedictinæ exhibita a Muſis San-Gallenſibus, typis Monaſterii S. Galli 1702. f.* cum figuris. In MARCI HALTMEYER *Beſchreibung der Stadt S. Gallen Geſchichte, St. Gallen 1683. 8.* reperiuntur quædam ad res Abbatiæ facientia.

§. XXIV.

Elwangenſis Monaſterii Chronicon ab anno 1095. vsque ad 1477. a MATTHAEO MARESCHALLO de PAPPENHEIM excerptum in Tomo Primo *Freberi* extat. In *Corbeienſis* Abbatiæ Hiſtoria adhibenda IOANNIS LETZNERI *Chronica, oder Beſchreibung des Lebens und Thaten Kayſers Ludouici Pii, wie derſelbe das Frey-Stifft Corbey geſtifftet, nebſt Beſchreibung 30. Adelicher Geſchlechter, des Stiffts Lehn-Leuten, Hildesheim 1604. 4.* & CHRISTIANI FRANCISCI PAVLINI *Theatrum illuſtrium virorum Corbeiæ Saxonicæ, Ienæ 1686. 4.* editum quo ſanctorum & illuſtrium virorum, qui Corbeia oriundi, memorabilia exhibet. Pleniorem & ex Archiuis præſtantiſſimis petitam Hiſtoriam Corbeienſem, in qua condenda vir doctus elaborat, huiusque ſpecimen ſermone vernaculo dedit, magno deſiderio expectamus. In cauſſa Höxarienſi, quæ inter Abbatem *Corbeienſem* & domum *Brunſuicenſem* ventilata, prodiit: *Gegen-Manifeſt Hertzogs Rudolphi*

Auguſti zu Braunſchweig und Lüneburg, daß bey denen motibus, ſo in dero Erb-Schutz-Verwandten Stadt Höxter, durch der Fürſtlichen Corveyiſchen Regierung verübte Preſſuren entſtanden, ihre Guarniſon zu legen höchſt befugt, Wolfenbüttel 1671. 4.

§. XXV.

Celebris & locupletis *Monaſterii Zwifaltenſis* in Sueuia origines & fata curate exponuntur in ARSENII SVLGERI, eiusdem Monaſterii religioſi ſacerdotis *Annalibus imperialis Monaſterii Zwifaltenſis*, qui duabus Partibus diſtincti opere poſtumo prodiere *Auguſtæ Vindelicorum* 1698. 4. Vitæ & imagines Abbatum *Wiblingenſium* cum fatis Monaſterii exquirendæ in *Templo Honoris Monaſterii Wiblingenſis aperto, Auguſtæ Vindelicorum* 1702. 4. Magni pretii habendum *Chronicon Monaſterii Reichersbergenſis in Bauaria*, quod ad vniuerſalia Chronica pertinet quidem ab Adamo primordia narrationis ſumens, ſed cumprimis fata Monaſterii ad a. 1194. commemorat, edidit illud cum Præfatione *Iacobi* GRETSERI, optimo conſilio CHRISTOPHORVS GEWOLDVS, *Monachii* 1612. 4. & propter raritatem & vſum ill. de LVDEWIG *Nouo Volumini Scriptorum rer. Germ.* T. II. p. 126. inſeruit.

§. XXVI.

Quedlinburgenſis Abbatiæ hiſtoriæ multum lucis attulerunt FRIDERICI ERNESTI KETTNERI *Antiquitates Quedlinburgenſes, oder, Kayſerliche Diplomata, Pæbſtliche Bullen, Abteyliche und andere Urkunden von dem Kayſerlichen freyen weltlichen Stifft Quedlinburg, Leipzig* 1712. 4. ex ipſis Archiuis quidem petita Diplomata, ſed non ſemper de exemplis authenticis deſcripta, quan-

quandoque ſaltim ex copialibus, vt vocant libris repetita, multi tamen vſus. Idem B. Vir compilauit quoque *Kirchen- und Reformations-Hiſtorie des Kayſerlichen freyen weltlichen Stiffts Quedlinburg*, *Quedlinburg 1710. 4.* chartis & diplomatibus inſtructam, qua fundatio, vitæ Abbatiſſarum & aliarum perſonarum, & quæ huius ſunt argumenti diligenter enarrantur. Singillatim edita IOANNIS CHRISTOPHORI OLEARII *Anaſtaſis* Agneſæ Abbatiſſæ Quedlinburgenſis, i. e. *erneuertes Denckmahl einer uhralten Abbatißin zu Quedlinburg, Agneſæ, Conrads des Groſſen, Marggrafens zu Meiſſen Tochter, durch Veranlaſſung etlicher bracteatorum oder alten hohlen ſilbernen Müntzen, Ienæ 1699. 4.* In controuerſia Reuerendiſſimæ Abbatiſſæ Quedlinburgenſis cum potentiſſimo *Boruſſorum* Rege, varia ſcripta hinc inde fuerunt publicata, quorum Titulos vide in *Lünigii Bibliotheca Deductionum.*

§. XXVII.

Monaſteriorum Superioris Saxoniæ, Thuringiæ cumprimis & vicinarum regionum inſignis fuit numerus, quorum iam Seculo maximam partem addictorum memoria & notabilia vtiliter conſeruantur. Quo in argumento laudabiliter elaborarunt Viri patriarum rerum amantiſſimi, hosque inter doctiſſimi HENRICVS FRIDERICVS OTTO & IO. MARTINVS SCHAMELIVS. Horum commentarii magno labore, nec leui ſumptu conducti vtili conſilio in vnum corpus redacti, quod hanc præfert inſcriptionem: *Thuringia Sacra, ſiue, Hiſtoria Monaſteriorum, quæ olim in Thuringia floruerunt*, quæ edita *Francofurti ſ. Lipſiæ 1727. f.* in qua eorum fundatio, hiſtoria Abbatum, fata, antiquitates, mutatio, interitus

ritus & res notabiles ex iuſtis ſubſidiis chartis, diplomatibus, lapidibus, ſigillis & nummis chronologico & hiſtorico ordine exhibentur, *Tomo* nimirum *Primo*, collecta ſtudio inſigni & opera HENRICI FRIDERICI OTTONIS, ſequentia:

1. Monumenta Monaſterii S. Michaelis *Ordorffienſis in Thuringia.*
2. Monumenta Monaſterii *Gerbſtadienſis* in Comitatu *Mansfeldenſi* quondam ſiti.
3. Monumenta Monaſterii *Reinhardsbornenſis* in Ducatu *Gothano.*
4. Excerpta Diplomatum *Reinhardsbornenſium* Chartarii primi.
5. Excerpta Diplomatum *Reinhardsborn.* Chartarii ſecundi.
6. Excerpta Diplomatum *Reinhardsborn.* Chartarii tertii.
7. WILHELMI LISTEMANNI Regiſtrum *Reinhardsbornenſe* ex MSCto primum editum.
8. Exordium Cœnobii *Altenbergenſis* & Hiſtoria vitæ B. *Gertrudis* Altenbergenſis ex Landgrauior. Thuringiæ ſtirpe.
9. Monumenta Monaſterii *Kaltenbornenſis*,
10. Monumenta Monaſterii *Heusdorffenſis* prope *Apoldam* olim ſiti.
11. Excerpta Diplomatum *Heusdorffenſium.*
12. Monumenta Monaſterii *Wimmelburgenſis* in Comitatu *Mansfeldenſi* olim ſiti.
13. Monumenta Monaſterii *Vallis S. Georgii* in Thuringia.
14. Excerpta Diplomatum ex Chartario Monaſterii *Vallis S. Georgii.*
15. Monumenta Monaſterii *Frauenſeenſis.*
16. Monaſterii *Colledenſis*; 17. *Ilmenſis* in Comitatu Thuringiæ *Schwarzburgico*; 18. *Marckſuſſerani* itidem quondam in terris Schwarzburgicis ſiti.
19. Monumenta Domus, ſeu Præpoſituræ *Vttenbacenſis*
20. Monumenta Monaſterii ad *Heidam* poſiti.

Tomo

Tomo vero Secundo extant:

Quæ ſummo ſtudio condiderat vir maxime reuerendus IOANNES MARTINVS SCHAMELIVS, ſermone vernaculo, quorundam *Monaſteriorum Hiſtoriæ* verſæ in latinum propter exteros ſermonem, ſcilicet:

1. Monaſterii *Goſſecenſis*; 2.) *Sancti Mauritii* ad *Numburgum*; 3.) *Boſaugienſis* prope *Cizam*, cuius Chronologiæ Abbatum *Boſaugienſium* primas lineas duxerat B. IOA. GEORGIVS LEVCKFELDIVS, ſed auxit inſigniter copioſiusque inſtruxit laudatus *Schamelius*. 4.) *S. Georgii* ad *Numburgum* olim ſiti; 5.) *Salveldenſis* cuius monimenta ex parte decerpta ſunt ex SYLVESTRI LIEBII *Salfeldiographia MSCta* multis obſeruatu dignis, adiectis. 6.) *Oldislebienſis*; 7.) *Sittichenbacenſis*; 8.) *Roßlebenſis*; 9.) *Memlebenſis*; 10.) *Bürgelenſis*, cuius tam collector & auctor ill. IOANNES BASILIVS Nobilis dominus *de* GLEICHENSTEIN. Prodiit libellus germanice ſub titulo: *Bürgelenſis Abbatiæ Primitiæ, oder kurze Hiſtoriſche Beſchreibung der vormahligen berühmten Abbtey und Cloſter Burgelin, Ienæ 1729. 8.* 11.) *Portenſis* Monaſterii, de quo *latine* iam prodierat IVSTINI PERTVCHII eiusdem Monaſterii Rectoris *Chronicon Portenſe, duobus Libris diſtinctum, Lipſiæ 1612.* 4. idemque *germanice* ſcriptum cura prodiit Dn. *Io. Mart. Schamelii, Lipſ. 1734. 4.* cum ipſius acceſſionibus.

§. XXVIII.

Vtilem cumprimis operam in perueſtigandis *Monaſteriorum* vtriusque *Saxoniæ*, Inferioris maxime, originibus & fatis operam nauauit, aliosque ſuo excitauit exemplo B. IOANNES GEORGIVS LEVCKFELDIVS Paſtor primarius Grœningenſis in Halberſtadienſi Principatu tot editis libris argumentum hoc tractantibus bene meritus. Edidit enim vir maxime induſtrius *Antiquitates Walckenredenſes*, opulenti in faucibus Harcyniæ cœnobii Ordinis Ciſtercienſis,

enſis, *Ienæ & Nordhuſæ* vt & *Lipſiæ* 1705. 4. de quo iam extabat: HENRICI ECKSTORMII *Chronicon Walckenredenſe*, *Helmſtadii* 1617. 4. formis expreſſum, nec non in MSCto latet IOA. HENRICI HOFFMANNI Archiuarii Cellenſis egregium *Chronicon Walckenredenſe*, cui multum debet *Leuckfeldius*, eoque tamen ſapienter vſus haut videtur, cuiusque elegantem & eruditam recenſionem dedit Vir Celeberrimus IOANNES FRIDERICVS CHRISTIVS *Noctium Academicarum Spec. III. Obſeru. XVII. p.* 230. Eadem ratione ex iuſtis monimentis diplomatibus, chartis aliisque memoriæ præſidiis, multa diligentia *Leuckfeldii* conquiſitæ *Antiquitates Pœldenſes, oder Hiſtoriſche Beſchreibung des vormahligen Stiffts Pœlde Præmonſtratenſer Ordens*, *Wolffenbüttel* 1707. 4. cui acceſſerunt Literæ Fundationum, Cæſareæ Confirmationes & Chartæ Cœnobiorum: *Marienrode*, *Ilſenburg*, *Neuenſtadt*, & Eccleſiæ Dominicæ Goslarienſis. Succeſſerunt: *Antiquitates Blanckenburgenſes*, *Francofurti & Lipſiæ* 1708. quæ de comitibus quidem potiſſimum Blanckenburgenſibus & Palatio Regio Walhuſano exponunt, hinc inde tamen inſerta notitiæ Monaſticæ inſeruientia. Plenæ bonæ frugis *Eiusdem Antiquitates Gandersheimenſes, oder Hiſtoriſche Beſchreibung des vralten Kayſerlichen freyen weltlichen Reichs-Stiffts Gandersheim*, *Wolffenbüttel* 1709. 4. cum Præfatione *Ioa. Andreæ Schmidii*, inſunt hisce commentariis obſeruationes de Cœnobiis *Brunshauſen*, *Cluß* & S. *Mariæ*. Has exceperunt: *Antiquitates Ilfeldenſes, oder, Hiſtoriſche Beſchreibung des Cloſters Ilfeld Præmonſtratenſer Ordens*, adiecta eſt LAVRENTII RHODOMANNI *Ilfelda Hercynica*, *Quedlinburg* 1709. 4. atque: *Antiquitates Grœningenſes, oder H. B. der vormahligen Biſchöfflichen Halberſtadtiſchen Reſidenz Grœningen*, *Qued-*

Quedlinburg 1710. 4. in quibus ſimul Monaſteriorum *Hadmersleben* & *Adersleben* fit mentio. Subſecutæ EIVSD. *Antiquitates Michælſteinenſes & Amelunxbornenſes*, Ciſtercienſis Ordinis Abbatiarum in Ducatu Brunſuicenſi, *Wolffenbüttel 1710. 4.* quibus acceſſit IOANNIS LEZNERI *Nachricht von dem freyen Stifft Luckem.* Prodierunt porro: *Antiquitates Bursfeldenſes*, Benedictini Ordinis, *Leipzig und Wolffenbüttel 1713. 4.* cum adpoſita commemoratione hiſtorica de Cœnobiis *Ringelheim*, & *S. Blaſii* Nordhuſæ; nec non: *Antiquitates Katelenburgenſes*, *Lipſiæ 1730. 4.* Ordinis S. Auguſtini, cui adhærent memorabilia Monaſterii Auguſtinianorum *Kaltenbornenſis*; atque Ciſtercienſium *Wienhuſani.* Subſecutæ EIVSDEM *Antiquitates Præmonſtratenſes, oder Hiſtoriſche Nachricht von zweyen berühmten Præmonſtratenſer Clœſtern S. Marien in Magdeburg und Gottes Gnade bey Calbe*, *Magdeburg 1721. 4.* Nec ab hac percenſione excludendum alius ſcriptoris celebris HENRICI MEYBAVMS *Chronicon des Iungfraulichen Cloſters Marienborn in dem Magdeburgiſchen*, quod B. *Leuckfeldius* ex MSCto auctoris, addita Vita eius & notis edidit *Magdeburg 1720. 4.* Addimus ne huius argumenti quidquam *Leuckfeldianorum* ſcriptorum omittamus, EIVSDEM *Hiſt. Beſchreibung von dreyen in und bey der güldenen Aue gelegenen Oertern, nemlich, dem geweſenen Ciſtercienſer Cloſter S. Georgii zu Kelbra, wie auch denen Kayſerl. Pfalzen Alſtedt und Walhauſen*, *Leipzig 1721. 4.* Claudant demum ſeriem *Leuckfeldianorum* eius *Antiquitates Halberſtadienſes*, *Wolffenbüttel 1714. 4.* quidquid a *Leuckfeldio* expectari poterat conquiſitæ magno ſtudio notitiæ complectentes. *Leuckfeldianis* hisce commentationibus alias iungimus de *Monaſteriis Saxoniæ Inferioris*

exponentes. IOANNES ſiquidem CHRISTOPHORVS HARENBERGIVS *Hiſtoriam* conduxit & edidit *Eccleſiæ Gandershemenſis Cathedralis & Collegiatæ Diplomaticam*, *Hannoueræ 1734. f.* volumine ſpiſſo formis expreſſam, qua exhibuit fundatorem, ipſamque fundationem, Aduocatos & defenſores, Abbatiſſas, Canonicas, Canonicorum præcipuos, exemtionem eccleſiaſticam papalem, tuitionem regiam, Miniſteriales eorumque genuinam indolem, benefactores inprimis Ludouicum & Lotharium Saxonem, Ottonem IV. & Comites Principesque Schwarzburgicos, Vaſallos ſummos & medioximos, rem ſacram & literariam, ſingulatim Ducum Saxoniæ hiſtoriam ad Henricum Longum, Ducumque Brunſuicenſium ex maſcula ſtirpe Italica & fœminea Sueuica hiſtoriam genealogicam, ab ineunte Sæculo IX. vsque ad Seculum XV. Comitum porro & nobilium Dominorum, atque Genealogias plurimarum inferioris Saxoniæ Familiarum illuſtrium & generoſarum adiecit, Diplomata quoque & Sigilla inſeruit. Multum quidem operæ adhibuit V. C. *Harenbergius*, plura tamen curate non perueſtigauit, admiſcens quoque quæ ad argumentum haut pertinent, quæque Iurium præſidiis haut ſuffultus exponere haut valuit. Ex MSCto edita: IOANNIS LEZNERI *Beſchreibung des Kayſerlichen Stiffts Kœnigslutter*, editore IOANNE FABRICIO Abbate Regio Lutterano, qui adnotationes emendantes, & quæ expoſitionem hanc ſupplent addidit, adiecitque HENRICI MEIBOMII *Bericht von der Comturey zu Supplinburg*, *Wolffenbüttel 1715. 8.* Nec eſt hic omittendum: *Chronicon Cœnobii Montis Francorum Goslariæ*, *Francofurti 1698. 4.* editum ex optimæ notæ auctoribus & documentis authenticis congeſtum, auctore Dn. KOTZEBVE.

§. XXIX.

§. XXIX.

Ne quid ſcriptorum ad rem *Monaſticam Germaniæ* mihi notorum omittam, addo aliorum *Cœnobiorum*, variis *Germaniæ* in *Prouinciis* ſitorum *Hiſtorias* ſigillatim editas. Sic extat SIMONIS RETTENPACHER, Ordinis S. Benedicti ibid. Profeſſi *Hiſtoria Norica cum Annalibus Monaſterii Cremiſanenſis, in Auſtria Superiore, Salisburgi 1677. f.* In *Auſtria inferiore* plura ſita opulenta Cœnobia, quale eſt *Mellicenſe*, de quo veteres *Annales* extant inter S. R. HIERONYMI PEZII *Scriptores Rerum Auſtriacarum* T. I. p. 850. extat ſingilatim recentius ANSELMI SCHRAMB *Chronicon Mellicenſe, Viennæ 1702. f.* a quo, vt & *Rettenpachero* plura Hiſtoriæ Auſtriacæ capita ſimul exponuntur. Inſignis Monaſterii *Gottwicenſis Chronicon*, Reuerendiſſimus Abbas *Godefridus* promiſit, cuius præclarum *Prodromum* eruditus orbis cum plauſu excepit. In R. P. RAIMVNDI DVELLII *Miſcellaneorum* Libris Duobus, *Auguſtæ Vind. & Gratii 1723. & 1724. 4.* editorum, plura extant monimenta ad fundationem diuerſorum Auſtriæ Cœnobiorum ac Collegiorum religioſorum fata pertinentia, quorum recenſionem iam ſupra p. 866. inter *Collectiones Scriptorum Rer. Germ.* dedimus. Antiquiſſimi Cœnobii *Amorbacenſis* in *Francia Orientali* fata annotauit P. IGNATIVS GROPP in commentariis inſcriptis: *Ætas mille antiquiſſimi & regalis Monaſterii B. Mariæ V. in Amorbach Ordinis S. Benedicti in Archi Diœceſi Moguntina, Francof. 1736. f.* Epico carmine ſcripta P. IO. WEINCKENS *Navarchia Seligenſtadiana, ſiue Fundatio Regalis Abbatiæ Seligenſtadienſis Francof. 1714. f.* quæ in Archi-Diœceſi Moguntina ſita. *Sueuiæ* Monaſteriorum memorabilia collegit FRANCISCVS PETRI in *Sueuia Eccleſiaſtica* edita *Auguſtæ Vindelicor. 1699. f.* cui iungenda quæ de iisdem compilauit, IOANNES VLRICVS PREGIZERVS in *Sueuia & Wirtenbergia*

ſacra, ab auctoris filio GEORGIO CONRADO PREGIZERO, *Tubingæ 1716. 4.* edita. Hæc inter celeberrima fuere *Spanheimenſe atque Hirſaugienſe*, quorum origines & viciſſitudines conſignatæ a IOA. TRITHEMIO qui ipſe *Sponheimenſis* fuerat Abbas. Is enim *Chronicon Spanheimenſe* condidit, res Monaſterii exponens ab an. 1101. ad an. 1511. cui narrationi ab alia manu ſupplementum additum ad annum vsque 1526. edidit inter cetera TRITHEMII *Opera Hiſtorica* MARQVARDVS FREHERVS *T. II. p. 237.* alterum *Chronicon Hirſaugienſe*, cuius Pars Prima a Fundatione annoque 830. ad an. 1370. Pars vero altera ab anno 1370. ad an. 1514. perducta. In repetita tamen elaboratione primæ parti ipſe Trithemius varia addidit, in vtraque etiam inſignes narrationes omni Hiſtoriæ Franciæ Orientalis inſeruituras, inſeruit. *Prima Pars* huius *Chronici*, elaborationis primæ edita procurante *Guilelmo Radente*, *Baſileæ*, quæ editio ad Codicem MSC. emendata inter *Opera Hiſtorica Trithemiana P. II.* curante *Frehero* iterum edita. Plenum vero *Chronicon* repetitæ elaborationis promouente *Ioanne Mabillonio*, typis *Monaſterii S. Galli 1690. f.* excuſum ſub titulo: *Annalium Hirſaugienſium*, *duos* in *Tomos* diuiſum, quorum *primus* ab an. 830. ad an. 1265. *alter* ab an. 1266. ad 1514. res habet adiectis verſibus in margine lemmatibus & copioſo Indice. *Hiſtoriam Mediani in Monte Voſago Monaſterii O. S. Benedicti ex Congregatione Vitoni & Hidulfi* edidit ſua opera & ſtudio eiusdem Monaſterii Abbas Domnus HVBERTVS BELHOMME, *Argentorati 1724. 4. mai.* ex qua aliqua rebus Lotharingicis adfundi lux poteſt. Inter *Helueticas* fundationes celebre eſt *Einſidelenſe* Cœnobium cuius origines & fata exponunt: *Annales Heremi Deiparæ Matris Monaſterii*

in

in *Heluetia*, auctore CHRISTOPHORO HARTMANNO ibidem Monacho & Bibliothecario, editi *Friburgi Briſgouiæ 1612. f.* in quibus præter accuratam commentandi rationem æſtimandus præclarus Diplomatum Regiorum apparatus, & addita Abbatum inſignia, nitide æri inciſa, ſed rarior hodie eſt iſte liber.

§. XXX.

Virginum in Ciuitate Imperii *Lindauia* Cœnobium maiorem quam alia celebritatem accepit, ex controuerſia quam cum Vrbe exercuit, quam in nexu ſuo eſſe confirmare conata, per Diploma quoddam *Ludouicianum*, quod ſuppoſititium habet Ciuitas; Parthenon vero genuinum aſſerit. Attulit hæcce controuerſia Rei Diplomaticæ in Germania curatius percolendæ occaſionem, inque editis commentariis & *Vrbis* & *Monaſterii* origines atque fata, multo eruditionis apparatu perueſtigatæ. *Iura* & libertatem regiæ Ciuitatis Lindauienſis curatiſſime egregio plane libro, quem merito Theſaurum dixeris obſeruationum vtilium in Iure omni Germanico, illuſtrauit DANIEL HEIDER, non adiecto tamen nomine in: *Gründlicher Ausführung, weßen ſich des H. Reichs Stadt Lindaw, wegen einer ihro in Anno 1628. ohnverſehens abgelæſter &c. Reichs Pfandſchafft, wider menniglich zuhalten und zugetræſten hab, Nürnberg 1643. f.* Reſpondit quidem HENRICVS WAGNERECKIVS S. I. & Canonum in Academia Dillingenſi Profeſſor in ſcripto, cui titulus: *Standhaffte Rettung und Beweiſung*, &c. *Embs ad Rhenum 1647. f.* qui diplomatis auctorem adſerens Ludouicum Germanicum, ſed non iuſtis in hoc argumento ſtudiorum ſubſidiis ſuffultus erat Wagnereccius. Rogatus inde ſententiam HERMANNVS CONRINGIVS, vir in his rebus ſatis verſatus,

tus, *Cenſuram Diplomatis, quod Ludouico Imperatori Cœnobium Lindauienſe acceptum fert, Helmſtadii 1672. 4.* edidit, in quo fictitium eſſe commonſtrauit, atque ſimul res Imperii & regni Francorum eccleſiaſticas atque ciuiles, ſeculi inprimis Carolingici illuſtrauit, ſignumque velut excolendi a Germanis ſtudii Diplomatici, hac commentatione extulit. Mortuo Conringio auctore MAXIMILIANO RASSLERO S. I. prodiit: *Iuſta Defenſio antiquiſſimi Diplomatis, quo Ludouicus Imp. cœnobium nobilium Virginum Lindauienſe, nono abhinc Seculo ſtabiliuit, contra iniquam Cenſuram Hermanni Conringii ſuſcepta, Conſtantiæ 1681. 4.* Contra hanc editæ *Hiſtoricæ Vindiciæ pro Hermanni Conringii Cenſura* in Diploma fictitium, *Lindaugiæ 1700. f.* in quibus plenius demonſtratur, diploma a cœnobio adductum eſſe fictitium. Scriptæ hæ, auctore WILHELMO ERNESTO TENTZELIO, ſubſidia concedente THOMA WELTZIO, Reip. Lindauienſis Syndico meritiſſimo, qui multa quæ iura vrbis concernunt, addidit, Tentzelius vero quæ ad detegendas diplomatis impoſturas faciunt, contulit. Sed hæc contegere iterum, & ampliori opere conatus, quem iam excitauimus MAXIMILIANVS RASSLER *Vindicatione contra Vindicias hiſtoricas Wilhelmi Erneſti Tenzelii*, duabus Partibus, *Campedonæ 1711. f.* cuius non ineruditæ argutiæ eruditiſſime & ſolidiſſime confutatæ, a viro & eruditione & meritorum in Rempublicam amplitudine inclito IOANNE REINHARDO WEGELINO Tractatu inſigni *de liberæ S. R. I. Ciuitatis Lindauienſis Prærogatiua Antiquitatis præ illuſtri ad D. Virginem Cœnobio, eiusdemque famoſi Diplomatis Ludouiciani falſitate contra iniqua Maximil. Raſsleri S. I. nuperæ vindicationis argumenta denuo retecta & ſummatim excuſſa. Ienæ 1712. 4.*

Con-

Conferri poteſt: *Reſponſum Facultatis Philoſophicæ Gieſſenſis in cauſſa Lindauienſi*, cuius auctor IMMANVEL WEBERVS, *Gieſſæ Haſſorum 1700. 4.* nec non: *Epiſtolæ* G. GVILIELMI *L. B. de* LEIBNITZ, *&* BVRCARDI GOTTHELFFII STRVVII *ſuper valore famoſi Diplomatis Ludouiciani Lindauienſis, Lindaugiæ 1712. 4.* Nota quoque eſt controuerſia *de Herfordienſi* vrbe, an ſit libera Imperii atque immediata. Prodiit in eadem *Bericht von der Stadt Herford uhralten Fundation, gaudirenden Reichs-Immedietat und Priuilegien 1693. 4.* Contra hoc ſcriptum prodiit *Chur-Brandenburgiſche Wiederlegung.* Alias extat *Conſilum Iuris Deciſiuum, in Sachen der Frau Aebtißin zu Herford, contra die Freyſreulein zu Boyemer, welchergeſtalt das uhralte Abteyliche Herfordiſche Tafelgut Stockum, auf keinerley Weiſe alieniret, noch zum Lehn gemachet werden könne, 1698. 4.* Plures quidem ſuperſunt Abbatiæ & Monaſteria, quæ in territoriis ſtatuum ſita, de quibus tamen ſuo loco inter Scriptores Hiſtoriæ *Prouinciarum Secularium, particulares* dicemus.

CAPVT DECIMVM OCTAVVM.

DE SCRIPTORIBVS RERVM AVSTRIACARVM CVM ADNEXIS PROVINCIIS.

§. I. Scriptores qui ad Chorographiam Auſtriæ faciunt. §. II. Scriptores de origine domus Auſtriacæ. §. III. Scriptores de genealogia domus

domus Auſtriacæ. §. IV. Scriptores de Hiſtoria domus Auſtriacæ. §. V. Scriptores antiqui Hiſtoriæ Auſtriacæ. §. VI. Scriptores qui ad ſpecialem Auſtriæ hiſtoriam faciunt. §. VII. Scriptores qui ad ſtatum politicum domus Auſtriacæ faciunt. §. VIII. Scriptores de virtutibus & pietate domus Auſtriacæ. §. IX. Scriptores qui ad prouincias hereditarias, Styriam inprimis faciunt. §. X. Scriptores de Carinthia, Carniola & Comitatu Tirolenſi.

§. I.

IN Imperio noſtro Romano-Germanico vltra ducentos annos eminet Domus *Auſtriaca*, vt primus omnino locus ei debeatur. Ad Statum Geographicum primum facit MATTHAEI MERIANI *Topographia Prouinciarum Auſtriacarum cum* MARTINI ZEILLERI *Deſcriptione*, quæ prodiit *Francofurti 1649. f.* Chorographicis ſcriptis ex parte adnumeranda eſt IOANNIS CVSPINIANI *Deſcriptio Auſtriæ*, quæ cum *Caſparis Bruſchii* præfatione prodiit *Francofurti 1601. f.* & primum breue compendium hiſtoriæ Auſtriacæ exhibet atque res a Marchionibus, Ducibus, Archi-Ducibus præclare ad hæc vsque tempora geſtas deſcribit, hanc vero expoſitionem ſequitur chronographica Auſtriæ Regionis Deſcriptio *p. 54.* atque p. 61. politica. WOLFFGANGI LAZII *Chronographia Auſtriæ, Viennæ 1561. f.* edita, propter paucitatem exemplorum tam rara fuit, vt in vna tantum & altera patriæ bibliotheca, extaret, & a viris rerum Auſtriacarum peritis pro inedita haberetur. *Petrus* quidem *Lambecius Syntagmati Rerum Germanicarum*

eam

eam addere apud animum conſtituerat, ſed cum non perfeciſſet demum A. R. *Raymundus Duellius Biga Librorum variorum, Francofurti & Lipſiæ 1730. f.* iterum edendam curauit. In M. R. P. Domni PHILIBERTI HVEBER, Archiuarii ſolertiſſimi Mellicenſis, *Auſtria ex Archiuis Mellienſibus illuſtrata* & edita *Lipſiæ 1722. f.* Appendix addita, qua exhibetur perbreuis *Topographia Diplomatico-Auſtriaca*, ideſt, Syllabus Oppidorum, Caſtellorum, Fluuiorum Auſtriæ inferioris, quorum mentio fit in Archiuorum Mellicenſium tabulis, interſerta nonnullorum barbarorum vocabulorum explicatione. Ad particularem vrbium deſcriptionem faciunt primum: WOLFFGANGI LAZII *Vienna Auſtriæ*, ſiue, *Rerum Viennenſium Commentarii in Quatuor Libros diſtincti, in quibus celeberrimæ illius Auſtriæ Ciuitatis exordia, vetuſtas, magiſtratus familiæque ad plenum explicantur, Baſileæ 1546. f.* Hoc ſcriptum HENRICVS ABERMANNVS, ſub titulo: *Beſchreibung der Stadt Wien*, germanice vertit, *Viennæ 1619. f.* additis variis notis Lazium ſupplentibus. *Lazio* quoque debemus *Commentarium in antiquas Viennenſis Vrbis deſcriptiones*, opera *Hermetis Schallauczeri* erutas, *Viennæ 1560. f.* PETRVS LAMBECIVS in locupletiſſimo Opere ſuo Commentariorum de Bibliotheca Cæſarea Vindobonenſi, tomo ſecundo, occaſione Codicum MStorum multa inſeruit, quæ ad hiſtoriam *Vindobonenſem* atque antiquitates egregie faciunt. Et antiquiorem & recentiorem Vrbis primariæ ſtatum breviter, eleganter magnaque libertate deſcripſit. IOANNES BASILIVS KÜCHELBECKER in *Allerneueſter Nachricht vom Rœmiſch-Kayſerlichen Hof, nebſt einer ausführlichen Hiſtoriſchen Beſchreibung der Kayſerlichen Reſidenz-Stadt Wien, und der um-*

liegenden Oerter, *Hanouerae* 1730. 8. cum figuris æneis. GEORGIVS EDERVS *Catalogum Rectorum & Doctorum Archigymnaſii Viennenſis* edidit ab anno 1237. vsque ad annum 1559, continuatum poſtea vsque ad annum 1644, *Viennae* 1645. *f.* Varias deſcriptiones atque Chronica Monaſteriorum tacemus, quæ in Bibliotheca Vindobonenſi adhuc latent a *Lambecio* & *Neſſelio* promiſſa.

§. II.

De originibus Domus Auſtriacæ plures fuerunt partim aſſentando, partim vera proferendo, commentati, cum inediti, tum formis impreſſi. Ex numero ineditorum plures indicauit S. R. P. HERRGOTT *Genealogia Diplomatica Auguſtae Gentis Habsburgicae* Prolegom. VIII. quo recenſum egit, alphabetico ordine, Codicum manuſcriptorum qui de rebus Habsburgicis tractant, quos hinc inde in diuerſis Bibliothecis, præcipue vero in Auguſtiſſima Vindobonenſi, inuenit. IO. LVDOVICVS SCHOENLEBEN ſingulari libro, quem Diſſertationem inſcripſit *de prima Origine Auguſtiſſimae Domus Habsburgo-Auſtriacae*, *Labaci* 1680. *f.* viginti aliorum opiniones recenſet, ipſe a Carolo M. Imp. eiusque Maioribus Franco-Germanis repetit. Nos heic indicabimus potiores typis impreſſos. Agmen ducant Scriptores illi, qui *Auſtriacos* a *Perleoniis* ducunt. Facere id voluit PETRVS LAMBECIVS in *Prolegomenis Annalium Auſtriacorum*, deducturus ab antiqua Romanorum familia, *Anicia Perleonia*. Eiusdem cum *Lambecio* opinionis ante eundem iam fuit ARNOLDVS WIONIVS in opere *de initiis Ordinis S. Benedicti*, quod *Lignum Vitae* inſcripſit, *Venetiis* 1595. 4. quo quidem Libro potiſſimum de origine ſucceſſuque Ordinis S. Benedicti commentatus, quædam tamen de

ortu

ortu Auſtriacæ domus addidit. Hunc ſecutus IOANNES SEIFRIDVS Zuethalenſis Abbas, *in Arbore Aniciana, ſeu, Genealogia Sereniſſimorum Auguſtiſſimæ Auſtriæ Domus Principum, ab Anicia antiquiſſima nobiliſſimaque Vrbis Romæ familia deducta ſeptemque Libris explicata*, eleganti ſtilo concepta, *Viennæ 1613. f.* Oppoſuit ſe quidem *Seifrido* CASPAR SCIOPPIVS *in Stemmate ſuo de origine domus Auſtriacæ, Ticini 1619. 4. & Conſtantiæ 1651. 12.* quo acri ſtilo credulitatem *Seifridi* perſtrinxit. Sed ſcriptum indigniſſimum cenſet *Lambecius* lib. II. c. VI. p. 493. vt eius vlla habeatur ratio, cum nihil contineat ſolidi, ſed meras cauillationes ſcopticas & iniurioſas. A Præfectis Heluetiæ *Vindoniſſenſibus*, atque Comitibus inde ſubſecutis *Altenburgenſibus* deduxit Auſtriacos FRANCISCVS GVILLIMANNVS in Commentariis quos inſcripſit *Habsburgica ſ. de antiqua & vera origine domus Auſtriacæ*, Libris VII. opere luculentiſſimo *Mediolani* edito *1605. 4.* atque *Ratisbonæ 1696. 4.* & germanice per *Ioſephum Langium, Friburgi 1607. 4.* multaque in hisce Libris deprompſit ex monumentis Murenſibus. Quamuis autem hodie hi Comites ab Herrgottio ſatis ſint exploſi, commentarii tamen Guillimanni egregiis aliis obſeruationibus pleni. Huius ſententiam vna Tabula Genealogica exhibuit CASPAR SCIOPPIVS in *Stemmate Auſtriaco Habsburgico, Ticini 1619. 4.* magna ſermonis venuſtate elaborati. Aliam viam ingreſſus HIERONYMVS VIGNIERIVS, qui ab *Erchenoaldo* Maiore Palatii Francici, deſcendere domum Auſtriacam dicit in libello, cui inſcriptio: *L' origine de la Maiſon d' Autriche, Paris 1648. 8.* quem olim perrarum in latinam conuertit, atque adnotationibus illuſtrauit IOANNES IACOBVS CHIFF-

LETIVS, ſub titulo: *Stemma Auſtriacum annis abhinc millenis*, *Antwerpiæ 1650. f.* qui reperta a *Vignierio* aſſeruit atque illuſtrauit. A *Francorum* Regibus repetierunt circa tempora inſtaurati ſub *Maximiliano I.* ſtudii hiſtorici IOANNES STABIVS, cuius *Genealogia Domus Auſtriacæ*, & *epitome ortus Archiducum Auſtriacorum 1510.* *Eiusdem Concluſiones ſuper Genealogia Domus Auſtriacæ* manu exaratæ extant in auguſta Bibliotheca Vindobonenſi inter hiſtoricos profanos n. 211. Secutus eundem fuit HIERONYMVS GEBVILERVS *in epitome regii & vetuſtiſſimi ortus Caroli V, omniumque Archiducum Auſtriæ*, *Hagenoæ 1530. 4.* & *Louanii 1550. 8.* & germanico idiomate *Hagnaw 1527. 4.* & WOLFFGANGI LAZII *Commentarii in Genealogiam Auſtriacam*, *Baſileæ 1564. f.* eandem ſententiam fouent. Probabiliores ſententias de originibus Auguſtæ Domus ex antiquis monumentis, chartis & diplomatibus eruerunt recentiores, qui in Germania noſtra hasce, optimo conſilio inueſtigarunt. Hunc in cenſum referendæ, quas ſummo ſtudio conſeruauit Polyhiſtor Galliæ illuſtris *Peireſcius*, vti patet ex luculenta eius Vitæ deſcriptione a *Gaſſendo* facta *L. III. p. 173.* atque *Mabillonii*, *Itinere Germanico* Editionis *B. Fabricii* p. 23. 24. *Origines Murenſis Monaſterii*, quæ originem Habsburgicorum ab antiquis Comitibus ab Thierſtein deducunt, prodierunt *Spirenbergii* ſiue potius *Pariſiis*, *1618. 4.* atque vtilia ex iisdem hauriuntur, quæ ad recentiorem genealogiam Habsburgicorum faciunt. Addidit eas *Probationibus* ſuis *Originibus Habsburgo Auſtriacis*, adiectis, p. 199. *Eccardus*, nec non ill. Dn. de LVDEWIG *Vol. Script. Rer. Germ. p. 399.* atque tandem ad fidem ipſius autographi ſummo ſtudio exactas & reſtitutas, atque collatas cum editione vulgata,

quæ

quæ mendoſe admodum erat; deſcripta, qui de earum auctoritate pererudite ſententiam dixit Reverendiſſimus *Herrgott Prolegom. III. Hiſtoriæ Diplomat. Auſtriaca p. 24.* ſeq. vbi clariſſime docuit eam antiquitatem, authentiam, fidemque non habere, qualem tribuere voluit *Peireſcius*, nec eorundem ſcriptorem ad origines Habsburgicas propius vel proxime, accedere putandum, ſed ſeculo XIII. floruiſſe, licet olim & a cordatioribus magni fuerit habitus. Hæc Acta & quædam Diplomata Murenſia ſecutus DOMINICVS TSCHVDI Abbas Murenſis in: *Origine & Genealogia Comitum de Habsburg* curante *Chriſtiano* de *Helwich Wratislauia 1715. 8.* recuſis. Egregie, iuſtisque ſubſidiis inſtructus genealogiam Auſtriacam inueſtigarunt, in hisce ſtudiis verſatiſſimi Trium Viri. Enimvero, qui Ordini Benedictinorum in Germania ornamento erat BERNARDVS PEZIVS Benedictinus & Bibliothecarius Mellicenſis *de Etymo Nominis & Origine Domus Habsburgico-Auſtriacæ, ad illuſtriſſimum & excellentiſſimum D. D. Philippum Ludouicum Comitem de Sinzendorff Aug. Imp. Caroli VI. Conſiliarium intimum & Cancellarium primarium Epiſtolam* ſcripſit editam *Viennæ & Noribergæ 1731. 4.* qua genuinam appellationem a vocibus *Habit*, ſeu *Houpit*, *caput* & *burch* vel *burg* deduxit; Gentem vero ab *Othperto* quodam nobili viro in Brisgaugia, qui floruerit circa an. 605. Quas origines reperit in *S. Trutperti*, qui ab Othperto benigne, fuit exceptus *Actis*. Quæ *Acta S. Trutperti Martyris in Brisgouia* auctore, vt putat *Erganbaldo*, circa an. C. 700. Abbate Sanct Trutpertino, ſcripta ex Codice *Zwifaltenſi*, edidit idem meritiſſimus de re hiſtorica PEZIVS *Epiſtola ad Marcum Hanſizium S. I. aliosque in Germania, Gallia & Italia eruditos Viros, Viennæ Auſtriæ 1731. 4.* eademque doctorum

hominum ſuper eorum ſinceritate & authentia ſententiam rogat. Suam de his *Actis Trutpertinis* aperuit Reuerendiſſ. HERGOTT *Proleg. II. de fide Actorum S. Trutperti, deque Cenotaphiorum Habsburgenſium in Cœnobio Trutpertino repertorum auctoritate ad probandam Genealogiam Habsburgicam*, eademque tantam fidem quantam tribuerunt viri docti haut mereri, cenſet. Addidit eadem ſub finem Tomi I. ſinceriora ex Codice *San-Gallenſi* Sec IX. exarato, & recentiori *Baſileenſi* atque cum editione Peziana ex Codice deprauato *Zwifaltenſi* deſumta, ſtudioſe contulit, ectypa quoque ſcripturæ vtriusque Codicis æri inciſa, inſerenda curavit. Multo & exquiſito ſtudio perueſtigauit auguſtæ Domus Genealogiam IOANNES GEORGIVS ECCARDVS, hisce in ſtudiis excellens, producens: *Origines Sereniſſimæ & Potentiſſimæ Familiæ Habsburgo-Auſtriacæ, Lipſiæ 1721. f.* ex monumentis veteribus, ſcriptoribus coætaneis, diplomatibus chartisque, erutas. Quas Probationes, Gallorum exemplo, libro addidit integras. Repetit magnam Domum a *Leuthario I.* Alamanniæ Duce, qui anno 554. obiit. Poſt *Eccardum* nemo maiori ſtudio, inſignioribusque ſubſidiis hunc laborem adgreſſus, quam R. P. MARQVARDVS HERRGOTT, Ordinis S. Benedicti, Congregationis S. Blaſii in Nigra Sylua Capitularis & Magnus Cellerarius nec non Cæſareus Conſiliarius atque Hiſtoriographus, qui ſplendidiſſimum & egregium plane opus edidit, inſcriptum: *Genealogia Diplomatica Auguſtæ Gentis Habsburgicæ Viennæ Auſtriæ 1737. 3. Voll. f.* mai. ornatu magnifico, editum, quo Gentis exordia, antiquitates, propagationes, poſſeſſiones, prærogatiuæ, chartis ac diplomatibus CMLIV. quæ Volumine ſecundo & tertio exhibentur, maximam partem

ad-

adhuc ineditis aſſertæ, adiectis ſigillis aliisque monumentis æri ſplendide inciſis cumprimis regionibus & arcibus, quæ Habsburgiorum quondam fuerunt, Mappa item Geographica & indicibus locupletiſſimis. Stemma ſuum ad *Ethiconem I.* vel *Adelricum* Ducem Alemanniæ Seculumque VII. per mera diplomata & inſtrumenta probat, cumque tales probationes ipſum defecerint, cum Gallicis Scriptoribus & Eccardo ſupra Ethiconem I. adſcendere noluit.

§. III.

Præter hos alii, ſed leuioris multo momenti, extant, qui Genealogiam Auſtriacam breuiter deſcribere voluerunt. Sic extat: MICHAELIS EYTZINGERI *Genealogia Principum Auſtriæ* a Iulio Cæſare vsque ad Rudolphum II. & Philippum II. quinquaginta generationibus continuata, *1590. 8.* IOANNIS RASSII *Genealogia Auſtriaca*, archiducum ex proſapia Comitum Habsburgicorum deducta a poetis variis carmine conſcripta & congeſta, *Conſtantiæ 1594. 4.* HIERONYMI MEGISERI *calendarium genealogicum Domus Auſtriacæ, 1614. 8.* ABRAHAMI HOSMANNI *Genealogia Auſtriæ, Lipſiæ 1614. f.* REINARDI MARXII *typus Gloriæ Auſtriacæ a Rudolpho Habsburgico ad Leopoldum, Francofurti 1658. 4.* OCTAVIVS de STRADA *in Genealogia Domus Habsburgenſis, Ducum & Archiducum Auſtriæ, Francofurti 1615. f.* non ſolum genealogiam explicat, ſed etiam numiſmata Imperatorum ex domo Auſtriaca. THEODORICI PIESPORDII *Stemma Auſtriacum, Bruxellis 1620.* forma patente XII. tabulis æri inciſis conſtat, quibus omnis Genealogia Auſtriaca vsque ad Carolum V. iconibus & breui vitæ deſcriptione declaratur atque inuentu eſt rarum.

IOANNIS GANSEI *Arboretum Auſtriacum*, *Coloniæ 1630. f.* Operoſum eſt ſcriptum & rarum, ſed in multis a vera genealogiæ ratione aberrat, maxime quod Auſtriacos a Francorum Regibus deducat. Germanico idiomate habemus *Genealogiam oder Stamm-Buch des hochlœblichen Hauſes Oeſterreich*, *Neuſtadt 1598. 4.* CASPAR ENS *Famam Auſtriacam*, *von der Bœhmiſchen Vnruhe und Stamm-Regiſter des Hauſes Oeſterreich*, *Coloniæ 1627. 4.* & IOANNIS HVBENREICHS *genealogiam des Hauſes Oeſterreich*, *Hanau 1597. f.* WOLFFGANGI KILIANI *Contrafactur des Aller-Durchlauchtigſten Hauſes Oeſterreich*, *von Rudolpho II. bis auf Ferdinandum II. Augſpurg 1629. f.* IACOBI MENLII *Seel- und Heiligen Buch Kayſer Maximilians Altfordern*, *i. e. Begræbniße der Fürſten von Oeſterreich*, *Freyburg 1522. 4.* ex ipſius Kalendario Sanctorum ex Domo Habsburgo Auſtriaca quod in Bibliotheca Cæſ. Vindobonenſi inter Hiſtor. Eccl. n. 18. extat, decerptum.

§. IV.

Ad ipſam vero Hiſtoriam *Domus & Prouinciarum Auſtriacarum* plures ſunt qui faciant. Nobile corpus monimentorum & librorum chronicorum aliorumque ſubſidiorum ad res Auſtriacas commemorandas, conduxit & illuſtrauit præmiſſis Præfationibus Domnus HIERONYMVS PEZIVS, Monachus Benedictinus Mellicenſis, cuius *Scriptores Rerum Auſtriacarum veteres & genuini Lipſiæ 1721. & 1725. f.* duobus Tomis editi, quorum recenſionem iam ſupra *p. 848.* dedi, heic repetendam. Notitia quoque egregia, variorum *Chronicorum* & Scriptorum ad res Auſtriacas peti poteſt ex S. R. P. ANTONII STEYERER S. I. Præfatione *Commentariis* ipſius *pro Hiſtoria*

ſtoria Alberti II. Ducis Auſtriæ præmiſſa; vt & in fine Præfationis Tomi I. Germaniæ Sacræ P. MARCI HANSIZII S.I. *Aug. Vindel. 1727. f.* editi. Præbet non minus varia huiusmodi ſubſidia PHILIBERTI HVEBER *Auſtria ex Archiuis Mellicenſibus illuſtrata, Lipſiæ 1722. f.* qua Nucleus diplomatum & chartarum illuſtris huius Monaſterii, ſigillorum & aliorum adiumentorum ex quibus peti poſſunt Auſtriaca, ex Archiuis producitur. Talibus præſidiis ſubnixi, licet non omnibus, docti quidam viri ad ſcribendam ordine & ad leges artis hiſtoriam Auſtriacam acceſſerunt. Ex præcipuis autem merito habentur: GERARDI de ROO *Annales Rerum belli domique ab Auſtriacis Habsburgicæ gentis Principibus a Rudolpho I. vsque ad Carolum V. geſtarum Oeniponti 1592. f. & germanice Auguſtæ 1621. f.* Hoc opus poſtumum a CONRADO DECIO poſt mortem *de Roo* editum, multa prudentia ac ſtyli elegantia eſt ſcriptum atque ſatis accuratam rerum Auſtriacarum notitiam, multis monimentis excuſſis præbet, & quidem ab a. 1273. quo Rudolphus Habsburgicus in Rom. Regem electus fuit ad an. mortis Maximiliani I. Imp. 1519. mediam itaque Hiſtoriam Auguſtæ Domus exhibet. Cum prima Editio, latino ſermone, quaſi auctor ſcripſit *Oeniponti 1592. f.* nitide facta, ob paucitatem exemplorum, maximam partem illuſtribus perſonis inſigni cum ornatu datorum, rarior eſſet, *Halæ Magdeburgicæ 1709. 4.* nec tamen ſine mendis recuſa. Eodem *Conrado Diezio* interprete prodiit *Auguſtæ Vindel. 1621. f. Verſio* horum Annalium Germanica, cuius textui icones 180. perſonarum vtriusque ſexus illuſtrium, & 290. inſignia gentilitia, ligno inciſa, ſunt inſerta, ob quas imagines curioſis verſio hæc in pretio eſt. Poſt hos æſtimari debet *Spiegel der Ehren des Ertz-Hauſes Oeſterreich.* Hoc opus primum

 mum

mum imperante Carolo V. compoſuerat IOANNES IACOBVS FVGGERVS Comes, poſtea vero in ordinem meliorem & ſermonem vt putabant nitidiorem redegit SIGISMVNDVS a BIRCKEN, & cenſore *Lambecio* varie locupletauit, ac figuris æneis auxit *Noribergæ 1668. f.* multi tamen optarunt ſpeculum hoc datum fuiſſet eo ſcribendi genere, quo vſus Comes *Fuggerus*. Inſigne tamen opus eſt atque ad Caroli V. tempora vsque deductum, ex quo plenior notitia hiſtoriæ Auſtriacæ hauriri poteſt. Ambages tamen amat & excurſus lectorem auertentes. Præſtat autem in Genealogia particulari ſingulorum Imperatorum domus Auſtriacæ, quam inſeruit, atque Heraldica, dum inſignia domus, familiarum illuſtrium atque nobilium vbique annotauit. Ex hoc potiſſimum IOANNES CHRISTOPHORVS BEERIVS edidit *Groſsthaten der Ertz-Hertzoge zu Oeſterreich*, *Norimbergæ 1695. 4.* qui tamen ſæpe vulgaria dat & non adeo eſt accuratus. IOANNES CVSPINIANVS *in Auſtria* ſua, *Francofurti 1591. f.* edita, hiſtoriam ipſam breuiter eleganterque narrat, ideoque commendandus. FRANCISCI ADAMI S. R. I. Comitis a BRANDIS *Fama Auſtriaca* ad cunas Sereniſſimi Principis, Leopoldi Cæſaris, Auguſtiſſimi regis filii aduolans *Bolſani* edita eſt *1678. 8.* ieiunam & breuem narrationem rerum auſtriacarum continet. HIERONYMI MEGISERI *Diarium Auſtriacum ſ. Calendarium Hiſtoricum Domus Auſtriacæ*, germanice prodiit *Auguſtæ Vindelicorum 1614. 4.* ſed hiſtoriæ neruis caret & nullius iudicii eſt ſcriptum. NICOLAI VERNVLAEI *Hiſtoria Auſtriaca, ſ. virtutum Auguſtiſſimæ gentis Auſtriacæ libri III. Louanii 1640. & 1651. 4.* breuis tantum eſt epitome, ſed elegans. Eiusdem eſt *Apologia pro gente Auſtriaca contra eius hoc tempore æmulos, Lovanii*

vanii 1635. 4. qua, illuſtria quædam Principum Auſtriacorum facta expenduntur. Nec omittendæ CAROLI ANDRIAN S. I. culto ſtilo ſcriptæ *Epochæ Habsburgo-Auſtriacæ, Græcii 1730. 8.* a Rudolpho I. ad Carolum VI. Leuioris momenti ſunt LEONHARDI WVRFBAINS *Vier unterſchiedliche Relationes Hiſtoricæ* ad Auſtriacam Domum pertinentes, *Nürnberg 1636. f.* quibus multa immiſta, quæ ad argumentum plane non pertinent. IOANNIS POPPENHAVFERS *Habsburgiſches Chronicon, Marpurgi 1631. f.* IOACHIMI MYNSINGERI *Auſtriados libri II. Baſileæ 1540. 4.* ABRAHAMI HOSMANNI *Neue Oeſterreichiſche Chronica und Beſchreibung aller Geſchichten des löblichen Hauſes Oeſterreich, Leipzig 1612. f.* ERYCII PVTEANI *Theatrum Heroicum Imperatorum Auſtriacorum, Ducum Burgundiæ, & Regum Hiſpaniarum, Bruxellis 1642. f.* Ad ornamentum & ſplendorem comparata ſunt PETRI SOVTMANNI *effigies Imperatorum Domus Auſtriacæ, Harlemi 1651. f.* FRANCISCI TERTII *Imagines Gentis & Familiæ Auſtriacæ, Venetiis 1572. f.* Egregia eſt IACOBI A MELLEN *Sylloge Nummorum ex argento vncialium, vulgo thalerorum ſiue Imperialium*, quos Imperatores & reges Romanorum, nec non Auſtriæ Archiduces ſignari iuſſerunt, *Lubecæ 1698. 4.* in qua thaleros a *Maximiliani I.* temporibus cuſos exhibet atque erudite explicat.

§. V.

In CANISII *Lectionum antiquar. Tom. primo* & T. IV. p. 216. Edit. *Baſnagiana* continentur EVERHARDI Altahenſis *Annales de Ducibus Auſtriæ, Bauariæ & Sueuiæ.* In *Vrſtiſiana* S. R. I. collectione ALBERTI Argentinenſis *Chronicon*, continens *Hiſtoriarum* ſeriem, a Rudolpho I. Habsburgenſi vsque ad Caroli IV. obitum atque annum 1378.

PETRVS LAMBECIVS in *Syntagmate* ſuo *Rerum Germanicarum* euulgare promiſit AENEAE SYLVII *Hiſtoriam Auſtriacam*, vsque ad annum Chriſti 1458. HENRICI GVNDELFINGII *Hiſtoriam Auſtriacam*, ALBERTI Baronis de BONSTETEN *Hiſtoriam Auſtriacam. Anonymi* cuiusdam auctoris narrationem de diſſenſione provincialium Auſtriæ poſt obitum Maximiliani I. ortam Viennæ. Plures Scriptores Rer. Auſtr. in Bibliotheca Auguſta Vindobonenſi adſeruatos, exquire in Prolegom. R. P. HERGOTTI *Genealogiæ Diplom. Auſtr.*

§. VI.

Ad *ſpecialem Auſtriæ Hiſtoriam* faciunt primum PONTI HEVTERI *Rer. Burgundic. atque Auſtriac.* libri XV. *Antwerpiæ 1598. f. Hagæ Comit. 1639. 8.* atque inter *Opera* iunctim edita, *Louanii 1671. f.* de quo capite decimo quinto §. IV. iam facta fuit mentio, qui tamen pleraque ex *Latzio* hauſit. Qui Vitas ſingulares Ducum & Archi-Ducum Auſtriæ condiderunt, præclare de rebus Auſtriacis fuere meriti. Quales ſunt IOANNES FRIDERICVS Nobilis de BAVMANN, *qui dum voluntarium Imperii Conſortium inter Fridericum Auſtriacum & Ludouicum Bauarum Augg.* ex pacto de anno 1325. exſtruxit, ſimul res maxime memorabiles huius *Friderici*, Auſtriaci, ex Codd. MSCtis præclarisque aliis monimentis collegit, prodiit liber ſingularis *Francofurti & Lipſiæ 1735. f.* locupletior, propoſitus primum forma Diſſertationis Academicæ Præſide V. C. *Io. Dauide Kœlero*, *Altorſii 1733. 4.* IOANNIS GANS diligentia collectus liber, qui inſcribitur: *Oeſterreichiſches Frauenzimmer, das iſt, das Leben aller gebohrnen Ertz-Herzogin von Oeſterreich, Cœln 1638. 8.* a Rudolphi I.

I. temporibus ad ſua annotatæ breuiter. His iungatur: *Leben und Tugenden Eleonoræ Magdalenæ Thereſiæ Rœmiſchen Kayſerin*, ſcripta a *Socio* quodam *Ieſu*, *Wienn* 1721. 8. poſt in italicum & gallicum ſermonem translata. *Commentarii pro Hiſtoria Alberti II. Ducis Auſtriæ cognomento Sapientis*, ſcripti ab ANTONIO STEYRER Societatis Ieſu Sacerdote doctiſſimo, *Lipſiæ* 1725. *f.* quibus & alia huius Auſtriacæ hiſtoriæ argumenta egregie illuſtrantur. AVBERTI MIRAEI Commentarius *de Vita Alberti Pii, Auſtriæ Archi-Ducis, Antwerpiæ* 1622. 4. editus. IOANNES BOCHIVS *Hiſtorica Narratione profectionis & inaugurationis Alberti & Iſabellæ, Auſtriæ Archiducum, Antwerpiæ* 1602. *f.* cæremonias & ſolemnitates deſcripſit, quibus magnifice excepti in Belgio cumprimis Antwerpiæ Archi-Duces, adiectis multis figuris æneis. LAVRENTII BEYERLINCKS *Laudatio funebris Alberti, Auſtriæ Arhciducis, Antwerpiæ* 1621. *f.* prodiit. IOANNIS IACOBI CHIFFLETII *lacrymæ priſco ritu fuſæ in exequiis Alberti Pii, Belgii Principis, Antwerpiæ* 1621. *f.* prodiere. De Vita rebusque geſtis Imperatorum ex Gente Auſtriaca Auguſta exponentes Scriptores, iam ſupra recenſui inter Scriptores Rerum Germanicarum generales Cap. XVI. §. LXXXII. p. 934.

§. VII.

Ad *Statum politicum Domus Auſtriacæ* faciunt IOANNES GEORGIVS KIEFFERVS *de Domo Auſtriaca & eius prærogatiuis, Friburgi* 1672. 8. qui tamen ſolidi nihil habet, ſed vulgaria ſaltim. CHRISTOPHORVS PHILIPPVS RICHTERVS *de Iuribus ac eminentia Domus Auſtriacæ*, peculiarem diſſertationem ſcripſit *Ienæ* 1666. 4. ſed neceſſariis deſtitutus fuit ſubſidiis. Varia collectanea

nea vulgaria ad hoc argumentum congeſta legas in GABRIELIS SCHWEDERI Diſſ. *de Sereniſſimæ Domus Auſtriacæ Præeminentiis, Prærogatiuis, Iuribus ac Priuilegiis præcipuis, & in ſpecie de Auguſtiſſ. huius Domus Iudicio Prouinciali Cæſareo Sueviæ, Tubingæ 1723. 4.* Præcipuorum Priuilegiorum veras origines eleganter & pragmatice indicauit auctor *Anonymus* P. W. v. H. ſiue HOERNIGKIVS Conſiliarius primum Epiſcopi Paſſauienſis, in: *Hiſtoriſcher Anzeige von denen Privilegiis des Hochlœblichſten Ertz-Hauſes Oeſterreich, Regenſpurg 1708. 8.* addita ſunt exempla potiorum Priuilegior. ex Archiuis deſcripta, a Secretariis Moguntinis. Plenam bonæ frugis *Notitiam Bohemiæ, Auſtriæ, & Prouinciarum, quæ his ſunt annexa dedit* GIOVANNI ſiue illuſtris vir IOANNES PETRVS de LVDEWIG *Germaniæ Principis* Libro Primo. FRIDERICVS ALBERMONTIVS *in Symmetria Iuridico Auſtriaca, Bambergæ 1674. 8.* ſymbola Auſtriacorum explicat. *De fortuna Auſtriacæ Domus* egit VITVS BERINGIVS, *Patauii 1648. f. Phoſphori Auſtriaci* de gente Auſtriaca libri tres prodierunt *Louanii 1665. 12.* In hisce gentis illius prima origo, magnitudo, imperium ac virtus aſſeritur & probatur. Primo quidem libro agitur de Habsburgicorum atque Auſtriacorum Principum origine ac ſucceſſione ab anno Chriſti 417. vsque ad 1664. Secundo agitur de magnitudine, prouinciis & potentiæ progreſſu. Tertio vero de virtutibus heroicisque actis gentis Auſtriacæ. Breue eſt partim hiſtoriæ, partim politicæ domus Auſtriacæ compendium, ſed Papæ & Auſtriacæ domui nimium fauet. Præterea extat IOANNIS FRIDERICI MATENESII *ſceptrum regale & Imperatorium domus Auſtriacæ, Coloniæ Agrippinæ 1619. 8.* Galli-

co ſermone prodiit *Politique de la Maiſon d' Autriche* par Mr. VARILLAS, *Paris 1658. 4. Memoires Hiſtoriques & Politiques de la Maiſon d' Autriche, Paris 1649. & 1670. 12.* Ad ſtatum controuerſiarum quas domus Auſtriaca cum Galliæ regno habet, faciunt *Les Affaires qui ſont aujourdhuy entre les maiſons de France & d' Autriche, 1649. 12.* Huc faciunt etiam IOANNIS GEORGII LAYRITZII exercitationes Hiſtoricæ *de bellis inter Auſtriacos & Gallos geſtis, Baruthi 1677. 4.* Elegantes & ſolidas *Vindicias Auſtriacas pro Aurei Velleris Ordine* Præſide V. C. IOANNE DANIELE GRVBERO dedit perilluſtris L. B. IOANNES CASPAR de POGRELL, Legatus iam in Comitiis Imperii R. G. ſplendidiſſimus *Halæ Magdeb. 1724. 4.*

§. VIII.

De *virtutibus & pietate Principum domus Auſtriacæ* egerunt alii. IOANNES WEBERVS in *Adamante Auſtriaco, Francofurti 1668. 8.* Auſtriacorum virtutes cum adamante minus quandoque ingenioſe confert. IOA. IACOBVS VON WEINGARTEN *im Fürſten-Spiegel des Hauſes Oeſterreich, Prag 1673. f.* Auſtriacorum Imperatorum, Regum, & Archi-Ducum &c. prædicat virtutes amplamque rerum Europæarum expoſitionem coniungit, ſed non ſemper accuratam. IOANNES LVDOVICVS SCHOENLEBEN *Annum Sanctum Habsburgo-Auſtriacum* edidit *Salisburgi 1696. f.* in quo quingentos ſanctos Auſtriacæ gentis deſcribit. DIDACVS de LEQVILLE *de Pietate Auſtriaca* egit *Oeniponti 1660. f.* licet ſimul hiſtoriam & originem domus exponat. WENCESLAI ADALBERTI CZERWENCKA *Annalium & Actorum Pietatis Habsburgo-Auſtriacæ* Part. I. Libri Tres, prodierunt *Vetero-*

tero-Praga 1695. f. quibus fundatione & donatione Eccleſiarum Cathedralium, Collegiatarum, Cœnobiorum, ac Academiarum, dotationes Hoſpitalium aliaque ad Pietatem Auſtriacam pertinentia, laudantur.

§. IX.

Ad deſcriptionem & res commemorabiles *Provinciarum hæreditariarum* Auſtriacis connexarum, facit primum IOANNIS HENRICI HAGELGANS *Chorographiſchen Verſuchs erſte Vorſtellung, das iſt, kurzgefaßte Beſchreibung derer zu Teutſchland gehörigen Kayſerlichen Erblander, Coburg 1644. 12.* LAVRENTII de CHVRELICHZ *narratio itineris in Styriam, Carinthiam & Carniolam Leopoldi I. Viennæ 1661. 8.* VALENTINI PREVENHVEBERS *Hiſtoriſcher Catalogus, darinnen neben kurtzer Beſchreibung über das Ertz-Hertzogthumb Oeſterreich ob der Enß, demſelben fürgeſetzte geweſte Landshauptleut, Verwalter, Vitzdomb, Anwald-und Landſchreiber von anno 1204. bis auf gegenwartige Zeit begriffen, Wien 1652. 12. Hiſtoria Ducum Styriæ*, ab Academia Græcenſi Soc. Ieſu Imperatori Carolo VI. dicata *Gracii 1718. f.* ſatis ſplendide formis impreſſa, eleganterque, nec tamen ſine partium ſtudio eſt ſcripta. Coniungenda: SIGISMVNDI PVSCH, S. I. *Chronologiæ Sacræ Ducatus Styriæ* Pars Prima, *Gracii 1715. 8.* ab origine naſcentis Eccleſiæ ad vsque Ottocari I. gubernium deducta. Styriæ eſt celebre illud monaſterium Cellenſe, de quo habemus PETRI LAMBECII *Diarium ſacri itineris Cellenſis*, quod Leopoldus Auguſtus anno 1665. ſuſcepit, *Vindobonæ 1666. 4.* quod adiectum ipſius *Prodromo Hiſtoriæ Literariæ*, cura *Io. Alb. Fabricii Hamburgi, 1710. f.*

§. X.

§. X.

Ad *Carinthiæ* hiſtoriam atque deſcriptionem facit IOANNIS SALIVANI libellus *de ſitu totius Carinthiæ, de ſylua Herquia & de ciuitate montis D. Annæ, Baſileæ 1557. 8.* MICHAELIS HORINGS *Beſchreibung des Landes Kærndten, Leipzig 1608. 8.* & præcipue HIERONYMI MEGISERI *Annales Carinthiæ* vernaculo ſermone, *Leipzig 1608. 1612. f. 2. Voll.* THEOPHRASTI PARACELSI *Chronicon Carinthiæ* inter opera eius extat. *Beſchreibung oder Relation über den Einzug und Erbhuldigungs-Actum in Kærndten, Clagenfurt 1660. f. Landsbandfeſt des Hertzogthums Kærndten, darinnen Kayſerliche, Königliche und Landesfürſtliche Freyheiten, Statuta, Landesgebræuche und andere Satz-und Ordnungen, auf ſondern Befehl einer ehrſamen Landſchafft gedruckt 1606. 1610. f. Topographiam Archi-Ducatus Carinthiæ,* inſigni opera, illuſtrauit L. B. IOA. WEICHARD VALVASOR, inſcriptam: *Vollkommene und gründliche Landbeſchreibung des berühmten Erz-Hertzogthums Kærndten, Nürnberg 1688. f.* qua 222. figuris æneis ciuitates, arces, locos memorabiles, breui deſcriptione illuſtratas exhibet. Nec plane omittendus ROBERTI PAPAFAVA liber *de Situ Carniolæ, Carinthiæ, Styriæ atque Epiri, Romæ 1657. 8.* *Carniolæ* hiſtoriam & copioſam notitiam ſiſtit nobiliſſimum ſplendidumque opus IOANNIS WEICHARDI VALVASORS L. B. inſcriptum: *Ehre des Herzogthumbs Crain, quod cum obſeruationibus & exemplis parallelis ſuis edidit* ERASMVS FRANCISCI *Laybaci 1689. f. IV. Volum.* qui Franciſci & ſuo marte Librum I. de origine nominis; & quintum de antiquis prouinciæ incolis addidit, quibus topographia, hiſtoria & politia regionis operoſo

roſe deſcribuntur, & 500. figuris ære inciſis illuſtrantur. Franciſci vero in animaduerſionibus exempla, quæ adductis a Valvaſore ſimilia, addidit. Opere poſtumo iam prodierat IOANNIS LVDOVICI SCHÖNLEBENS *Carniolæ antiquæ & nouæ, Tomus Primus, Labaci 1681. f.* ex ibid. *1704.* mutato forte titulo, qui ob annales hiſtoricos ſuam laudem habet. Ad Comitatum *Tirolenſem* faciunt FRANCISCI ADAMI Comitis de BRANDIS *des Tiroliſchen Adels immergrünendes Ehrenkränzel, Botzen 1678. 4.* qui materiam expoſitionis ſuæ debet annotationibus *Matthiæ Burcklechneri*, qui ſubſidia ad ſcribendam prouinciæ hiſtoriam ſtudioſiſſime conquiſiuerat, atque *Andreæ Zibock*, qui notitias Familiarium illuſtrium & nobilium conduxerat. Parte Prima, Comes deſcripſit Hiſtoriam Tirolenſem ad a. 1678. altera Topographiam, Epiſcopatus, Familias 251. & Nobilitatis, res denique Ciuitatum 18. & arcium nobilitatis 320. *Tirolenſium Principum genuinæ effigies æri inciſæ, Venetiis 1609. f.* & *germanice* inſcriptione hac: *der gefürſteten Graffſchafft zu Tyrol eigentliche Contrafacturen, Auguſtæ Vindel. 1623. f.* quo XXXVII. Comites Principes, & V. aliæ perſonæ illuſtres cum breui vitæ enarratione exhibentur.

§. XI.

Familiarum illuſtrium Auſtriacarum Genealogiam, iura & prærogatiuas inſigniter illuſtrant: *Collectanea Genealogico-Hiſtorica ex Archiuo-Auſtriæ inferioris*, acceſſit de *Hæreditariis Prouinciarum Auſtriacarum Officialibus* Commentatio, *Viennæ 1705. f.* quæ debemus eruditæ induſtriæ celſiſſimi Comitis IOA. WILHELMI Comitis de WVRMBRAND Herois in Toga eminentiſſimi. Huius veſtigia preſſit ſimileque inſtitutum tenuit IOANNES

ANNES ADAMVS L. B. de HOHENECK ampliſſimis commentariis, quos inſcripſit: *Die lœblichen Herren, Herren Stænde des Ertz-Hertzogthum Oeſterreich ob der Enß*, cuius Tomus I. editus *Paſſauii 1727. f.* quo de horum origine, fundatione, propagatione, inſignibus, clypeis, vrbibus, arcibus, & monaſteriis exponitur. Secutum *Supplementum zu dem erſten Theil der Genealog- und Hiſtoriſchen Beſchreibung der lœblichen Herren Stænde des Erz-Herzogthums Oeſterreich*, & Tomus II. continuatus vsque ad an. 1732. *Paſſau 1733. f.* Alii Heroum ſago & toga illuſtrium *Auſtriacorum* memoriam conſeruarunt. Quorſum pertinet Dn. *de la* ROCHE *Idea de' Nobili nelle geſta delle Comte Ottone Onorio di Traun, ſ. Vita Ottonis Honorii S. I. R. Comitis de Abenſperg & Traun, Adminiſtri Imperialis in s. Vienna*, ſed nulla mentione anni.

CAPVT DECIMVM NONVM.

DE SCRIPTORIBVS RERVM BOHEMICARVM, SILESIACARVM ATQVE MORAVIÆ.

Auſtriacis Archi-Ducibus *hæreditario* iure parent, atque Regno *Germanico* clientelari nexu deuinctæ, nec tamen eiusdem Territorio incorporatæ ſunt *Bohemiæ Regnum*, & quæ ad huius corpus pertinent Ducatus Principatusque *Sileſiarum* atque Marchionatus *Morauiæ*. Quarum nobiliſſimarum Prouinciarum Scriptores commode

Auſtriacis iunguntur. *Hungaria* tanquam Regno hodie nullum plane nexum cum *Germania* Regno habente, in alium locum reſeruata.

§. I.

AD *Bohemiæ* Regni chorographiam facit primum GEORGII BEATI *Deſcriptio Bohemiæ, Lipſiæ 1617. 4.* Melior & copioſior MARTINI ZEILERI *Topographia Bohemiæ, Morauiæ & Sileſiæ*, cum figuris æri inciſis per MATTHAEVM MERIANVM, *Francofurti 1650. f.* Breues quidem, ſed fide dignas de Ciuitatibus locisque Bohemiæ notatu dignis exhibet annotationes P. MAVRITII VOGT Ord. Ciſterc. (licet in quibusdam exemplis Auctoris nomen non ſit additum) *ietztlebendes Kœnigreich Bœhmen, in einer hiſtoriſch-und geographiſchen Beſchreibung vorgeſtellet, Francof. & Lipſiæ 1712. 4.* Præmiſſæ breves de vita & rebus Ducum ac Regum Bohemiæ expoſitiones. Præcipue vero ad omnem, ſiue chorographicam ſiue hiſtoricam deſcriptionem *Regni Bohemici* faciunt labores BOHVSLAI BALBINI e Soc. Ieſu. Hic primum edidit *Epitomen Rerum Bohemicarum Hiſtoricam*, quam ob venerationem Chriſtianæ antiquitatis & primæ in Bohemia Collegialis Eccleſiæ honorem *Boliſlauienſem hiſtoriam* placuit adpellare, *Pragæ 1677. f.* In eadem pleraque in hiſtoriis Bohemicis incerta, controuerſa, obſcura; multa item ab aliis prætcrita, multa diligentia, claritate & breuitate quinque Libris expoſuit. Acceſſere in quibusdam exemplis *Epitomes Rerum Bohemicarum ſeu Hiſtoriæ Boleſlauienſis Libri Duo VI. & VII.* expreſſi formis, *Pragæ 1673. f.* quorum Prior, Gloriam antiquiſſimæ Collegialis Eccleſiæ Vetero-Boleſlauienſis;

enſis; alter Origines & Gratias cœleſtes glorioſæ DEI Matris Mariæ, quæ ibidem Vetero-Boleslaviæ ab annis propemodum DCCC. colitur, comprehendit. Secuta poſtea ſunt EIVSDEM *Miſcellanea Hiſtorica Regni Bohemiæ*, cuius *Decadis primæ Liber primus* prodiit *Pragæ 1679. f.* qui naturalem Bohemiæ Hiſtoriam exhibet, ſitum regionis, montes, fluuios, metallifodinas atque alia, quæ ad naturam faciunt, deſcribens. *Secundus Liber* prodiit *Pragæ 1680. f.* atque de Bohemiæ populis, veteribus ac nouis incolis diſputat. *Tertius, Pragæ 1681. f.* fines & terminos totius Bohemiæ, tum ipſorum diſtrictuum figuras, arces, oppida & vrbes complectitur. *Quartus* eſt Hagiographicus, continens *Sanctos* Bohemiæ, Morauiæ, Sileſiæ & Luſatiæ, *Pragæ 1682. f.* Liber *quintus Parochialis* eſt & *Sacerdotalis*, cum Bohemiæ parochias & ſacerdotiorum fundationes exhibeat, *Pragæ 1683. f. Sextus* eſt *Archiepiſcopalis*, cuius pars prior literas publicas ad Pragenſem Archiepiſcopatum ſeu Diœceſin ſpectantes: poſterior Præſulum titulos, prærogatiuas, priuilegia, ſucceſſionem, adminiſtrationem atque ſepulturas tradit, *Pragæ 1684. f. Septimus* liber eſt *Regalis*, de Bohemiæ Regibus atque Ducibus tractans, *Pragæ 1687. f. Octauus epiſtolaris*, continens literas publicas de Bohemia, *Pragæ 1688. f.* Cœpit poſtea *Decadem ſecundam*, cuius *Liber primus* editus eſt *Pragæ 1687. f.* qui ſtemmatographiam *Familiarum* apud Bohemos *illuſtrium* exhibet. Eiusdem decadis *Liber ſecundus* Tabularium Bohemo-Genealogicum exhibet, *Pragæ 1687. f.* Plures Tomos editos eſſe non noui, ex his autem facile patere poterit, quantus fuerit Balbini labor.

§. II.

In hiſtoria Bohemica occurrunt, primum MARQVARDI FREHERI *Scriptores Rerum Bohemicarum, Hanouiæ 1602. f.* Continetur in iisdem COSMAE Pragenſis *Chronicon Bohemorum* libris tribus conſtans, quibus gentis origo & priſci Duces vsque ad Wratislaum I. Regem deſcribuntur. *Incerti auctoris de conuerſione Boiariorum & Carenthanorum ad fidem Chriſtianam liber, Chronicon aulæ regiæ de Ioanne, rege Bohemiæ & ſub eo in regno, nec non in Germania actis ab anno 1317. ad 1333. Caroli IV. de vita ſua Commentarius. De iure electoratus in Romano Imperio Regibus Bohemiæ competente, Rudolphi & Caroli, Romanorum Regum & Ruperti Palatini atteſtationes.* AENEAE SYLVII *Hiſtoria Bohemorum.* IACOBI PICCOLOMINI *de Huſſitis & Georgio Bogiebratio narratio hiſtorica. De Waldenſium doctrina & moribus. Confeſſio fidei Waldenſium*, & præcipue IOANNIS DVBRAVII *Hiſtoria Bohemica*, quæ inter hasce præcipua haberi debet, cui præfatus eſt *Ioannes Crato*, qui & ſingillatim *Dubrauium* ediderat *Baſileæ 1575. f.* Prima vero Editio formis excuſa *Proſtannæ 1552. fol. min.* IOANNES MATTHIAS a SVDETIS qui ex optimis archiuis accuratiſſime ſcripſit *de origine Bohemorum & Slauorum*, vbi varias migrationes gentium, Slauicarum inprimis, Bohemicarum & Polonicarum accurate percenſet. Cum autem hac in Collectione Scriptorum Rerum Bohemicarum COSMAE *Pragenſis* vix ſexta pars in lucem fuiſſet edita, *Freherus* ex itinere Bohemico ac Polonico redux integrum edidit, hoc titulo: COSMAE Pragenſis Eccleſiæ Decani, *Chronicæ Bohemorum Libri Tres; item Vita S. Adalberti, præſimorum Libri Tres; item Vita S. Adalberti*, *praſixis Ducum Regumque elogiis decantatis* a MARTINO

CVTHE-

CVTHENO & CASPARO CROPACIO, *Hanouiæ 1607. f.* ad hoc exemplum Freherianum, cum illud perrarum eſſet, *Chronicæ* huius Libri III. recogniti & notis illuſtrati a celeberrimo Viro CHRISTIANO GOTTLIEB SCHWARZIO inſerti *Tomo I. Scriptorum Rer. Germ. & Saxon. Menckeniano f. 1967.* Sigillatim proſtant CASPARIS CROPACII *Duces & Reges Bohemici*, cum eiusdem variis poëmatibus, *Noribergæ 1582. 8.* MARTINI CVTHENI *Catalogus Ducum, Regumque Bohemiæ, 1540. 4.* PANTALEONIS CANDIDI, *Bohemiades, ſiue de Ducibus Bohemiæ Libri Tres; & de Regibus Libri Quinque*, carmine complexi, *Argentorati 1590. 4.* Eleganter ſcripta IVLII SOLIMANNI S. I. *Elogia Ducum, Regum, Interregum, qui Bohemis præfuerunt, Pragæ 1629. 4.* recuſa hæc *Elogia*, ſub titulo: *Imago Principum Bohemiæ in nouum decus propoſita* a M. F. F. *Comite* ab ALTHANN, *Pragæ 1673. 4.* PROCOPII LVPACII *Rerum Bohemicarum Calendarium Hiſtoricum, Pragæ 1584. 8.* ZACHARIAE THEOBALDI *Genealogica & Chronologica Iudicum, Ducum & Regum Bohemiæ ſeries*, cum topographica eiusdem regni deſcriptione, *Wittebergæ 1617. 4.* Germanico idiomate prodiit MARTINI BOREGK *Bœhmiſche Chronica, Wittebergæ 1587. f.* & præcipue WENCESLAI HAGECII *Bœhmiſche Chronick* patrio ſermone primum edita, poſtea vero in Germanicum ſermonem fuit translata, per *Ioannem Sandelium, Pragæ 1596. f.* & *Lipſiæ, 1718. f.* libere & candide ſcripta. Ad vſum Iuris Publici Bohemici demonſtrandumque nexum Regni Bohemiæ cum Germaniæ Regno conſcripta eſt Viri illuſtris ADAMI FRIDERICI GLAFEY *Pragmatiſche Geſchichte der Cron Bœhmen, Leipzig 1729. 4.* qui ſeriem narrationis a temporibus Carolingicis orditur.

Scriptores qui de *bello Bohemico* egerunt, Capite de bello Germaniæ tricennali exponente recenſiti.

§. III.

Ad *Statum Eccleſiaſticum Bohemiæ* facit GEORGII BERTHOLDI PONTANI *Bohemia Pia*, ſiue hiſtoria breuis pietatem auitam Bohemiæ e miraculis, Ducibus & Regibus, Sanctis quoque, Epiſcopis & Archi-Epiſcopis & aliis oſtendens, *Francofurti 1608. f.* ADRIANI REGENVOLSCII *Syſtema hiſtorico-Chronologicum Eccleſiarum Slauonicarum per prouincias varias, præcipue Poloniæ, Bohemiæ, Ruſſiæ, Pruſſiæ, Morauiæ, Libris XIV.* continens hiſtoriam Eccleſiaſticam a Chriſti & Apoſtolorum tempore ad annum 1650. *Traiecti ad Rhenum 1652. 4.* Alias prodiit ALBERTI CALOWSKY *Veſtigium Bohemiæ piæ*, cum notis *Ioannis Tanneri, Pragæ 1659. 12. Vitam venerabilis Arneſti, vulgo Erneſti, primi Archi-Epiſcopi Pragenſis*, exhibuit præclare de hiſtoria omni Bohemica meritus BOHVSLAVS ALOYSIVS BALBINVS *Pragæ 1664. 4.* quam narrationem conduxit ex iis quæ de eo Scriptor coæuus collegit atque ex aliis vetuſtis & fide dignis monimentis. Addidit prolixas Notas, quibus eorum temporum totiusque Regni Bohemiæ Hiſtoria multum illuſtratur. In Hiſtoria *Huſſitica* habemus IOANNIS COCHLAEI *Hiſtoriam Huſſitarum, Moguntiæ 1549. f.* in qua tamen pro more adfectibus indulget nimium, Liber autem ipſe inter raros connumerandus. IOACHIMI CAMERARII prodiit *Hiſtorica narratio de Fratrum orthodoxorum in Bohemia Eccleſiis, Francofurti 1625. 8.* vt alia omnia Viri accurate & ſapienter ſcripta. Sic etiam extant IOANNIS LASITII *de Eccleſiaſtica diſciplina, mori-*

moribusque & inſtitutis fratrum Bohemorum memorabilia, Amſtelodami 1660. 8. Præcipue vero æſtimanda venit IOANNIS AMOS COMENII *Hiſtoria Fratrum Bohemorum, eorum ordo & diſciplina eccleſiaſtica,* quæ cura *Io. Franciſci Buddei, Halæ* prodiit *1702. 4.* Breuis quidem eſt, aſt accurata. Plura eiusdem COMENII in Manuſcriptis adhuc latere certum eſt, digna omnino quæ lucem adſpiciant publicam. Facit ad eandem hiſtoriam quoque *Faſciculus rerum expetendarum & fugiendarum, prout ab* ORTHVINO GRATIO *editus eſt Coloniæ anno 1535. vna cum appendice, ſiue Tomo ſecundo Scriptorum veterum cura Eduardi Brown, Londini 1690. f.* Sic etiam extat: *Hiſtoria perſecutionum Eccleſiæ Bohemicæ, Leidæ 1648. 12. Bellum Huſſiticum* deſcripſit ZACHARIAS THEOBALDVS *Francofurti 1621. f.* atque germanico idiomate, ſub titulo: *Huſſiten Krieg, ex editione tertia Nürnberg 1624. 4.* De his motibus eleganter eruditeque egit IACOBVS INFANTIVS (L'ENFANT) *Hiſtoire de la Guerre des Huſſites & du Concile de Basle, a Amſterdam, 1731. 4.* qui eorum crudelitatem in bellis taxat.

§. IV.

Ad *Politicum Statum Regni Bohemici* præ ceteris facit: MELCHIORIS GOLDASTI *Commentarius de Bohemiæ regno, Libris XVI. conſtans, Francofurti 1626. 4.* In hoc egregie diſſerit de Iuribus Regni Bohemici & prouinciarum Bohemicarum, ſingula ex hiſtoriis atque diplomatibus accurate probans. Cum opus hoc fuiſſet rariſſimum, vtili conſilio illud additis præclaris notis ac locuplete indice in manus eruditorum reduxit vir celeberrimus IOANNES HERMANNVS SCHMINCKIVS, *Francofurti ad Mœnum 1719. f.* in qua Editione

tione comparent, quæ ſtudio *Goldaſti* elaborata, aut addita iam priori Editioni erant: GOLDASTI *Conſultatio de officio Electoris Bohemiæ, iureque in Conuentibus S. R. I. Electorum; Appendix Documentorum cum Supplemento; Collectio variorum Conſiliorum de Iure & Succeſſione hæreditaria Sereniſſimæ Familiæ Auſtriacæ in Hungaria & Bohemia, cum variis Fœderibus mutuæ Defenſionis, Decretis, Reſcriptis Impp. & Regum.* In *Noua Editione* porro adiecta: PAVLI STRANSKY *de Republica Bojema,* iam *Lugd. Batau. 1643. 24.* & *Noribergæ 1713. 24.* edita; IOAN. PETRI LVDEWIGII *Diſſertatio de Iure Suffragii Regis Bohemiæ in Comitiis S. R. Imperii recuperati,* quæ & inter *Opuſcula Miſcella* illuſtris Viri relata; & IOANNIS NICOLAI HERTII *Diſſertatio de renouato Romano-Germanici Imperii & Regni Bohemiæ nexu.* PAVLVS GESCHINIVS exhibuit *Maieſtatem Carolinam, ſeu conſtitutiones Caroli IV. quibus Regnum Bohemiæ formandum ornandumque cenſuit, Hanouiæ 1617. f.*

§. V.

De *Scriptoribus Hiſtoriæ Sileſiacæ* varia bene monuit AVCTOR *Anonymus*, qui *Analecta Sileſiaca, oder zufællige Anmerckungen zu Erleuterung der Hiſtorie des Hertzogthums Schleſien und angrænzender Lænder* conduxit, cuius *Pars I.* edita *Lipſiæ 1733. 8.* & N. 1. de fontibus Hiſtoriæ Sileſiacæ, N. 2. de primis Sileſiacæ Hiſtoriæ Scriptoribus qui MSCtis extant cumprimis expoſuit. De talibus MSCti adhuc hiſtoriæ Sileſiacæ monimentis præclaras notitias dedit GODEFREDVS RHONIVS *Epiſtolis tribus*, *de quibusdam ineditis Hiſtoriæ Sileſiacæ Scriptoribus*, quas *Wratislaviæ 1693. & 1694. 4.* publicauit. Idem inſtitutum tenuit CHRISTIANVS RVNGIVS, qui ſtudioſe con-

conduxit: *Miſcellanea literaria, de quibusdam ineditis Hiſtoriæ Sileſiacæ Scriptoribus ac operibus*, quorum *Specimen Primum*, *Olſnæ* 1712. 4. *Secundum*, *Brigæ* 1713. 4. *Tertium*, *Wratislauiæ* 1714. 4. ſunt edita. Alii adhuc de rebus Sileſiacis Codices manu exarati recenſentur in *Præfatione* HENELII *Sileſiographiæ renouatæ* præmiſſa.

§. VI.

In *Sileſiæ* chorographia occurrit primum NICOLAI HENELII *Sileſiographia*, quæ primum prodiit *Francofurti* 1613. 4 ſed ab ipſo auctore locupletata cum animaduerſionibus egregiis & amplis MICHAELIS IOSEPHI FIBIGERI, ſub titulo: *Sileſiographia renouata* denuo prodiit, *Wratislauiæ* 1704. 4. In hac autem ſitum, cultum & prouentum terræ, mores & ingenia incolarum, flumina, montes, vrbes, caſtella, monaſteria, & naturalia reliqua, regiminis quoque forma accurate exponitur, & per prolixas Fibigeri adnotationes latius explanatur. Eiusdem HENELII eſt *Breslographia, hoc eſt, Wratislauiæ Sileſiorum Metropoleos nobiliſſimæ Delineatio*, *Francofurti* 1613. 4 quæ hodie rarior. Huc facit etiam FRANCISCI FABRI *Sabothus, ſiue Sileſia*, carmine deſcripta, quam addiderat NICOLAVS REVSNERVS *Itinerario Orbis* formis expreſſo *Baſileæ* 1592. 8. ea, cum hæc editio rara eſſet, recuſa, ſub titulo: *Primitiæ Sileſiacæ, ſiue* FRANCISCI FABRI, *vulgo Kœckriz Sabothus & Sileſia*, cui præmiſſum: IOA. FECHNERI Programma eiusdem argumenti, cura Q. A. T. A. V. A. *Lipſiæ* 1715. 8. In naturalibus Sileſiæ habemus primum CASPAREM SCHWENCKFELDIVM, quem Plinium Sileſiorum adpellant, cuius *Theſaurus Pharmaceuticus*, *Hiſtoria Thermarum Hirſchbergenſium*, *Botanica Sileſia*-

ca, *liber de foſſilibus & mineralibus Sileſiæ & Theriotropheum Sileſiæ* publice proſtant. In amplo opere, doctiſſimorum curioſorumque Medicorum labore collecto, cui inſcriptio: *Sammlung von Natur und Medicin, auch hierzu gehœrigen Kunſt- und Literatur Geſchichten von einigen Breßlauiſchen Medicis*, ab anno 1718. vsque ad an. 1726. 4. *Wratislauiæ*, *Lipſiæ & Budiſſæ XXXVIII. Partibus (Verſuche)* & *Supplementis Quatuor* edito, quibus *Erfordiæ 1736. 4.* acceſſit vniuerſalis & copioſus Index, varia ad Hiſtoriam Sileſiacarum Prouinciarum naturalem ſunt inſerta. Coniungenda omnino GEORGII ANTONII VOLCKMANNI *Sileſia ſubterranea*, vernaculo ſermone, *Lipſiæ 1720. 4.* formis excuſa. Huc pertinent quoque GOTTFRIEDI HENRICI BVRGHART *Beſchreibung ſeiner im 1733ſten und folgenden Iahren auf den Zotenberg gethanen Reiſen*, *Breßlau 1736. 8.* nec non: *Die wundervolle Schneekoppe oder Beſchreibung des Schleſiſchen Rieſen-Gebürges von einem bekannten Schleſier*, *Leipzig 1736. 8.* quibus libellis curioſa varia annotata. Varias antiquitates exhibent CHRISTIANI STIEFFII *de vrnis in Sileſia Lignicenſibus & Pilgramsdorſienſibus Epiſtola*, *Vratislauiæ 1704. 4.* Idem argumentum, atque de aliis naturæ admirandis tractantur in LEONHARDI DAVID HERMANNI *Maslographia*, *Brigæ 1711. 4.* vbi repertæ ibi Vrnæ illuſtrantur, & GOTHOFREDI RHONII *de Nummis Ioanneis Vratislauienſibus*, exercitatio hiſtorica, *Vratislaviæ 1693. 4.* publicata.

§. VII.

Varia breuiora res Sileſiacas illuſtrantia Scripta collegit THEODORVS CRVSIVS *Miſcellaneis Sileſiacis*, quorum *Pars Prima* prodiit *Lignitii &*

Li-

Lipſiæ 1722. 8. in qua extant: 1) PHILIPPI MELANCHTHONIS *Commentatio Sileſiæ*, Præfationi Catechiſmi *Trozendorfii*, biennio ante obitum præmiſſa. 2) SIMONIS GRISBECII *Iſagoge Sileſiæ*, etymon, natales, origines, ſitum, poſitum cœli, ſubiecta, adiuncta, carmine elegiaco repetens, cum Notis. 3) ABRAHAMI KITTELII *Encomium Sileſiæ anno* 1661. *Witteberga* oratione expreſſum, cum Notis. 4) C. S. SCHVRZFLEISCHII *Lemmata Hiſtorica ad Sileſiam pertinentia. Altera Lignitii & Lipſiæ* 1728. 8. qua de Vratislauia Sileſiorum Metropoli varia ſcripta exhibentur. Egregium monimentorum Sileſiacorum & Polonicorum corpus dedit illuſtris vir FRIDERICVS WILHELMVS de SOMMERSBERG producendo *Sileſiacarum rerum Scriptores aliquot ineditos*, quorum *Tomus Primus Lipſiæ* 1729. *f. Secundus*, *ibid.* 1730. *f. Tertius*, *ibid.* 1732. *f.* editi & iam Cap. XVI. §. LII. p. 856. indicati.

§. VIII.

Inter primos ex recentioribus hiſtoriæ Sileſiacæ Scriptores numerandus eſt IOACHIMVS CVREVS, cuius *Annales gentis Sileſiæ* primum prodierunt *Witteberga* 1571. *f.* Hos ex latino ſermone poſtea in germanicum transtulit HENRICVS RAETELIVS, *Wittebergæ* 1587. *f.* & *Lipſiæ* 1607. *f.* qui Curei labores non ſolum recenſuit & emendauit, ſed continuationem quoque expoſitionis hiſtoricæ a Ludouici Hungariæ & Bohemiæ Regis, Ducis, Sileſiarum præmaturo fato adiecit, addita noua Sileſiæ deſcriptione qualis hoc tempore erat, editus Liber ſub titulo: *Rerum Sileſiacarum & Vicinarum Chronica von Ober und Nieder-Schleſien durch* IOACHIMVM CVRAEVM; HENR. RAETELN, LAVR. MÜLLER *und*

LAVR.

LAVR. PECKENSTEIN. Singillatim primum LAVRENTIVS MÜLLER ſummam huius operis ediderat, inſcriptam: *Annales Gentis Sileſiæ in compendium contracti*, germanico ſermone *Witienberg* 1587. 4. & LAVRENTIVS PECKENSTEIN *Rerum Sileſiacarum & cladium memorabilium ſuccinctam expoſitionem germ. Lipſiæ 1606.* 4. Auxit illos annales poſtea vsque ad annum 1625. atque varias obſeruationes adiecit, plenumque Hiſtoriæ Sileſiacæ corpus dedit IACOBVS SCHICKFVSIVS, ſub titulo: *Neu vermehrte Schleſiſche Chronica und Landes Beſchreibung darinnen Ioachimus Cureus einen Grund geleget, iezo bis an das 1619. Iahr vermehret; Ienæ 1625. f.* quædam exemplaria & *Lipſiam* præferunt ſine anni mentione, forte tantum mutato titulo. Non contemnendus auctor eſt, licet non omnibus numeris ſit perfectus, iudicio tamen graui atque ſermone luculento res patrias deſcripſit. Multos a *Schickfuſio* paſſim, & in priuilegiis præcipue allegandis & verbotenus recenſendis commiſſos fuiſſe errores dudum animaduerterunt eruditi, quare *Martinus Hanckius* quoque in eodem emendando ſollicitus fuit. FRIDERICVS LVCAS, ſub LICHTSTERNII nomine edidit *Schleſiſche Fürſten-Krone, oder eigentliche warhaffte Beſchreibung Ober-und Nieder-Schleſiens in XX. diſcurſen abgehandelt, Francofurti ad Mœnum 1685. 8.* qua Ducatus, politiam, religionem, gymnaſia & ritus Sileſiorum deſcribit. Huic oppoſuit CASPAR SOMMERVS ſub ficto CVRIOSI SILESII nomine *Animaduerſiones und Anmerckungen über dieſe Fürſten-Krone, Weiſenfelsæ 1687. 8.* quo libro vltra trecentos errores in Lichtſternio notat atque corrigit. Anſam hoc dedit FRIDERICO LVCAE, vt nouum opus, appoſito proprio nomine adgrederetur, ſub titulo: *Schleſiens curieu-*

ſe

ſe Denckwürdigkeiten, oder vollkommene Chronica von Ober-und Nieder-Schleſien, Francofurti 1689. 4. vbi quidem varia prioris editionis errata correxit, multa etiam curioſa atque egregia adiunxit, partim tamen ſibi contradixit, partim errores erroribus cumulauit. CASPAR SOMMERVS, ſive perſonatus *Curioſus Sileſius*, prouocat in dictis animaduerſionibus ad *antiquitates* ſuas *Quado-Marcomannicas* p. 14. 15. 186. & p. 246. ad *Hiſtoriam ſeculi XVII, illuſtribus familiis in Germania & Sileſia extinctis funeſti*, ſed hæc ſcripta edita non ſunt. Reliqui Scriptores Hiſtoriæ Sileſiacæ ſunt particulares. SIMONIS GRYNAEI habemus *Sileſiæ monumentorum pericula expoſita, Lignicii 1600. 8.* EPHRAIMI IGNATII NASONIS *Diſcurſum politicum, ſ. famularem prodromum novorum Chronicorum Sileſiæ, Vratislauiæ 1665. 4.* NICOLAI POLII *Hemerologium Sileſiacum, Vratislauienſe, Lipſiæ 1612. f.* Antiqua Hiſtoriæ *Sileſiacæ* Periodus ſequentibus ſcriptionibus mirifice illuſtrata. *Vannii Regis a Romanis Quadis* dati, res, & regionem inter Marum Chuſumque amnem adſignatam docte expoſuit FRIDERICVS WILHELMVS SOMMERVS Libro, quem *Regnum Vannianum* inſcripſit ediditque *Vratislauiæ 1722. 4.* alia ſimul veteris Hiſtoriæ Sileſiacæ argumenta complexus. Accuratæ & maximopere commendandæ MARTINI HANCKII *de Sileſiorum nominibus Antiquitates, Lipſiæ 1702. 4.* atque EIVSDEM *de Sileſiorum maioribus Antiquitates, Lipſiæ 1702. 4.* In his autem progreditur ab O. C. vsque ad annum 550. Succeſſerunt EIVSDEM *de Sileſiorum rebus ab Anno Chriſti 550. ad an. 1170. Exercitationes, Lipſiæ 1705. 4.* ex optimis fontibus, ſumma eruditæ diligentiæ laude hæc Opuſcula *Hanckiana*, vt & cetera eius Viri de *Sileſiis eruditis* alibi commemoranda, ſunt eruta.

eruta. *Tabulæ Genealogicæ Ducum Superioris & Inferioris Sileſiæ ab initio Seculi XII. ad præſens vsque XVIII.* confectæ cura FRIDERICI WILHELMI SOMMERI, editæ *Vratislauiæ 1724. 4.* acceſſerunt varia Diplomata ad Sileſiam pertinentia inedita. DANIEL ZEPKEN ſcripſit *Gynæceum Sileſiacum Ligio-Bregenſe, oder kurtze hiſtoriſche Beſchreibung und Ausführung der Stamm-Linien von den hochlöblichen Ahnen etlicher Fürſtlichen Fraulein in Schleſien, die auſſerhalb Landes verheyrathet worden, und etlicher frembder Fraulein, ſo ins Land Schleſien gebracht worden, Lipſiæ 1626. f.* atque T. *Scriptor. Rer. Sileſiacar.* Dn. de *Sommersberg*, quo opuſculo multa genealogica deſcribuntur. Omni Hiſtoriæ Sileſiacæ inſeruiunt accurate ſcripti GEORGII THEBESII *Lignitziſche Iahr-Bücher*, editi a *G. B. Scharffio, Iauer 1733. f.* Singularia quoque multa annotauit IOA. SINAPIVS *in Oſnographia, oder Beſchreibung des Olßniſchen Fürſtenthums in Nider-Schleſien Leipzig 1707. 8.* GEORGIVS WENZKI dedit Narrationem: *vom Schleſiſchen Ritter-Recht, Lipſiæ 1615. 4.* Lectu amœnus Liber eſt ANONYMI docti viri qui inſcribitur: *Schleſiſches Hiſtoriſches Labyrinth, Breßlau und Leipzig 1737. 8.* quo C. obſeruationes iucundæ & vtiles de nominibus, locis, perſonis, moribus, conſuetudinibus, ſolemnitatibus & memorabilibus factis, quibus Hiſtoria vetus & noua Sileſiaca, illuſtrari poteſt, ſunt congeſtæ. Numiſmata ad illuſtrationem rerum Sileſiacarum collecta & illuſtrata habemus induſtria GODOFREDI DEVERDECKS, qui dedit *Sileſiam Numiſmaticam, oder Einleitung zu dem Schleſiſchen Münz-Cabinet Iauer 1711. 4.* Statum Religionis in Sileſiæ prouinciis ſiſtunt varia ſcripta & acta tempore motuum Bohemiæ, Pacis Weſtphalicæ & Ranſtadtienſis Conuentionis publicata & exhibita, ex quibus

aliis-

aliiſque ſubſidiis Archiuorum GODOFREDVS FERDINANDVS BVCKISCH Hiſtoriam Eccleſiaſticam Sileſiarum operoſe conduxit. Primum loco quaſi ſpeciminis edidit: *Prolegomena Schleſiſcher Kirchen-Hiſtorie Neyß 1685. 4.* ſed partium ſtudiis addictus acerbus eſt in Proteſtantes a quibus parandæ felicioris fortunæ cauſſa diſceſſerat. Poſt vaſtum opus ſeptem Voluminum conduxit inſcriptum: *Religions-Acten*, qua ſimul Hiſtoriam Eccleſiaſticam Sileſiacam ampliorem complexus. Quæ *ſingulis Voluminibus* contineantur indicauit curate cum aliis ad hoc argumentum pertinentibus Actis ſcriptisque B. CHRISTIANVS GODOFREDVS HOFFMANNVS *Bibliotheca Iuris Publici N. 1497.* & antecedentibus *p. 364.* Ex his tabulisque ſecretioribus Capituli Vratislauienſis decerpſit commentarios ſuos MICHAEL IOSEPHVS FIBIGER vir de hiſtoria Sileſiaca alias præclare meritus, quos inſcripſerat: *das in Schleſien gewaltthætig eingeriſſene Lutherthum und die dadurch erfolgte ſchwere Verfolgung der Rœmiſchen Kirchen und Geiſtlichkeit I. II. und III. Theil, Breſslau 1724. 4.* quibus hiſtoria ab an. ad a. 1574. 1519. perducta. Obſeruarunt tamen viri Rerum Sileſiacarum periti laboribus *Fibigerianis* P. IOANNEM CVGLERVM Academiæ Vratislauienſis Cancellarium, multa addidiſſe, quæ ab auctoris mente aliena fuerint, quæ additiones indicatæ a P. DAVIDE PESCHELIO adiecta Parti Primæ Schedula, quæ tamen non in omnibus exemplis reperiatur. Sed tulit hanc admonitionem grauiter CVGLERVS atque euulgauit ſcriptum hoc titulo: *Auf alten Fuß geſtellte von* P. IOH. KVGLERN *S. I. verfaßte Antwort auf die neumodifuſſiſche Anrede, Breſslau auf dem Dohm 8.* Compara Acta Erudit. Germ. P. XXVIII. Ex Proteſtantium ſacris addicti calamo

lamo profluxit prima vice ſub IRENAEI EHRENKRON adſumto nomine, edita, ſub quo IOA. EHRENFRIED ZSCHAKWIZIVM latere ſunt qui adfirmant *Schleſiſche Kirchen-Hiſtorie*, *Freyſtadt 1708. 8.* qui ſcriptor quoque non liber eſt a ſtudio partium.

§. IX.

Ad *Morauiæ* hiſtoriam facit IOANNIS PESSINAE de CZECHEROD *Mars Moranicus*, ſiue bella, ſeditiones, prælia, quæ Morauia hactenus fuit paſſa, deſcripta *Pragæ 1677. f.* cui libro multi vſus monimenta & obſeruationes curioſæ ſunt inſertæ. Statui Eccleſiaſtico deſcribendo inſeruit: IOANNIS GEORGII STREDOWSKY *Sacra Morauiæ hiſtoria ſ. Vita S. Cyrilli & Methudii, Saliſbaci 1710. 4.* Ex *Speculi hiſtorialis Morauiæ* BARTHOLOMAEI PAPROTZKII Slavica lingua ſcripti atque rariſſimi, verſione Germanica, editus *Paprozkius enucleatus* curante M. CHRISTOPHORO PFEIFFERO, *Breßlau und Leipzig 1730. 4.* quo illuſtrium Familiarum Genealogiæ & Inſignia deſcribuntur. GEORGIVS AELVRIVS ſcripſit *Glaciographiam* oder *Glätziſche Chronica*, *Leipzig 1625. 4.*

CAPVT VIGESIMVM.

DE SCRIPTORIBVS HISTORIÆ BAVARICÆ ET PALATINAE.

§. I. Scriptores qui ad Geographiam Bauariæ faciunt. §. II. Scriptores Hiſtoriæ Bauaricæ. §. III. Scriptores Genealogici Ducum & ElectorumBauariæ. §. IV. Scriptores de Nobilitate, Sanctis &

& Vrbibus Bauariæ. §. V. Scriptores qui ad Geographiam Palatinatus faciunt. §. VI. Scriptores Hiſtoriæ Palatinæ. §. VII. Scriptores qui particulares Electorum & Comitum Palatinorum Vitas & geſta deſcripſerunt.

§. I.

PRimas poſt Bohemiæ Regem in Electorum collegio partes gerit *Bauariæ* Elector, & Dux, qui cum domo *Palatina* communem ſtipitem habet, vt non incongruum videatur vtrasque iungere domus. In Geographia primum occurrit PHILIPPI APIANI *Bauariæ deſcriptio geographica*, quæ in *Mercatoris* Atlante habetur, & poſt hunc MARTINI ZEILERI *Topographia Bauariæ*, cum appendice & figuris a MATTHAEO MERIANO æri inciſis, *Francofurti 1644. f.* cuius errores in vrbium deſcriptionibus ſæpius emendauit ANTONIVS GVILIELMVS ERTELIVS *im Chur-Bayriſchen Atlas*, *Noribergæ 1687.* & ibid. *1705. 8.* cum 150. figuris ciuitatum & arcium æri inciſis. Parte vero Secunda Epiſcopatuum, Abbatiarum, Præpoſiturarum, Monaſteriorum notitia exhibetur, 80. imaginibus æneis ornata, quæ ceteris præſtat. IVLIVS REICHELT quoque *ſpecimen Geographiæ Heraldicæ* exhibuit *in Circulo Bauarico*, *Argentorati 1676. 4.*

§. II.

Ad Hiſtoriam primum facit IOANNES POLITVS *de Boiorum origine*, *geſtis & Bauariæ præſtantia*, *Coloniæ 1583. 8.* Deinde ex antiquioribus EBERHARDI ALTAHENSIS *Annales* qui in *Tomo primo L. A. Caniſii* extant. & in *Edit. Baſn.* T. IV. p. 215. atque hiſtoriam deſcribunt ab

anno 1272. vsque ad 1305. atque ANDREAE PRESBYTERI *Chronicon de Ducibus Bauariæ*, ab origine gentis vsque ad annum 1438. *a Leonhardo Bauboltzio de Opercbouen* ad annum vsque 1485. poſtea continuatum, cum Notis *Marquardi Freberi*, *Ambergæ 1602. 4.* atque in Schilteri collectione rerum Germanicarum continetur. Hunc quidem Liuium Boiorum adpellat *Freberus*, quod de fida ſcribendi ratione, non vero de ſtylo, qui ſatis eſt incultus, intelligendum. Non autem hiſtoriam ſolum comprehendit ſed etiam plurium monaſteriorum Bauariæ fundationes. VITI ARENPECKHII Monaſterii *Eberſpergenſis* Prioris *Chronicon Baioariæ* Mstum adhuc extat in Bibliotheca Vindobonenſi, alterius VITI ARNPECKHII, Presbyteri ſecularis & Sixti Epiſcopi Friſingenſis Capellani *Chronicon Boioariæ ſeu Bauariæ* primum ex autographo edidit & *Theſauro Anecdotorum nouiſſimo Tomo III. Parti III.* inſeruit BERNARDVS PEZIVS, inque Diſſertatione Iſagogica Tomo huic præmiſſa f. 23. erudite commonſtrauit differentiam inter vtrumque hoc Chronicon, ex quo omnes rerum Bauaricarum ſcriptores recentiores Auentinus, Hundius, Brunnerus, Adlzreiterus hauſerunt. Inſunt *Tomis* laudati *Theſauri Peziani* plura de Epiſcopatibus, Epiſcopis, Sanctis aliisque rebus & locis memorabilibus Bauariæ, egregia monimenta. IOANNIS THVRNMAIERI, vulgo dicti AVENTINI *Annales Boiorum*, ab origine vsque ad annum 1508. ſunt egregii. Prima horum editio facta fuit latine per *Hieronymum Zieglerum* Poeſeos Profeſſorem Ingolſtadienſem apud *Fratres Weiſſenbornios Ingolſtadii 1554. f.* ſed omiſſis iis locis, quæ de Cleri Romani ſententia haut ſcripta erant, poſt recuſa curante NICOLAO CISNERO *Baſileæ 1580. f.* qua editione ple-

nos

nos integrosque hos Annales dedit, ſequuta *Tertia ibid. & 1615. f.* & *Quarta Baſileæ 1627. f. Quinta* Editio *Latina* prodiit cum Præfatione doctiſſima B. NICOLAI HIERONYMI GVNDLINGII, *Lipſiæ 1710. f.* cui præmiſſa ampla *Vitæ Auentini* commemoratio, auctore G. A. H. *Paralipomena ad Ioannis Auentini Annales Boiorum*, i. e. *Loca quædam, in omnibus editionibus latinis omiſſa*, ex Codice Bibliothecæ Ienenſis, edidit atque *Actis litterariis ex MSCtis erutis Faſciculo VIII.* inſeruit B. B. G. STRVVIVS. *Verſionem Germanicam* horum *Annalium* ipſe AVENTINVS fecit, quæ pluribus in locis a latino textu diſcrepat, quæque formis impreſſa *Francofurti ad Mœnum 1566. f.* SIMONE SCHARDIO procurante; *Alia*, interprete NICOLAO CISNERO, *Francofurti ad Mœnum 1580. f.* per *Ioan.* & *Sigismund. Feyerabendios*; *Tertia*, *Francofurti 1622. f.* qua repetita ſaltim eſt prior a. 1580. impreſſa. Huius cum latino exemplo comparationem laborioſe inſtituit *Ioachimus Fridericus Fellerus, in der Nachricht von dem 1622. zu Franckfurt am Mayn in teutſcher Sprache gedruckten Auentino*, quæ extat in STRVVII *Archiuo hiſtorico & politico, Parte III. p. 254.* In *Editionibus* Germanicis *Octo Libri* comparent, nam VII. *Editionis latinæ* Librum in binos Germanicæ interpretationis diuiſit *Auentinus*. Adhærent Editioni a. 1580. germanicæ XXX. *Tabulæ Genealogicæ* Impp. Regum & illuſtrium Perſonarum, quarum in Annalibus mentio fit, in *Editionis* vero *Tertiæ* quibusdam exemplaribus deſideratur Tabula XX. quæ Stemma Comitum Palatinorum a *Ciſnero* emendatum exhibet. Non autem Bauariæ ſolum, ſed potius vniuerſalem Germaniæ hiſtoriam deſcribit, & magno vtitur iudicio, conquiſitis etiam accuratiſſimis atque authenticis hiſtoriæ monumentis.

Maxime vero ideo quoque eſt æſtimandus, quod vitia Pontificum & Cleri multa fide aperuerit. Inter Opera IOANNIS TRITHEMII reperitur: *Chronicon Succeſſionis Ducum Bauariæ & Comitum Palatinorum* ad Philippum Palatinum Comitem, Principem Electorem, *Francofurti 1601. f.* Recentiores ſunt ANDREAE BRVNNERI S. I. *Annalium Tomi tres, Monachii 1636. 8.* quibus omnem Boiorum hiſtoriam ab anno ante Chriſtum 600. vsque ad 1314. deſcribit, atque ab ordine & elegantia & numeroſa celſitudine ſermonis eſt commendandus, vt merito inter ſcriptores rerum Boiicarum primus habeatur, additus iam *Adlzreiteri* nouæ Editioni. Antiquiores Boiorum res, accurate ex ipſis fontibus, inſignique iudicio ſtiloque graui & puro deſcriptæ ab anno C. 600. ad an. C. 788. quo Thaſſilo Dux in monaſterium fuit detruſus, leguntur in MARCI VELSERI *Rerum Boiicarum Libris V.* qui primum prodierunt *Auguſtæ Vindelicorum 1602. 4.* poſt, inter alia Viri ſummi Opera *Noribergæ 1682. f.* Germanice verſi, interprete auctoris fratre *Paulo Velſero, Auguſtæ Vindelicorum 1605. 4.* Hic autem ob erutas antiquitates laudem habet præcipuam. Præſtantiſſimi & copioſi ſunt Arcani Conſilii Cancellarii IOANNIS ADLZREITERI a *Tetenweis*, *Annalium Boiicæ Gentis Partes III.* ad annum 1652. vsque deductæ, quæ typis excuſæ *Monachii 1662. f.* inter rariores libros connumerati olim, ſed recuſi cum Præfatione *Godefridi Guilielmi Leibnitii* additis ANDREAE BRVNNERI S. I. *Annalium Boiicorum* Partibus tribus, *Francofurti ad Mœnum 1710. f.* Hoc opus ob rerum notitiam quam præbet, eſt egregium, diverſo tamen iudicio atque ſtilo eſt elaboratum, idque ideo, vti Dn. de LVDEWIG docet ex ore primarii apud Boios aulæ miniſtri, in Germania

mania Principe p. 38. quod Adlzreiterus quædam tantum loca calamo ſuo abſoluerit, plerisque ſecretarii ſui ſtilo commiſſis. Obſeruat *Leibnitius* excitata *Præfatione*, a multis pro certo adfirmari adiutum fuiſſe Cancellarium ſtilo cuiusdam *Warfuſai; Balbinus: Ioannem Ferveaux vocat & Ieſuitam Lotharingum facit.* Ex hoc magno opere, deductum opuſculum gallicum THOMAE BLANC inſcriptum: *Hiſtoire de Baviere* ab origine vsque ad annum 1648. *Paris 1680. 12.* quatuor Tomis abſolutum. Germanico ſermone talis ſynopſis quoque extat, cui titulus: *Schauplaz Bayeriſcher Helden, das iſt, ausführlicher Entwurff aller Bayeriſchen Herzoge*, von I. V. M. *Nurnberg 1681. 8.* a *Theodone I.* vsque ad *Ferdinandum Maria.*

§. III.

Ad *Hiſtoriam genealogicam Ducum* & Electorum Bauariæ & quorundam *Ducum* Bauariæ vitam & regimen, præter ſupra iamdum memoratos alii faciunt. Paucis abhinc annis inter doctos viros de primo Boicæ Ducalis ſtirpis ſatore coorta erudita controuerſia. *Arnulphi* enim *Imperatoris* filium fuiſſe *Arnulphum Malum* contendit & ab hoc Familiam deducit illuſtris vir IGNATIVS FRANCISCVS XAVERIVS de WILHELM Bauariæ Electoris Conſiliarius intimus *Vindiciis Arboris Genealogicæ Auguſtæ Gentis Carolino-Boicæ, contra Syſtema auctoris Geneographi, qui in Arbore Genealogica ante paucos annos, cupro inciſa, Sereniſſimorum Boiorum Principum fundatorem ponit Luitpoldum & abrupta penitus Arbore negat Carolum Magnum*, Monachii *1730. f.* His oppoſita PALIGNESII (viri ſane ſolidiſſime eruditi qui verum nomen reticere voluit) *Monita Genealogica*, (*Aleſtadii* ſiue potius *Vindobonæ*,) ex officina

Agheleni 1724. 4. mai. quibus *Luitpoldus* vtpote genuinus Gentis Boiicæ fundator in priſtina iura ſua reſtituitur, & ſecus ſtatuentes placide & pererudite emendantur, veraque Principum Genealogias probandi ratio explicatur. Aduerſus hæc Monita pro ſuis *Vindiciis* nouas parauit Dn. de WILHELM inſcriptas: *Vindicias Arboris Genealogicæ Auguſtæ Gentis Carolino-Boiicæ ab ipſo Auctore vindicatæ contra Satyram* PALIGNESII, cum Appendice: *ſuccincti Reſponſi ad Auctorem Ottonis Friſingenſis defenſi*, *Monachii 1732. f.* qui Auctor ſe *Baronem de Barnsdorf* nominauerat. Facta, fata, famam huius *Arnulphi* potentiſſimi Bauariæ Ducis, a veterum æque ac recentiorum obtrectationibus, fabulis atque conuiciis vindicare conatus Fr. A. C. Auguſtinianus, libro, cui tulum fecit: *Arnolphus male Malus cognominatus, ſeu, iuſta Defenſio, Arnolphi Bauariæ Ducis Sereniſſimæ hodiernæ Domus Palatino-Boiicæ indubii Stirpis auctoris, Monachii 1735. 4.* Selecta varia exempla illuſtria ex Boica hiſtoria, petita ad vſus politicos adplicata ſplendido habitu produxit illuſtris vir IGNATIVS FRANC. XAVERIVS de WILHELM, quod opus inſcriptum: *Annus politicus, per duodecim Diſcurſus, tum Critico-Politicos, tum Politico-hiſtoricos euolutus, quibus explicantur principia Principi regnum auſpicaturo neceſſaria, in vſum Sereniſſimi Principis Bauariæ Maximiliani Joſephi, Monachii 1731. f.* cum tabulis æneis pereleganţibus. DOMINICI CVSTODIS *Duces Bauariæ*, æri inciſi *Antwerpiæ 1605. f.* & ſub titulo: *Genealogia Sereniſſimorum Baioariæ Ducum & quorundam genuinæ effigies*, quas æri incidit celebris artifex *Wolfgangus Kilianus, Auguſtæ Vindelicorum 1620. f.* Exegeſin breuem, ſed accuratam addidit CHRISTOPHORVS GEWOLDVS, qui Wittelſpachios

chios a Carolo M. deduxit. Germanico idiomate eadem inſcripta extat: WOLFGANGI KILIANI *Geſchlecht-Regiſter der Hertzoge in Bayern mit ihren Bildnüſſen, Augſpurg 1632. f.* Acta *Synodi Bauaricæ ſub Taſſilone*, Bauariæ Duce habitæ, proſtant edita *Ingolſtadii 1600. 4.* Eiusdem *Taſſilonis Diploma monaſterii Cremsmünſter conceſſum cum notis Henrici Meibomii* editum *Helmſtadii 1660. 4.* PETRI WINHEMII habemus *Bauariæ Ducum, Alberti Erneſti, Epiſcopi Friſingenſis, Guilielmi & Ferdinandi Imagines atque Inſignia 1574. f. De* IOANNIS GEORGII HERWARTI ab HOHENBVRG, ALBERTINI MVSSATI & NICOLAI BVRGVNDI *Hiſtoria Ludouici Bauari* iam dictum fuit cap. XVI. §. LXXX.

§. IV.

Ad *Nobilitatem Bauaricam* facit WIGVLEI HVNDII *Bayeriſch Stammen-Buch von den abgeſtorbenen Fürſten, Pfaltz-March-Landt-und Burggrafen, Grafen, Landt und Freyherren auch anderen Adelichen Thurnier-Geſchlechten des Fürſtenthumbs in Bayrn, Ingolſtadt* duabus Partibus, quarum prima *1585. f.* altera *1586. f.* quibus ex optimis ſubſidiis egregiæ obſeruationes continentur. Liber autem hodie perrarus. *Ambergenſis* in ſuperiore Palatinatu Ciuitatis primariæ res commemorandas conſignatæ in MICHAEL SCHWEIGERS *Chronica der Stadt Amberg deren Ordnung, ſamt der Succeſſion der Pfalzgrafen, Witteberga* edita *1564. 4.* MATTHAEI RADERI *Bauaria ſancta*, & *Bauaria pia, Ingolſtadii 1581. f. 2. Voll.* elegantibus figuris æneis ornata, quæ in repetita a. *1709. f.* editione pallidæ adparent, quia æs cui inciſæ, exemplorum impreſſorum multitudine attritum. De *Ingolſtadienſis Academiæ Profeſſoribus* egit VA-

LENTINVS ROTMARVS, *Ingolſtadii 1581. 4.* Eandem Academiam carmine illuſtrauit VITVS IACOBAEVS, *Ingolſtadii 1561. 4.* Hiſtoria celebrium quorundam *Bauariæ Monaſteriorum*, res omnis Prouinciæ multum illuſtrat. Quorſum refero varia monumenta quæ in Tomis, *Theſauri Anecdotorum nouiſſimi* PEZII proſtant; atque recentiorum auctorum, qui talibus ſubſidiis vſi IOANNIS AVENTINI *Origines Oettingenſes*, paucioribus quidem pagellis complexæ, ſed ob adiecta Diplomata Carolingica vtiles, impreſſæ *Noribergæ 1518. 4.* & ex priuilegio ante fores templi Cœnobialis Oettingenſis ab Auentino venditæ, cum rariſſimæ eſſent Volumini II. Rerum Germanicar. *Ludewigiano* inſertæ. In vernaculam translatæ opera *Martini Eiſengrein* prodierunt ſub titulo: *Vnſer liebe Frau zu alten Oeting*, *Ingolſtadt 1571. 8.* Monaſterii celebris *Scheyern* quod Ducum Bauariæ olim conditorium erat memorabilia conſignata extant in CONRADI PHILOSOPHI, Prioris Schirenſis *Chronico Schirenſi* & IOANNIS Auentini *Chronico* huius cœnobii, quorum prius primum *Ingolſtadii 1623. 4.* alterum *Biponti 1600. 4.* ſingillatim formis expreſſa & cum appendice Documentorum in laudata Editione *Ingolſtadienſi* iunctum, prodierunt vtraque, *Conradino Chronico.* Quum facta eſſent inſignis raritatis cura B. GEORGII CHRISTIANI IOANNIS, *Argentorati 1716. 4.* cum vtriusque Chronici continuatione ad an. vsque 1708. edita. *Chronicon Andecenſe* germanico idiomate prodiit *Monachii 1595.* & *1685. 4.* quo ſimul hiſtoria Comitum de *Andechs* exhibetur & receptacula pretioſa Reliquiarum ligno inciſa. *Chronicon Monaſterii Reicherspergenſis* edidit & Diplomatibus inſtruxit CHRISTOPHORVS GEWOLDVS, *Monachii 1611. 4.* quod *Volumini no-*

vo

vo Rer. German. Ludewigiano optimo conſilio, illatum. *Relatio de origine, fundatione & proceſſu monaſterii Windberg in Bauaria* extat in Tomo I. Caniſii & Tom. III. Part. II. p. 209. Edit. nou. In cauſſa Donawerdenſi, quæ ſub initium ſuperioris ſeculi agitata fuit, an executio contra illam vrbem recte demandata fuerit Maximiliano Bauaro, extant ſcripta quædam. Bauari primum edebant *Donawerdiſche Relation, das iſt, gründlicher Bericht und beſtandige Erzehlung, was ſich eine zeithero bey der Stadt Donawerth zugetragen, 1610. 4.* Auctor ſcripti habetur WILHELMVS IOCHERVS, Conſiliarius Bauaricus. Huic a Proteſtantibus poſt ea oppoſita: *beſtændige Information iuris & facti, wie es mit den am Kayſerlichen Hof wieder des H. Reichs Stadt Donawerth ausgegangenen Proceſſen beſchaffen ſey, der Donawerdiſchen Relation entgegen geſetzt 1611. 4.* Huius ſcripti parentes creduntur SEBASTIANVS FABER, Procancellarius Würtenbergicus & LVDOVICVS MÜLLERVS, *Cancellarius Oettingenſis.* Sed reſpondet Wilhelmus Iocherus *in nothwendiger Erinnerung, was bey der Donawerdiſchen Relation in acht zu nehmen ſey, Ingolſtadt 1613. 4.* Quæ vero cauſam electoratus atque vicariatus inter Bauaros atque Palatinos controverſi concernunt, indicantur in *Bibliotheca Iuridica*, cap. XI. §. IV.

§. V.

De *Scriptoribus* ad Hiſtoriam remque *Palatinam* noſcendam facientibus accurate eleganterque expoſuit B. GEORGIVS CHRISTIANVS IOANNIS doctiſſima ad DANIELIS PAREI *Hiſtoriam Bauarico-Palatinam Præfatione.* Ad *Palatinatus Geographiam* facit MARTINI ZEILERI *Topographia Palatinatus Rheni & vicinarum regionum, Francof. 1645. f.* Egregiæ, multæ lectionis & recon-

reconditæ doctrinæ ſunt MARQVARDI FREHERI *Origines Palatinæ*, *Heidelbergæ 1599. f.* emendatiores auctioresque *ibid. 1613. f.* tertium recuſæ *Heidelbergæ 1686. 4.* In hiſce præter gentis & dignitatis Palatinæ primordia, Heidelbergæ quoque & vicini tractus antiquitates atque geographia multa cura & eruditione exponuntur. Acceſſit appendix, qua continetur HVBERTI THOMAE LEODII *Commentatio de Palatinorum origine & Heidelbergæ antiquitatibus. Monumenta litterarum antiqua, quibus Leodius adiutus fuerat. De Heidelberga & Manhemio & vicino agro obſeruatio* IOANNIS BASILII HEROLDI, e libro de ſtationibus legionum in veteri Germania, capite XII. Præmiſſa eſt PETRI PITHOEI *obſeruatio de Comitibus Palatinis tam Germaniæ, quam Galliæ.* Addatur breue ſcriptum vernaculo ſermone, cui titulus: *Spicilegium Antiquitatum Palatinarum cis Rhenanum ſ. kurzer Bericht von dem genannten kleinen Franckreich* auctore A. I. F. ſine loci mentione 1623. 4. quo celebriores Palatinatus inferioris vrbes Germersheimum, Oppenheimum, Bacharacum &c. cumprimis vero Ingelheimum breuiter deſcribuntur. *Heidelbergæ* vrbis breue *Chronicon* ab anno 1225. ad 1582. deſcripſit HVBERTVS THOMAS LEODIVS, ſubnexum annalibus Palatinis, *Francofurti 1695. 4.* PAVLI MELISSI *Commentatiunculam de Heidelberga, originibus Palatinis* inſeruit *Freherus.* Elegans eſt Oratio IOANNIS SEOBALDI FABRICII, inſcripta: *Myrtilletus vrbana, ſiue Deſcriptio hiſtorica Vrbis Heidelbergenſis, Heidelbergæ 1658. 4. Apographum monumentorum Heidelbergenſium* edidit MELCHIOR ADAMI, *Heidelbergæ 1612. 4.* Ex his aliisque ſubſidiis IOANNES PETRVS KAYSER, Paſtor Handſchuchshemenſis conduxit: *Hiſtoriſchen Schau-Platz der*

der alten berühmten Stadt Heidelberg, Francofurti ad Mœn. 1733. 8. eodem Vrbis origines, incrementa, vaſtationem, deſcriptionem Arcis Electoris, Templorum, Cœnobiorum, Fundationem Academiæ, Bibliothecam, Scholas exhibuit, Monumenta quoque Sepulchralia addidit, atque de conuerſionibus Palatinatus ad annum vsque 1694. narrationes adiecit. IOANNIS HENRICI HOTTINGERI Oratio extat *de Academiæ Heidelbergenſis origine, progreſſu & reſtauratione, Heidelbergæ* 1656. 4. GEORGII SOHNII *Oratio de fundatione & conſeruatione Academiæ Heidelbergenſis Hanouiæ* 1607. 8. *Relatio hiſtorica poſthuma, wie die Stadt und Schloß Heidelberg von Kayſerlichen und Bayeriſchen eingenommen worden, Franckfurt* 1622. 4. De *Greichgeua* tractu Sueuiæ contermino, & Palatinis Rheni magnam partem obnoxio ſingularis & elegans extat DAVIDIS CHYTRAEI Oratio *de Greichgewa, Wittebergæ* 1561. & inter Orationes Theologi hiſtorici iunctim in 8. editas. IO. SEOBALDI FABRICII porro extat *Manhemium & Lutra Cæſarea, ſiue, de vtriusque Vrbis originibus, incrementis & inſtauratione noua, Diſſertationes hiſtorico-politicæ Heidelbergæ* 1656. 4. Præſtantiſſimus eſt MARQVARDI FREHERI *de Lupoduno, antiquiſſimo Alemanniæ oppido Commentariolus, Heidelbergæ* 1618. *f.* qui ob quædam inſerta diplomata in pretio, & ſimul rarior eſt. GEORGII HELWICHII *Antiquitates Monaſterii Laurishamenſis, Francofurti* 1631. 4. IOANNIS TRITHEMII *Chronicon cœnobii Spanheimenſis, diœceſeos Moguntinæ* ab anno 1124. ad 1526. quo tamen potius res in tota Eccleſia & imperio memorabiliter geſtæ deſcribuntur. Atque aliud *Chronicon cœnobii Hirſaugienſis*, eius fundationem & progreſſum ab

ab anno 830. ad 1370. deſcribens, quæ inter eius Opera extant. De quibus iam ſupra p.1034.inter Scriptores de *Monaſteriis Germaniæ* actum.

§. VI.

In Hiſtoria ipſa legenda inprimis DANIELIS PAREI *Hiſtoria Palatina*, in qua & Archipalatini & Boioariæ Duces deſcribuntur, *Francofurti 1633. 12.* Breue quidem eſt compendium ad annum 1630. vsque deductum, ſed lectu non indignum, licet in rebus antiquioribus non vbique completum. Emendauit, ſuppleuit, & continuatione ad annum vsque 1717. ornauit; hanc epitomen, meritus egregie de hiſtoria Germanica & Palatina GEORGIVS CHRISTIANVS IOANNIS, edita iterum hac: DANIELIS PAREI *Hiſtoria Bauarico-Palatina, Francofurti ad Mœnum 1717. 4.* eidemque præter iam indicatam continuationem adpendicem adiecit, qua de veteribus Rheni Palatinis egit, atque præmiſit egregiam Præfationem de Scriptoribus ad hiſtoriam remque Palatinam cognoſcendam facientibus. Poſtea, aliam res Palatina illuſtrantem collectionem dedit inſcriptam: *Miſcella, Hiſtoriæ Palatinæ, cum maxime vero Bipontinæ inſeruientia, Francofurti 1725. 4.* quibus exhibuit ſuarum *Animaduerſionum in C. L. Tolneri Hiſtoriam Palatinam*, ſpeciatim *Bipontinam*, ſpecimina duo; *Balthaſaris Venatorii 1.) Epiſtolam de miſero Germaniæ præcipue vero Ducatus Bipontini, tempore Belli tricennalis ſtatu; 2.) Ciuitatis Bipontinæ Querimoniam de Debito non debito aduerſus Palantii Moriamæi iniquiſſimas exactiones & prætenſiones. 3.* G. C. IOANNIS *Curas poſteriores in Danielis Parei Hiſtoriam Palatinam* & Hiſtoriæ Palatinæ ab an. 1717. ad 1725. breuem Continuationem, in qua & ea memorantur breuiter,

quæ

quæ ab an. 1717. in Palatinatu Religionis cauſſa geſta fuerunt. Huc pertinet JOANNES TRITHEMIVS *Chronicon ſucceſſionis* Ducum Bauariæ & Comitum Palatinorum, *Francofurti 1544. & 1549.* 4. atque *Tom. I. Oper.* a *Frebero* editorum, quod in rebus medii æui vtiliter adhibetur. Germanice illud vertit *Philippus Erneſtus Vœgelinus 1616. 4.* Hoc, licet in rebus antiquioribus non adeo ſit accuratum, ad medii vero æui hiſtoriam facit egregie. Præterea PHILIPPVS LVDOVICVS HOFFMANNVS edidit *Genealogiam der Pfaltz - Grafen beym Rhein, Franckfurt 1649. f.* In Reuſneri opere genealogico extat PETRI LOTICHII *fragmentum de illuſtriſſimæ familiæ Palatinæ Principibus* & DAVIDIS RORARII *aulæum Principum Palatinorum & Ducum Bauariæ.* Nec heic inter compendia omittendæ: *Memoires des Princes Electeurs Palatins, qui ont eſte de la Maiſon de Baviere, jusqu' a preſent, Leide 1634. 4.* & quæ non vbiuis obuia eſt GOTTFRIED FERDINAND BVCKISCH *Hiſtoria Genealogica Palatino-Neoburgico-Bauarica, oder Hiſtoriſche Erleuterung des Churfürſtlichen Pfaltz-Neuburg-Bayriſchen Regenten-Baums, Glatz 1687. 4. Priore* Parte Bauariæ Ducum quos a Carolo M. deducit Hiſtoriam IX. Capitibus exhibet, *Poſteriore* Palatinorum res XIII. Capitibus breuiter enarrat. Pleraque ex vulgaribus ſumpſit libris, Proteſtantes a quibus diſceſſerat omni occaſione arrodit, in recentiore tamen hiſtoria vberior eſt Pareo. Parti *Primæ Electorum Iuris Publici curioſorum* Cap. II. n. I. p. 70. 72. inſerta, quæ occaſione Controuerſiæ de Succeſſione in Terras Veldentino Lautereccenſes exarata: *Kurze Beſchreibung des Chur-und Fürſtl. Stamms der Pfalzgrafen bey Rhein, deren Urſprung und Abgang inſonderheit der ohnlængſt verblichenen*

nen Pfalzveldenziſchen Linie vorſtellend, quæ tamen ab erroribus haut eſt immunis, quos notauit B. *Ioannis* Præfatione ad *Pareum*. Multo labore & ſtudio ſcripta CAROLI LVDOVICI TOLNERI *Hiſtoria Palatina a principio ad annum* 1295. *Francofurti* 1700. *f.* qua multa induſtria veterum Comitum Palatinorum ad Rhenum origines eruit, eorumque res a temporibus Conradi I. ad Rudolphum vsque Habspurgicum diligenter deſcribit; ſimul vero de Palatinatus Rheni incrementis, decrementis, de Vicariatu Palatino, de Maioribus Domus, & Comitibus Palatinis vsque ad tempora Caroli M. & Conradi primi agit. Coniungendæ eiusdem TOLNERI *Additiones ad Hiſtoriam Palatinam, quibus ſimul ad Obiectiones clariſſimi cuiusdam Viri reſpondetur*, *Heidelbergæ* 1709. *f.* quibus ipſe quædam hiſtoriæ ſuæ capita emendat vel fortioribus teſtimoniis firmat, prætermiſſa addit, Diplomata inſignia adfert atque obiectionibus acutiſſimi *Henrici Coceii* reſpondere conatur. Paucioribus exemplis excuſæ hæ *Additiones* rariores ſunt. Errores quos in Hiſtoria Bipontina maxime commiſit *Tolnerus*, indicauit emendauitque rerum Palatinarum peritiſſimus *Georgius Chriſtianus Ioannis*, *Animaduerſionum duobus Speciminibus*, ſingillatim *Biponti* 1708. 4. primum editis, inde recuſis in *Miſcellis Hiſtoriæ Palatinæ* iam laudatis.

§. VII.

Ad particularem *Hiſtoriam* faciunt AVGVSTINVS BRVNNIVS, qui in *Triade Electorali Politica, hoc eſt, hiſtorica enarratione breui & compendioſa. Francofurti* 1600. 8. edita, Catalogum Electorum Palatinorum ad Rhenum exhibuit, & illis de Electoribus Saxoniæ & Brandenburgicis con-

coniunxit. De *Ruperto Rege Romanorum*, præclara *1708. 4.* extat Diſſertatio FRIDERICI BENEDICTI OERTEL, *Lipſiæ 1720. 4.* qua diligenter quæ alibi diſperſa ſunt collegit. IOANNES TRITHEMIVS *Res geſtas* ſcripſit *Friderici Palatini, Electoris eius nominis primi, Victorioſi vulgo dicti,* qua, quæ *Trithemius* in Chronicis *Spanhemenſi* & *Hirſaugienſi* de Friderico Victorioſo retulerat congeſſit *Marquardus Freherus* notis & additionibus ex eiusdem Principis Hiſtoria, per *Matthiam Kemnatenſem*, quæ MSCta latet, & alios deſcripta, adiectis *Heidelbergæ 1602. 4.* quæ hiſtoria eſt egregia. PAVLLI HACHENBERGII, Electoris Palatini Conſiliarii intimi *Hiſtoria de vita & rebus geſtis Friderici I. Electoris Palatini, vulgo dicti Glorioſi ex optimis Scriptoribus collecta & in Octo Libros digeſta*, edita ex MSC. curante ampliſſimo Viro IOANNE PHILIPPO KVCHENBECKER, *Ienæ 1739. 4.* ſcripto quidem ſtilo pragmatico, ſæpe tamen acri nimis & acerbo in eos, qui Domui Palatinæ aduerſi erant. *Annales de vita & rebus geſtis Friderici II. Electoris Palatini*, Libros XIV. indiuiduus eius Comes, HVBERTVS THOMAS LEODIVS ſcripſit, *Francofurti 1624. & 1665. 4.* editos, quibus ſingularia multa de eo, & Domo Auſtriaca Hiſpaniaque imperante Carolo V. narrauit. *Germanice* vertit HARTMANNVS MYRICIANVS Salinator Hermundurus & ſub titulo edidit: *Spiegel des Humors groſſer Potentaten, Schleuſingæ 1625. 4.* Singillatim ad res ipſius facit MELCHIORIS SOITERI *de Vinda de Bello Pannonico per Fridericum Palatinum geſto Liber, Auguſtæ 1538. 4.* & Tomo II. *Schardiano.* De *Friderici III.* Electoris laudibus exponunt PETRI BOQVINI *Oratio de Vita & Morte Friderici III. Heidelbergæ 1577. 4.* & GVILIELMI RODINGI *Oratio funebris habita in* lau-

laudem Friderici III. Heidelbergæ 1577. 4. *Ludouici* Electoris vulgo *Facilis* dicti, laudes prædicauit TIMOTHEVS KIRCHNERVS Oratione *de vita & morte Ludouici Comitis Palatini & Electoris, Heidelbergæ* 1584. 4. *De vita & morte Ioannis Caſimiri* extat Oratio QVIRINI REVTERI, *Heidelbergæ* 1592. 4. & alia DANIELIS Toſſani Oratio, *memoria Ioannis Caſimiri* habita, & edita *Heidelbergæ* 1592. 4. CASPAR ENS ſcripſit *de Nuptiis Friderici Palatini & Eliſabethæ Anglicæ,* 1613. 4. THEODORVS de BRY æri incidit *duos Arcus triumphales*, quos Senatus Oppenheimenſis Friderico ex Anglia reduci poſuit, *Oppenheimi* 1613. 4. IOHNIVS FORBESIVS ſcripſit *genethliaca Friderici V*, Comitis Palatini & Eliſabethæ, *Heidelbergæ* 1614. 4. *Ludouicæ Iulianæ* Matris prudentiſſimæ huius *Friderici V.* virtutes & ſimul res Germaniæ & Palatinatus maxime memorabiles exhibentur in: *Memoires ſur la vie & la mort de Loyſe Iuliane Electrice Palatine, avec pluſieurs evenemens notables de l' Hiſtorie des Guerres derniers d' Allemagne, Leide* 1645. 4. auctore FRIDERICO SPANHEMIO Theologo prudentiſſimo. Liber ipſe ſummo iudicio ſcriptus & eximiæ eſt raritatis. *Friderici V. Iter Anglicum, & Pompa nuptialis ſplendidiſſima* ſiue *Pfælziſche Reis und Heirath* prodiit 1613. 4. Ad res *Friderici V.* non ſolum ſed filii quoque & nepotis faciunt: *Lebens-Geſchichte der weyl. Durchl. Churfürſten in der Pfalz, Friederich des Fünfften, Carl Ludwig, und Carl, Cœln* 1693. 12. quum autem hoc in libello, multa perperam eſſet narrata, editus libellus alius inſcriptus: *Die ausgeleſchte Chur-Pfalz Simmeriſche Stamm-Lini* ſine loci mentione 1693. 12. quo Electorum *Caroli Ludouici* & *Caroli* regimen & non pauca vitæ etiam priuatæ ſingularia annotauit & prioris ſcriptoris

ris errores corrigit. Auctor huius narrationis IOANNES FRIDERICVS REIGER *Caroli Ludouici E.* a ſecretis. Recuſus libellus lectu dignus, cum egregia Præfatione, qua de auctore notitia datur & præclaris notis, quarum auctor *G. C. Ioannis*, de hiſtoria Palatina egregie meritus, ſub eodem titulo, *Saar-Louis 1732. 8.* Addatur libellus Gallicus inſcriptus: *La vie & les Amours de Charles Louis El. Palatin, Amſterdam 1697. 12.* & alius vernaculo ſermone: *Die durch Vnluſt vergallte Luſt des ehelichen Lebens, in kurzer Erzehlung fürgeſtellet an dem Exempel zweyer Gemahlinnen von Chur-Hauß Pfalz*, durch L. V. A. i. e. LEVIN VON AMBEER ſiue IMMANVEL WEBER, *Gieſſen 1720. 8.* quo amores *Caroli Ludouici* cum *Degenfeldia*, & *Langhanſii* Theologi munere, ſed non conſilio, factas *Carolo* Electori peſſimas perſuaſiones harumque infelices effectus deſcribit. Ex *Neoburgica*, quæ *Simmerenſi* ſucceſſerat in Electoratu Palatino linea erat *Philippi Wilhelmi F. Ioannes Wilhelmus*, cuius Itinera deſcripta curioſe in Libro, cui index: IOANNIS PAKENII S I. *Hercules Prodicius, ſeu Carolus Iuliæ, Cliuiæ & Montium Princeps in Iohanne Wilhelmo Comite Palatino Rheni nepote poſt ſeculum rediuiuus, Coloniæ Agrippinæ 1695. 4.* Eſt hic liber ſcriptus ad imitationem *Stephani Vinandi Pighii Herculis-Prodicii*, editi *Antwerpiæ 1587. 8.* ſed ſtilo turgidiori, atque deſcribit memorabilia peregrinationum Principis huius iuuentutis Palatini Belgicæ, Francicæ, Anglicæ, Italicæ atque per magnam Germaniæ Partem. Ad Hiſtoriam tam profanam, quam potiſſimum *Eccleſiaſticam* Palatinam ſupplendam facit vtilis Sylloge, cui titulus datus: *Monumenta pietatis & litteraria virorum in re publica & litteraria illuſtrium, ſelecta, Francofurti 1701. 4.* Horum

rum pars prior continet collectanea Palatina, quæ ad illuſtrandam hiſtoriam Eccleſiæ Palatinæ cumprimis faciunt. Poſterior eruditorum ſuperioribus duobus ſeculis celebrium epiſtolas nondum editas comprehendit, in quibus memorabilia multa. Collector libri eſt MIEGIVS, Marpurgenſis academiæ Profeſſor, atque exhibuit ſaltim talia, quæ maxime ſunt memorabilia. Continentur eadem HENRICI ALTINGII *Hiſtoriæ Eccleſiæ Palatinæ* atque varia opuſcula minora nec non Epiſtolæ, ex quibus Hiſtoria Palatina egregie poteſt illuſtrari. Hiſtoriam Eccleſiaſticam Palatinam a tempore repurgatorum Sacrorum, ad annum vsque 1721. copioſe & multa cura expoſuit BVRCARDVS GOTTHELF STRVVIVS *im ausführlichem Bericht von der Pfælziſchen Kirchen-Hiſtorie, Francofurti* ſiue potius *Ienæ 1721. 4.* ex editis & manu exaratis monimentis repetita. Ceteros libellos de controuerſiis & eccleſiaſticis & ciuilibus, feudalibus, publicis, deque iuribus ſereniſſimæ Domus recenſent longa ſerie, B. IOANNIS Præfationibus *Pareo*, & *Miſcellis Hiſtoriæ Palatinæ* præmiſſis; B. HOFFMANNVS *Bibliotheca Iuris Publici*; atque LÜNIGIVS *Bibliotheca Deductionum*, qui, quum maximam partem iuridici ſint argumenti, ad hanc Bibliothecam pertinere haud videntur.

CAPVT VIGESIMVM PRIMVM.

DE SCRIPTORIBVS HISTORIÆ SAXONICÆ ET PROVINCIARVM CONNEXARVM.

§. I. *Scriptores qui ad Chorographiam Saxoniæ faciunt.*

ciunt. §. II. Scriptores qui ad origines & Antiquitates Saxoniæ faciunt. §. III. Scriptores qui Stemmata & Genealogiam Domus Saxonicæ illuſtrarunt. §. IV. Scriptores Hiſtoriæ Wittekindeæ. §. V. Scriptores Hiſtoriæ Hermanni Billingi. §. VI. Fontes & inde deducti Scriptores Vniuerſalis hiſtoriæ Saxonicæ. §. VII. Scriptores qui ſingularia ad Hiſtoriam Sax. argumenta tractarunt. §. VIII. Scriptores qui Vitas Saxoniæ Electorum & Ducum dederunt. §. IX. Scriptores de illuſtribus quibusdam Landgrauiis Thuringiæ & Marchionibus Miſniæ. §. X. Scriptores de Friderico Placido, huiusque filiis Erneſto & Alberto, propagatoribus Domus Saxonicæ. §. XI. Scriptores hiſtoriæ Mauritii Electoris & ſucceſſorum Lineæ Albertinæ. §. XII. Scriptores Hiſtoriæ Electorum & Ducum Saxoniæ Lineæ Erneſtinæ. §. XIII. Scriptores de Iuribus, Inſignibus & Numiſmatibus Domus Saxonicæ. §. XIV. Scriptores de Ducatu Saxoniæ & Ciuitatibus cumprimis Viteberga. Scriptores de Geographia Miſniæ. §. XV. Scriptores de vrbe Dreſda. §. XVI. Scriptores de Lipſia vrbe. §. XVII. Scriptores de Miſena, aliisque Miſniæ Vrbibus & oppidis. §. XVIII. Scriptores Hiſtoriæ Citicenſis, Numburgenſis & Merſeburgenſis. §. XIX. Scriptores de Freiberga, vrbe. §. XX. Scriptores de vrbibus diſtrictus metalliferi. §. XXI. Scriptores qui ad horographiam Thuringiæ faciunt. §. XXII. Scriptores de Erfurto, Vinaria & Gotha, Iena & ceteris Thuringicis. §. XXIII. Scriptores Hiſtoriæ Thuringiacæ vniuerſaliores. §. XXIV. Scriptores Hiſtoriæ Landgrauiorum Thuringiæ. §. XXV. Scriptores hiſtoriæ Comitatus principalis Hennebergiæ. §. XXVI. Scriptores de Voigtlandia. §. XXVII. Scriptores de Luſatia vtraque.

§. I.

SCriptorum *Hiſtoriam Saxonicam* illuſtrantium tam inſignis eſt adparatus, quum Saxonicæ provinciæ per longum tempus literis floruerint, vt de eorum ſerie copioſe enarranda cogitare viri doctiſſimi neceſſarium putaverint. Laudabilem hunc laborem adgreſſus V. C. GEORGIVS CHRISTOPHORVS KREYSIG ſummoque ſtudio conquiſiuit: *Hiſtoriſche Bibliothec von Ober-Sachſen und einigen angränzenden Ländern, nach allen Theilen der Hiſtorie geſammlet, Dreßden und Leipzig 1732. 8.* qua quidquid ad ſcribendam, ſupplendam & ornandam Hiſtoriam Saxonicam facere poteſt, minutiores etiam ſcriptiones diligenter curioſeque indicauit, ſed librorum ſaltim titulos ſine addito iudicio ſuo, recenſuit. Idem inſtitutum tenuit B. BVRCARDVS GOTTHELFIVS STRVVIVS, Hiſtoricus Saxonicus Lineæ Erneſtinæ, qui ex inſigni librorum quem poſſedit & impreſſorum formis & exaratorum manu, adparatu conſignauit *Bibliothecam Saxonicam, Halæ Magdeburgicæ 1737. 8.* editam & Scriptores Rerum Saxonicarum, Miſnenſium, Thuringicarum & reliquarum Prouinciarum exhibentem, de quorum multis ſententiam dixit, variasque obſeruationes adiecit. Dolendum autem eſt vtilem librum grauiſſimis mendis typographicis laborare, abſente a loco auctore typis impreſſum. Præfatione præmiſſa varios indicat qui recenſionem Scriptorum Rerum Saxonicarum confecerunt. Geographiæ & Chorographiæ Saxonicarum Prouinciarum medii cumprimis æui, illi inſeruiunt qui de *Pagis* commentationes ex diplomatibus congeſſerunt, vtpote HENRICVS MEIBOMIVS *de vtriusque Saxoniæ & vicinarum quarundam regio-*

gio-

gionum Pagis, commentariolo *Helmſtadii 1610. 4.* edito, *Rerumque* ipſius *Germanicarum Script. T. III. p. 93.* inſerto; cui Spicilegium fecit CHRISTIANVS FRANCISCVS PAVLINI *de Pagis inprimis Antiquæ Saxoniæ* libello, qui ipſius *Syntagmati Rerum Germ. Francofurti 1698. 4.* edito, acceſſit. In Reuerendiſſimi Abbatis *Godefridi* ſplendido *Chronico Gotwicenſi 1732. f. mai.* formis expreſſo, inter ceteros Germaniæ Pagos alphabetico ordine digeſtos & *Saxoniæ* comparent. Summe venerabilis VALENTINVS ERNESTVS LOESCHERVS in libello vernaculo ſermone edito ſub titulo: *Hiſtorie des Rœmiſchen Huren-Regiments*, ſiue *Hiſtorie der mittlern Zeiten p. 205. & 210.* Faciem *Miſniæ & regionum adiacentium Sec. IX. X. XI.* expreſſit CHRISTIANI SCHOETTGENII *Geographie derer Sorben Wenden* qui in Miſnia & Thuringiæ parte ſedes habuerunt cum Mappa geographica, extat in ipſius: *Nachleſe der Hiſtorie von Ober-Sachſen P. III. p. 361. - 446.* de aliis ſingularibus Pagis commemorationes vide apud *Kreyſigium Bibl. Hiſt. Sax. p. 8.* Ad *Chorographiam Saxoniæ cum prouinciis ſuis* recentiorem potiſſimum faciunt MARTINI ZEILERI *Topographia Saxoniæ Superioris, Thuringiæ, Miſniæ & Luſatiæ, Francofurti 1650. f.* cum *Matthæi Meriani* figuris æneis 63. numero. Non contemnendus labor LAVRENTII PECCENSTEINII, qui *Theatrum Saxonicum* germanice edidit *Ienæ 1608. f.* In eiusdem prima parte illuſtrium ac nobilium vaſallorum ſtemmata, inſignia atque hiſtorias illuſtrat. Altera quæ huius loci eſt, arcium, & tertia vrbium deſcriptiones habet. Singularia equidem quandoque exhibet, ſed vulgares tamen perſæpe narrationes ſequitur, parachroniſmos aliosque errores frequenter committit.

 §. II.

§. II.

Ad Origines & Antiquitates *Saxonum* præter illos, quos ſupra in *Antiquitatibus Germanicis* iam adduximus, facit *Capitulare Caroli M. de partibus Saxoniæ*, quod non ſolum in STEPHANI BALVZII *Capitularibus Regum Francorum*, ſed etiam in SIMONIS PAVLI *Monumentis lectionis antiquæ* extat *Argentorati 1664. 8. De Saxonum, Cimbrorum, Anglorum, origine, nomine, priſcis ſedibus, lingua* egit HIERONYMVS CYPRAEVS, *Hafniæ 1622. 4.* Elegans eſt REINERI REINECCII *commentatio de Saxonum originibus*, *Hanouiæ 1612. 4.* De *Saxonum origine coniecturas veriſimillimas* proponere voluit CHRISTIANVS HENRICVS WEISSIVS, *Chemnitii 1708. 8.* quo libello aſſerit, Saxones non vnum aut ſingularem Populum fuiſſe, ſed potius complexum multarum gentium ad maris Balthici oras habitantium nomenque a *Sak*, quod piratam notet, deſcendere. Commendanda quoque eſt CASPARIS SAGITTARII *Hiſtoria Bardeuici*, in qua ſimul antiquum Saxoniæ ſtatum explicauit, *Ienæ 1675. 4.* HENRICVS MEIBOMIVS *de veteris Saxoniæ, finitimarumque regionum pagis* docte fuit commentatus *Helmſtadii 1611. 4.* atque inter opera eius. Eiusdem eſt commentarius *de Irmenſula Saxonica*, qui in *Scriptor. Rer. Germanicar. a Meibomio* procuratorum, Tomo tertio reperitur, quo non ſolum varias hiſtoricorum de eadem opiniones, ſed etiam eiusdem hiſtoriam, cultum, deſtructionem & ſolennia reliqua doctiſſime perſequitur. Æſtimanda quoque eſt ERNESTI CASIMIRI WASSERBACHII Diſſertatio *de ſtatua Arminii*, *Lemgouiæ 1698. 8.* qua ſatis conuenienter docet, ſub Irmenſula cultum fuiſſe diuinitus Armini-

minium, locum, ſtructuram & cultum Irmenſulæ docte quoque explicans. Eruditiſſima eſt CONRADI SAMVELIS SCHVRTZFLEISCHII *de antiqua Saxonum dignitate* diſſertatio, in qua non ſolum antiquum, populorum Saxoniæ ſtatum, ſed etiam quod fuerit apud eos regimen, exponit.

§. III.

Progredimur ad eos, qui *Stemma & Genealogiam Domus Saxonicæ* illuſtrarunt. Ortis vehementibus inter *Ioa. Fridericum* Electorem Saxoniæ & *Henricum* iuniorem Ducem Brunſuicenſem controuerſiis, inſignis hiſtoricus Saxonicus GEORGIVS SPALATINVS compoſuit *Chronica und Herkommen der Churfürſt-und Fürſten des lœblichen Hauß zu Sachſen iegen Herzog Henrichs zu Braunſchweig &c. Wittenberg 1541. 4.* atque *ibid. 1553. 8.* mutato titulo, nec non in *Hortlederi* opere de cauſſis *Belli Germ.* T. I. L. IV. c. XXIII. p. 596.-638. cum eius notis & caſtigationibus. PETRVS porro ALBINVS cui multum debet Hiſtoria Saxonica, ſcripſit *Nouæ Saxonum Hiſtoriæ Progymnaſmata, Wittebergæ 1585. 8.* quibus de Saxonum origine, regibus & ducibus antiquis, religione, nobilitate atque ornamentis familiæ Wittikindeæ accurate diſſerit. Eiusdem eſt *New Stamm-Buch und Beſchreibung des uralten Geſchlechts und Hauſes Sachſen, ſamt allen denen vornehmſten Geſchichten und Thaten, welcher Verzeichniß neben eigentlichen Bildnüſſen, zum theil auf dem Churfürſtlichen Saal zwiſchen dem Schloß und Rüſt-Kammer zu Dreßden zu befinden. Hierzu ſind kommen Sachſiſche, Meißniſche und Thüringiſche Prouintz-Wapen, von derſelben Alter und Herkommen, auch ein Auszug aus der Sachſiſchen Fürſten-Chronick bis 1602.*

 nebſt

nebſt einer continuatione Matthæi Dreſſeri, Lipſiæ 1602. 4. atque non ſolum ad hiſtoriam facit, & Ducum ſucceſſionem, quorum icones ſimul exhibet, ſed etiam artem Heraldicam; licet in hac non ſemper accuratus. Plerique doctorum hominum Sereniſſimam Saxoniæ Ducum Familiam a Wittekindo Saxonum veterum duce deducunt. Quam ſententiam tenent LAVRENTIVS PECKENSTEINIVS, cuius *Wittikindeæ Familiæ Illuſtr. Sax. proſapia compendio hiſtorico illuſtrata* germanice edita *Ienæ 1597. f.* in quo omnes Principes, qui a Wittikindo ſtemma ducunt, breuiter recenſet. In eodem labore occupatus fuit ELIAS REVSNERVS, cuius editum *Stemma Wittikindeum* ſiue *Genealogia Regum, Electorum &c. qui origines ſuas a Wittekindo deducunt, acceſſit Stemmatographia Ducum Saxoniæ, Ienæ 1592. & 1597. f.* additum quoque exemplaribus *Fabricii Origg. Saxon.* Edit. *Ienenſis 1598. f. Lipſienſis 1606. & 1610. f.* Minoris momenti ſunt quique vulgares ſententias ſecuti, ſine probatione Stemmata confecerunt: ANONYMI *Sæchſiſch Stamm-Hauß von Sieghardo an bis auf Fridericum Churfürſten und Herzog Wilhelm 1532. 8.* WOLFFGANGI KRAVSII, *Gunzenhuſani, Stamm- und Ankunfft des Chur- und Fürſtl. Hauſes Sachſen von 800. Iahren her*, cum Præfatione *Philippi Melanchthonis, Noribergæ 1554. 8. ibid. 1555. 8.* atque *Lipſiæ 1576. 4.* cum MICHAELIS BEVTHERI *Bericht von der Marggraffen von Meißen Stamm und Herkommen*, atque emendatione & continuatione noua auctore *Adamo Richtero, Erffurt 1596. 8.* VALENTINI WEINRICHII Rectoris Iſenacenſis *Succincta Auguſtiſſimæ Familiæ Saxonicæ Genealogia, Ienæ 1583. 4.* LAVRENTII FAVSTI *Stamm-Baum aller Hertzoge, Chur- und Fürſten zu Sachſen*

Dreſ-

Dresden 1588. 4. BALTHASARIS MENCII *Stamm-Buch von Vrſprung der Chur- und Fürſtlichen Hæuſer Sachſen, Brandenburg, Anhalt und Lüneburg, Wittenberg* 1598. 8. IOANNIS HERVICII *Arbor Saxonica, Dreſden* 1675. 8. germanice. *Abbildung des Churfürſtlichen Hauſes Sachſen, und deſſelben Grad, Linien und Fürſtlichen Perſonen, ſo bisher noch durch Gottes Gnade ſelbigem lœblich fürſtehen, aufgeſetzet durch D. B. L.* 1643. 4. IOANN HENRICH HAGELGANSEN *Sæchſiſcher Helden und Heldinnen Baum, d. i. wahre Abbildung des Chur-und Fürſtlichen Hauſes Sachſen, Coburg* 1646. 8. ISRAELIS CLAVDERI *Stemma Saxonicum, Coburgi* 1683. 8. ADAM REMPS *Genealogia des Chur- und Fürſtlichen Hauſes Sachſen, Erffurti* 1582. *f.* & *Ienæ* 1594. *f.* ABRAHAMI HERMANN *Genealogia der Kœnige, Herzoge und Fürſten, ſo aus dem Hauſe Sachſen kommen, Zwickau* 1655. 4. PHILIBERTVS vero PINGONIVS *in Arbore Saxoniæ & Sabaudiæ Principum gentilitia, Auguſtæ Taurinorum* 1581. *f.* edita, communem cum Saxonibus ſtirpem habere Sabaudos demonſtrare voluit. Hisce adiungimus, qui Icones Ducum Saxoniæ æri & ligno inciſas, cum obſeruationibus quibusdam ligato potiſſimum ſermone expoſuerunt, vtpote: IOANNIS AGRICOLAE *Abcontrafactur und Bildniß aller Groß-Herzogen Chur-und Fürſten welche vom Iahr* 842. *bis* 1563. *das Land Sachſen regieret haben*, additis Rhytmis germanicis cum Præfat. GABRIELIS SCHNELLBOLZII, *Wittebergæ* 1563. & latine *ibid.* 1563. 4. 1571. *Dresdæ* 1586. & 1587. 4. 1596. 8. *Witteb.* 1599. 4. NICOLAI REVSNERI *Icones ſiue Imagines Imperatorum, Regum, Principum Electorum, Ducum Saxoniæ cum eorum Elogiis*, editæ *Lipſiæ* 1570. 4. *Ienæ* 1597. *f.* & in *Fabricii Origg. Sax.* Edit.

Jenenſis 1597. f. Aeri affabre inciſæ DOMINICI CVSTODIS *Effigies atque deſcriptiones Ducum & Electorum Saxoniæ, Auguſtæ Vindel. 1599. f.* & cum collectaneis & epigramm. *Marci Henningi 1601. f.* a *Wolffgango Kiliano* repetitæ ſtilo artificioſo, *ibid. 1620. 8.* & *1621. f.* tandemque in germanicum idioma verſæ & commentario hiſtorico auctæ *ibid. 1625. f.* extant quoque tales icones in *Menzii & Albini Stamm-Buch*, *Birckenii Helden-Saal*, ſed minus elegantes. Ex melioribus ſubſidiis deductæ ſunt, probationibus aptioribus ſuffultæ ſequentes de proſapia Saxonica expoſitiones, nimirum: GEORGII PAVLI HOENN *Wapen und Geſchlechts - Unterſuchung des Chur- und Fürſtlichen Hauſes Sachſen, Coburg 1704. 8.* cuius Parte Secunda Genealogiam antiquorum Miſniæ Marchionum, Electorum Ducumque Saxoniæ ſtudioſe indagauit pluresque errores ſubſidio chartarum & diplomatum notauit, atque Stemma Wittikindeum tribus tabulis æri inciſis, addidit. IOANNES porro GEORGIVS ECCARDVS Diſſertatiuncula de *Origine Familiæ Saxonicæ nunc regnantis, Helmſtadii 1720. 4.* vnica plagula ſententiam ſuam aperuit, poſt ea copioſius deduxit in libro inſcripto: *Hiſtoria genealogica Principum Saxoniæ Superioris, nec non Origines Familiæ Anhaltinæ & Sabaudiæ, Stemma genuinum Deſiderianum, origo Domus Brunſuicenſis & Czareæ &c. ex monumentis demonſtrata, Lipſiæ 1722. f.* quo quod ad Sereniſſimam Familiam Saxonicam pertinet, oſtenditur, Satorem eiusdem fuiſſe Burchardum Thuringorum Ducem; ſimul tamen aliorum ſententias modeſte & erudite examinat. Dubia Eccardo quædam mouit CONRADVS BERTHOLDVS BEHRENS vir in Genealogicis Saxoniæ verſatiſſimus libello

cui

cui titulus: *Schreiben betreffend die von Herrn Ioa. Georg Eccard edirte Hiſtoriam Genealogicam Principum Saxoniæ Superioris betreffend*, 1724. 4. FRIDERICVS inde ZOLLMANNVS V. C. Conſiliarius Vinarienſis Saxonicus, Hiſtoriæ Saxonicæ peritiſſimus a Thiederico Gentis Saxonicæ Duce, atque e tribu Buzici ſiue Caſtello ſlauice Budzico ſiue germanice Grimsleben deduxit in pererudito opuſculo, cui titulum fecit: *Stemma Buzico-Saxonicum, ſiue Sereniſſima ac Potentiſſima Saxoniæ Ducum hodiernorum Familia, ex medio Seculi X. ſiue, ab eiusdem Satore Thiederico Duce Saxoniæ vsque ad Fridericum Bellicoſum Electorem Saxoniæ vna cum ſingulis cuiusque eorum genuinis characteribus & titulis, Lipſiæ & Ienæ* 1721. 4. quod ex diplomatibus prolatum & a recentiorum ſcriptorum confuſione vindicatum. Ex eodem tribu *Buzici*, ſed ex Thuringia repetiit B. IOANNES GOTTLIEB KRAVSE duabus Diſſertationibus *de Theodorico Buzicio, eiusque genere & patria*, quarum prior *Wittebergæ* 1731 4. altera *ibid.* 1732. 4. propoſitæ, quibus Theodoricum Buzicium Thuringum facit. Idem argumentum perſequutus tertia Diſſertatione, qua *de origine Domus Saxonicæ e primoribus veteris Germaniæ* expoſuit, *Wittebergæ* 1737. 4. eademque *Budſetiam* ſtirpem a *Wittekindo* duxit. Eandem ſententiam probabiliorem reddere conatus Beatus idem KRAVSIVS breui ſcriptione germanica, inſcripta: *Des Chur-und Fürſtlichen Hauſes Abſtammung von Wittekind dem Groſſen auf neue Art ausgeführet, Lipſiæ* 1733. *fol. mai.* quæ oblata Friderico Auguſto II. Electori Saxoniæ, quum anno 1733. d. 11. Maii homagium *Wittebergæ* præſtitum acciperet, qua primores *Wittekindum* II. Comitem, Burcardum ſ. *Buzicum* filium, & *Tete* ſiue *Dedonem* Comitem in Has-

gow

gow nepotem conſtituit a quo deſcendat Dietrichus I. de Tribu *Buzici*. Addantur GVNDLINGIANA Parte XXXIV. p. 293. - 341. vbi ſententia aperitur: *von dem Vrſprunge der Marggræflichen Meißniſchen Familie.*

§. IV.

Inter illuſtres Heroes *Familiæ Saxonicæ* primus occurrit Princeps, *Wittekindus Magnus* Saxonum Dux militaris, cuius res & fata & ſimul partem Hiſtoriæ gentis multi percenſuerunt. REINERVS REINECCIVS *Epiſtolas duas* ſcripſit *de Wittekindo Magno*, cum appendice de Angriuaria, Angaria & Wittekindi monumento, *Helmſtadti 1583. f.* IOANNIS IVSTI WINCKELMANNI *diſſertatio de Wittekindo* extat in notitia Hiſtorico-politica veteris Saxo-Weſtphaliæ, *Oldenburgi 1667. 4.* Sic etiam habemus IOANNIS HENRICI BOECLERI diſſertationem *de Wittekindo*, *Argentorati 1671. 4.* & IACOBI ANDREAE CRVSII *Wittekindum M. Mindæ 1679. f.* Elegans eſt diſſertatio CONRADI SAMVELIS SCHVRTZFLEISCHII *de Wittekindo M.* quæ inter opera eius hiſtorico-politica diſſertationem XLVI. facit, qua ex veris hiſtoriarum monumentis comprobat, Wittekindum nec Regem Saxonum, nec ducem eorum fuiſſe hæreditarium. De *Statura Wittekindii* diſſertatio ERNESTI CASIMIRI WASSERBACHII, extat cum eiusdem libello de Irmenſula, *Lemgouiæ 1698. 8.*

§. V.

Ad Hiſtoriam *Hermanni Billingii*, a quo altera Saxoniæ familia originem habet, faciunt HENRICI MEIBOMII *Vindiciæ Billinganæ, ſeu demonſtratio euidens, Hermannum Billingium primum*

mum ab Ottone M. Imp. Saxoniæ Borealis inſtitutum Ducem, non equeſtris ordinis hominem, nedum pauperis agricolæ filium, ſed ex illuſtri generoſaque familia Saxoniæ fuiſſe oriundum. Eiusdem eſt *Demonſtratio Saxoniam etiam ante Hermannum Billingium ſuos habuiſſe Duces*: vtraque Scripta Tomo tertio *S. R. G.* MEIBOMII, continentur.

§. VI.

Ab antiquis iſtis familiæ Saxonicæ fundatoribus pergimus ad illos, qui omnem hiſtoriam Saxonicam inprimis ciuilem & res regnatorum ab antiquo tempore vsque ad noſtrum æuum deſcripſerunt. Veros præcipuosque Hiſtoriæ Saxonicæ fontes vno eodemque præſtantiſſimo corpore exhibuit B. IOANNES BVRCHARDVS MENCKENIVS qui ſumma cura conduxit: *Scriptores Rerum Germanicarum præcipue Saxonicarum*, Tomis Tribus, *Lipſiæ 1728. 1730. f.* quorum recenſum ſupra Cap. XVI. §. XLVII. p. 836. quum iam dederimus Beneuolum Lectorem eo remittimus. Præclara & vtilis quoque eſt Sylloge, quam ſupplendæ, emendandæ, illuſtrandæ Hiſtoriæ Saxonicæ parauit IOANNES GOTTLOB HORNIVS Hiſtoricus Saxonicus in *nützlichen Sammlungen zu einer hiſtoriſchen Hand-Bibliothec von Sachſen und deſſen incorporirten Landen*, Partibus VIII. *Lipſiæ 1728. - 1733. 4.* editis, quibus opuſcula varia editoris, Hiſtoriam Saxonicam illuſtrantia & emendantia, ac monumenta varia inedita, atque diplomata & chartæ, nec non minores ſcriptiones, formis quidem impreſſæ, ſed rariores, exhibentur. Idem laudabile inſtitutum tenuerunt VV. CC. CHRISTIANVS SCHOETTGENIVS & GEORGIVS CHRISTIANVS KREYSIGIVS, quorum *Diplomatiſche & curieuſe Nachleſe der Hiſtorie von Ober-Sachſen und angræn-*

angræntzenden Lændern zu einiger Erlæuterung derſelben facta *Dresdæ & Lipſiæ* ab a. *1730.-1733. 8. XII. Partibus*, quæ ſylloge egregia plane ſubſidia præbet, cuius plures exoptamus. Idem quem iam laudauimus doctiſſimus KREYSIGIVS *Bibliothecæ Hiſtoricæ Saxonicæ Prolegomenis* Cap. I. fontes hiſtoriæ huius ſecundum ſeriem temporum apte digeſſit, quam in commodum lectorum noſtrorum repetemus, hac ratione diſpoſitam:

Ditmari, Ep. Merſ. Chronicorum libri VII. de Imperatoribus Germanicis ſtirpis Saxonicæ, ab a. 876-1018. MS. antiquiſſimum habetur in Archiuo El. Sax. Ed. 1) a Rein. *Reineccio* Fr. 1580. f. 2) a *Madero*, Helmſt. 1667. 4. 3) collati cum MS. Ieſuitarum Antwerpienſ. inſerti ſunt a *Leibnitio* Scriptoribus Rer. Brunſuic. T. I. p. 323-430. & 1005. Germanice verſi v. in *Habnii* hiſtoria Martisburgica (L. 1606. f.) p. 1-264. c. fig.

Chronicon *Quedlinburgenſe* ab a. circiter 370-1025. v. in *Leibnitii* Script. Brunſv. T. 2. p. 272-296. & cum Chronographo Saxone collatum in *Menckenii* Script. Rer. Germ. T. 3. p. 169-202.

Liber de fundatione monaſterii *Gozecenſis*, ab a. 1041-1135. ed. a *Madero* cum Chronico Montis Sereni (Helmſt. 1665. 4.) p. 207-240. & inſertus Scriptoribus Rer. Luſat. T. 4. p. 106-118.

Annaliſta Saxo, ſeu *Eckhardi* Vragienſis Chronicon, ab initio regni Francorum, vsque ad a. 1139. res geſtas enarrans. v. in *Eccardi* Corpore Hiſt. medii æui T. I. p. 133.

Chronicon monaſterii *Pegauienſis* ab a. 1040-1212. ſeu libellus de fundatione cœnobii *Bigauienſis* ed. 1) Fr. 1580. f. 2) adnex. a *Madero* Chronico Montis Ser. p. 241-268. 3) cum Script. Rer. Luſat. T. 2. Sect. 4. p. 118-128.

Conradi, presb. Lauterberg. Chronicon *Sampetrinum*, ſeu *Montis Sereni*, ab a. 1124 1225. ed. 1) *a Madero* Helmſt. 1665. 4. 1. Alph. 3. pl. 2) cum Script. Rer. Luſ. T. 4. p. 3-106. et 3) collatum cum codice Dni *de Plotho* in *Menckenii* Script. Rer. Germ. T. 2. p. 166-312.

Mona-

Monachus *Reinhardbrunnenſis*, ſeu breuior notitia de vita, nuptiis, liberis & obitu veterum Landgrauiorum Thuringiæ ab a. 1039-1253. v. in *Piſtorii* Script. Rer. Germ. T. 1. p. 956-960. correctior in *Eccardi* hiſtoria geneal. Principum Sax. Sup. p. 345-352. conf. *Tenzelii* Suppl. 2. Hiſtoriæ Gothanæ p. 410. & Biblioth. hiſt. Hamburg. Cent. 7. Art. 42. 43. p. 163. 164.

Chronicon *Erſordienſe* ab a. 1223-1254. v. in *Schannati* Vindemiæ Liter. Collect. 1. p. 91-106.

Anon. de fundatione & benefactoribus Eccleſiæ *Pegauienſis* cum Catalogo Abbatum *Pegauienſium*-1267. v. in *Menckenii* Script. T. 2. p. 102-108.

Witticbindi, mon. Corbei. libri III. Annalium Saxoniæ, vsque ad a. 1300, vna cum aliis quibusdam raris & antehac non lectis diuerſorum hiſtoriis ab a. 800. ed. 1) a Martino *Frecbto*, Sueuo Theologo, Baſileæ apud Io. Hervagium 1532. f. 2) a R. *Reineccio* Fr. 1577. f. 3) a *Meibomio* cum eiusdem notis Fr. 1621. f. & 4) cum ei. Script. Rer. Germ. T. I. p. 621-704. Varias lectiones ex codice Archiui Elect. Dreſd. v. in *Leibnitii* Script. Rer. Brunſv. p. 211-220. & collationem editionis primæ Baſileenſis cum MS. Bibliothecæ Caſinenſis ib. p. 221-232. conf. Hamburgl. Biblioth. hiſt. Cent. 1. Art. 92. p. 259. & Cent. 9. Art. 78. p. 260.

Siffridi, presb. Miſn. Chronicon ab a. 458-1307. adnex. *Fabricii* Annalibus Miſnæ p. 273-340. & eius Germaniæ magnæ Vol. 2. p. 141-181. v. etiam in *Piſtorii* Scr. Rer. Germ. T. 1. p. 682-704. conf. Hamb. Bibl. hiſt. Cent. 6. Art. 3. p. 14.

Chronicon Thuringiæ-1310. MS. habetur in Biblioth. Vienn. v. Lambecii Catal. p. 54.

Chronicon Petrinum *Erfordenſe* ab A. C. 31. ſiue potius 1036-1355. v. in *Menckenii* Script. T. 3. p. 201-344.

Chronicon *Thuringicum* a diluuio ad A. C. 1406. MS. latet Vlmæ in Bibliotheca Kraftiana.

Annales *Vetero-Cellenſes*, ed. I.) *Germanice* (a) ſub tit. die Meyſſeniſche Cronica wye vnd hochgebohren Furſten von Meyſſen &c. erſt chriſtlichen glawben angenommen vnnd herkommen ſynd (circ. a. 1522.) 4. pl. 4. recuſi (b) ſub tit. Meiſniſche Chronica von 780-1400.

1400. mit der Keyſer-Chronica. L. 1532. 8. pl. 2. (c) wieder mit dieſer Keyſer-Chronica W. 1553. 8. p. 121-139. (d) ſub tit. primo Dreſdæ 1575. 4. pl. 7. (e) mit Reineccio von der Meißner herkommen (L. 1576. 4.) P. 2. p. 1-29. II.) *Latine* (1) a *Struuio*, ſub tit. Annalium Vetero-Cellenſium-1375. I. 1720. 8. pl. 5. (2) a *Schannato* ſub tit. Annalium Vetero-Cellenſ. hiſtoriam Miſniæ Marchionum continentium-1422. Io. *Tylichii*, Præp. Numb. ad S. Maur. qui illos tantum continuauit, in Vindemiæ Liter. Collect. 2. p. 74-90. (3) a *Ludevvigio* in Reliqu. MStor. T. 8. p. 172-257. ſub tit. Chronicon Landgrauiorum Thuringiæ & Miſniæ Marchionum ad a. 1340. (4) a *Menckenio* in Script. Rer. Germ. T. 2. f. 377-416. ſub tit. Annalium Vetero-Cellenſ. 1375. vbi & Addenda ad hos Annales p. 2175-2186. conſpiciuntur.

Chronica *Erfordenſis* Ciuitatis, quorum autor creditur Theod. *Engelhuſius*, ab a. 438-1422. v. in *Menckenii* Scr. T. 2. p. 561-566.

Hiſtoria *Erphesfordenſis* anonymi ſcriptoris de Landgrauiis Thuringiæ-1426. v. in *Piſtorii* Script. T. 1. p. 908-955. & duplo auctior, multoque emendatior in *Eccardi* hiſt. geneal. Princ. Sax. Sup. p. 351-468. v. Hamb. Bibl. hiſt. Cent. 7. Art. 44. p. 165.

Jo. Rohte, Mon. Iſen. Chronicon Thuringiæ vernaculum, alias *Iſenacenſe* vel *Erfordienſe* dictum-1440. v. in *Menckenii* Script. T. 2. p. 1633-1824.

Continuatio huius Chronici, ſiue Annales *Erfurtenſes* Germanici ab a. 1440-1467. v. ib. T. 3. p. 1185-1238.

Chronicon *Vetero-Cellenſe* minus 1484. v. ib. T. 2. p. 435-446. conf. *Tenzelii* Bibl. Cur. 1704. p. 1063. & *Eccardi* hiſt. geneal. Princ. Sax. Sup. p. 99-104.

Chronicon Terræ Miſnenſis, ſiue *Thomanum Lipſienſe*-1486. ed. a *Struuio* I. 1720. 8. & a *Menckenio* in Script. T. 2. p. 313-376. & T. 3. p. 165-168.

Res Miſnicæ ab a. 1426. ad a. 1488. verſioni Germanicæ Chronici Vetero-Cellenſis additæ & a. C. S. Schurzfleiſchio, Io. *Puchelero* adſcriptæ v. in *Menckenii* Scr. T. 2. p. 417-434.

Henr. *Crolachii*, Goth. Theſaurus Antiquitatum Thuringicarum 1495. MS. (Germ. in Bibl. Menck.)

Mart.

Mart. *Dœringii* Continuatio Chronici Theod. *Engelhuſii* ab a. 1420-1498. v. in *Menckenii* Script. T. 3. p. 1-54.

Adami *Urſini* ſ. *Berings Thüringiſche* Chronica 1500. v. ib. T. 3. p. 1239-1352.

Pa. *Langii* Chronicon *Citizenſe* ab a. 968-1515. ex ed. *Piſtorii* Fr. 1583. f. pl. 38. & in ei. Script. Rer. Germ. p. 755-907.

Ei. Chronica Numburgenſis omnium Epiſcoporum v. in *Menckenii* Script. T. 2. p. 1-102.

Ge. *Spalatini* Chronicon ſ. Annales a. m. Auguſto 1513-adfinem 1526. v. ib. p. 589-663.

M. Io. *Lindneri*, mon. *Pirnenſ.* Chronica onomaſtica-1530. MS. habet bibliotheca Senatus Lipſ. Excerpta Saxonica, Miſnica & Thuringica v. in *Menckenii* Script. T. 2. p. 1447-1632. *Zuſaze zu dem Pirniſchen Mœnch* v. *in der diplomatiſchen und curieuſen Nachleſe der Hiſtorie von Ober-Sachſen* P. 2. p. 226-287.

In ſubſidium porro adhibendus antiquiſſimus ſcriptor Hiſtoriæ Saxonicæ BEDA *in Hiſtoria Eccleſiaſtica Gentis Anglo-Saxonicæ*, de quo inter Rerum Anglicarum Scriptores iamdum egimus, præſtantioresque Editiones indicauimus. Conferendi hic ii ex *Scriptoribus Rerum Britannicarum* ſupra *p.571. ſeqq.* indicati, qui de aduentu Anglorum Saxonum in magnam Britanniam horumque geſtis expoſuerunt, in primis vero præſtantiſſimum *Chronicon Saxonicum*, quod poſt *Abrahami Wheloci* editionem ex mendoſo & mutilo codice factam, ex melioribus, primum integrum edidit ac latinum fecit EDMVNDVS GIBSON *Oxonii e Theatro Scheldoniano 1692. 4. mai.* quod bellorum ab Anglo-Saxonibus cum Britannis longo ſatis tempore geſtorum hiſtoriam & ea narrat, quæ fruſtra in *Gilda & Beda* aliisque qui ſuperſunt hiſtoricis quæras. Sed hæc ad eos pertinent *Saxones*, qui patriis egreſſi ſedibus, Gentis autem quæ inſignem Germaniæ partem occupauit res veteres vnus o-

 mnium

mnium optime annotauit eſt WITTECHINDVS Monachus Corbeienſis *Annalium Libris Tribus*, quos in lucem produxit *Martinus Frechtus* in Collectione S. R. G. *Heruagiana*, *Baſileæ* 1532. *f.* collatos cum Codice MSCto iterum dedit *Reinerus Reineccius*, *Francofurti* 1532. *f.* quique emendatiores & auctiores prodierunt cum notis *Henr. Meibomii* Sen. *Francofurti* 1621. *f.* & inter *Meibomianos Script. Rer. Germ.* T. I. p. 621. Huc pertinent ALBERTI KRANTZII Scripta cum primis *Saxonia* Libris XIII. ab originibus Gentis Saxonicæ res ad an. 1500. complexa, quorum Librorum copioſæ Editiones factæ *Coloniæ Agrippinæ* 520. *f.* alia *ibid.* 1574. 8. & *ibid.* 1595. 8. atque præſtantiores his *Wecheliana* tres *Francofurti* 1575. 1580. & 1621. omnes in folio, quas ornat Præfatio *Nicolai Ciſneri*, indices & marginales notæ. *Germanica* Verſio, interprete *Baſilio Fabro* formis impreſſa *Lipſiæ* 1563. & 1582. *f.* Hæc non ſolum origines Saxonum deſcribit, ſed etiam eorum expeditiones. Verum licet non contemnendus ſit, nec tamen vbique accuratus. Bibliothecas monaſteriorum perquiſiuit, harumque Chronica excerpſit, atque integras ſæpe paginas in ſuos Commentarios retulit, ſed non ſemper cum iudicio. Ad ſupplendam Saxoniæ cum primis inferioris & Weſtphaliæ hiſtoriam omnino adhibenda Eiusdem KRANZII *Metropolis*, ſiue *Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ* Libri XII. *Baſileæ* 1548. 1558. 1568. *f.* forte tituli tantum in exemplaribus mutati, *Coloniæ* 1574. & 1596. 8. *Witteberga* 1576. *f.* cum Præf. *D. Chytræi* & quæ optimæ *Francofurti* 1576. 1590. 1677. *f.* qua de primis religionis Chriſtianæ in Saxonia initiis, deque Metropoleos Bremenſis ſuffraganeis Epiſcopis ab an. C. 780. ad an. 1504. & horum vita, moribus, ſtudiis & factis agit, cum

qua

qua omnino coniungendum, quod Kranzii quaſi eſt continuatio, DAVIDIS nempe CHYTRAEI *Procœmium Metropolis, ſeu Succeſſionis Epiſcoporum in Eccleſiis Saxoniæ & Vandaliæ veteris Cathedrales XX. ab A. C. 1500. vbi Kranzius deſiit ad noſtram vsque ætatem deducta Liber ſingularis, Wittebergæ* 1586. 4. Continuauit Kranzium DAVID CHYTRAEVS, cuius *Chronicon Saxoniæ* ab anno 1500. ad 1593. prodiit *Lipſiæ* 1593. *f.* & *Supplementum ſeu continuatio Saxoniæ, Lipſiæ* 1611. *f.* atque iunctim *Lipſiæ* 1628. *f.* ad an. 1611. Hæc primum edita fuerat ſub titulo: *Vandaliæ & Saxoniæ Alberti Kranzii Continuatio*, cum Præfatione DAVIDIS CHYTRAEI, *Wittebergæ* 1586. *f.* diſſimulans ſe eſſe huius Continuationis auctorem. Addatur CYRIACI SPANGENBERGS *Sæchſiſche Chronica, Francofurti* 1595. *f.* Hæc primum ſub titulo *Manßfeldiſche Chronica der erſte Theil, Eisleben* 1572. *f* prodiit, ſed omnem Saxoniæ Hiſtoriam vsque ad annum 1571. abſolvit, atque multa narrat Terrarum Saxonicarum & Thuringicarum ſingularia; labitur tamen in genealogia & chronologia antiqua, & coniecturis ſuis ſæpe nimium indulget. Poſt fontes & eos qui hosce proxime ſecuti, indicandi ſunt nobiliores Scriptores, qui omnem Hiſtoriam Saxonicam, in primis Ducum Saxoniæ Stirpis *Wittikindeo-Wettinenſis* res & vitas exponere apud animum conſtituerunt. Ad hunc cenſum & ſimul etiam ad choro- & topographiam *Miſniæ* pertinet PETRI ALBINI *Meiſniſche Land und Berg-Chronica, Dresden* 1590. *f.* cui populi & dominatorum Saxoniæ, Thuringiæ, Miſniæ hiſtoria inſerta. Promouente *Chriſtophoro Carlewizio* Adminiſtro Saxonico a GEORGIO AGRICOLA cœptæ, a GEORGIO vero FABRICIO ſtilo puro confectæ ſunt *Origines Stirpis Saxonicæ*, quarum Libri VII. poſt

mortem auctoris a Filio *Iacobo Fabricio*, ex recognitione *Nicolai Reuſneri* editæ *Ienæ 1597. f.* quædam exempla *1598.* habent & *Lipſiæ 1606. f.* quædam exempla *1609.* Poſtmodum idem *Fabricius* iunior ex ſchedis paternis produxit: GEORGII FABRICII *Rerum Germaniæ & Saxoniæ vniuerſæ memorabilium* Libros II. *Lipſiæ 1609. f.* quibus variæ rerum geſtarum obſeruationes continentur. In rebus vetuſtis & medii æuii *G. Fabricius*, iis quæ talis labor requirit ſubſidiis, & doctrinis cum primis haut fuit inſtructus, in recentioribus autem, in primis quod ad vitam Ducum & Electorum attinet, ſingularia quædam narrat. Digni ob ſtili nitorem commentarii, qui ex chartis & diplomatibus illuſtrati copioſe, recudantur. Leui opera ſcriptus: *Büchlein aller Churfürſten von Sachſen, und wenn erſtlich das Haus von Sachſen mit der Chur begnadet iſt, Leipzig 1520. 4.* LAVRENTII PECCENSTEINII *Electorum & Ducum Saxoniæ, Landgrauiorum Thuringiæ &c. e Familia Wittikindea breuis & ſuccincta enarratio* prodiit *Dresdæ 1595. 4.* Multa cura ex ſubſidiis quæ ad manus erant conducta ſunt IOANNIS CHRISTOPHORI PRAETORII *Hiſtoriæ Saxonicæ Specimina*, quorum *Primum* Præſide ADAMO RECHENBERGIO expoſitum *Lipſiæ 1693. 4. ſecundum, ibid. 1694. tertium ibid. 1695. 4.* auctore moderatore propoſita. In vſum Auditorii ſui condiderat CASPAR SAGITTARIVS breue *Compendium Hiſtoriæ Saxonicæ* ab Alberto Vrſo ad ſua vsque tempora, ſed cum ſex tantum in *12.* plagulæ eſſent formis excuſæ, iuſſu Nutritorum Academiæ Ienenſis Ducum Saxoniæ, certas ob cauſas fuit ſuppreſſum. Vernaculo ſermone ſcriptæ breues rerum Saxonicarum expoſitiones ſequentes: SIGISMVNDI *von* BIRCKEN *Sächſiſcher Helden-*

Saal,

Saal, *Noribergæ 1677. & 1687. 12.* atque cum continuatione, annotationibusque bonæ frugis illuſtrantibus & emendantibus ſtudio IOACHIMI FRIDERICI FELLERI *Noribergæ 1718. 8.* & alio ad recentiora tempora Supplemento emendationibusque notis Fellerianis additis procurante IOANNE GOTTLOB HORNIO, Hiſtorico Saxonico, *Nürnberg 1734. 8.* ANONYMI *Einleitung zur Hiſtorie des Chur-Fürſtenthums Sachſen*, *Francofurti & Lipſiæ 1714. 8.* cum figuris æneis edita, ob breuem exponendi rationem grata quidem erat, ſed multis erroribus obſita, quos ſuſtulit & suppleuit, additis quoque monimentis Hiſtoriæ Saxonicæ ſinceris vtiliorem fecit illuſtris vir ADAMVS FRIDERICVS GLAFEY præfixo titulo: *Kern der Geſchichte des hohen Chur- und Fürſtlichen Hauſes Sachſen*, *Lipſiæ 1721. 8.* & ex iterata editione ibid. 8. cui plura Pacta & documenta nobiliora acceſſerunt curatius etiam ordinata. Laudanda ob inſignem in colligendo diligentiam ANONYMI *Sachſiſche Merckwürdigkeiten*, *ſiue vollſtændige alte, mittlere und neue Hiſtorie von Sachſen und dem Durchl. Chur- und Fürſtlichen Hauſe ſo daſſelbe beherrſchet*, *Leipzig 1724. 4.* Ad exercendum ſtilum latinum, auditoribus Ludi Electoralis Miſnenſis a viro Rerum Saxonicarum perito IOANNE GEORGIO WILKIO, propoſitus fuit *Sæchſiſcher Nepos*, *Wittenberg 1682. 8.* qui & latine editus curante Filio *Georgio Lebrechto Wilckio*, *Lipſiæ 1700. 12.* Per modum rationemque *Calendarii* breuem rerum Saxonicarum expoſitionem dare aliquibus placuit. Sic ADAMVS REMPIVS Paſtor Grunſtedenſis compilauit *Calendarium Saxonicum*, *ſiue gedenckwürdige Hiſtorien des Chur- und Fürſtlichen Hauſes Sachſen*, *Erfurt 1587. 8.* atque WILHELMVS ERNESTVS TENZELIVS digeſſit *Chur und*

Fürſtlichen Sæchſiſchen Geſchichts-Calender der Chur- und Fürſten zu Sachſen Albertiniſcher Linie ab an. 1601. vsque 1697. Leipzig 1697. 8. nec non CHRISTIANVS IVNCKER *im Chur- und Fürſtlichen Sachſiſchen Geſchichts-Calender von 1400. - 1600. Schleuſingen 1697. 8.* huius commatis quoque eſt: ISRAELIS CLAVDERI *Hemerologium Saxonicum, des Durchl. Chur- und Fürſtlichen Hauſes Sächſen Geſchichte und Tage, Coburg 1683. 8.* Extat quoque breuis Hiſtoriæ Saxonicæ annotatio im *Staat von Chur-Sachſen,* qui auctore LVDOVICO HENRICO GVDIO, *Halæ 1706. 8.* prodiit. Hos omnes vincunt, ſed recentiores tantum res geſtas illuſtrant IOANNIS SEBASTIANI MÜLLERI *Sæchſiſche Annales Erneſtin-und Albertiniſcher Linie von anno 1400-* vsque *1700. Weimar 1700. f.* ex Archiuo optimisque ſubſidiis petiti, quibus neruoſo ſtilo Principum natales, coniugia, dies emortuales, pacta, teſtamenta, res regiminis, fœdera, cæremonias, & ſolennia deſcribit. Continuationem vtiliſſimi libri promiſit anno 1718. ampliſſimus KVNCKELIVS Sereniſſimo Duci Saxo-Gothano a ſecretis, quam expectamus. Vt Italis vernacula ſua res Saxonum innoteſcerent eorumque in gratiam qui linguam hanc in deliciis habent ſcripti *Ritratti Hiſtorici, Politici, Chronologici della Caſa Sereniſſima & Electorale di Saſſonia ſcritta* da GREGORIO LETI, *Amſterdam 1658. 4.* nouem Libris, in quibus vulgaria narrantur, illa meliora, quæ de Aula Ioannis Georgii III. Electoris, ac vrbe Dresdenſi obſeruauit auctor.

§. VII.

Sunt & Scriptores, qui dum *aliquot Electorum & Ducum Saxoniæ Vitas* compoſuerunt, vel ſingularia argumenta ad laudem Domus tractarunt

runt, ſubſidia ad vniuerſalem hiſtoriam Sereniſſimæ Familiæ & Prouinciarum præbuerunt, quem in cenſum refero CHRISTOPHORI SCHEVRLII, Orationem *in laudem Germaniæ & Ducum Saxoniæ*, habitam *Bononiæ 3. Nou. 1505. Lipſiæ 1508. 4.* editam, atque GEORGII WEINRICHII Orationem *de rebus præclare geſtis Ducum Saxoniæ a Friderico I.* cum MICHAELIS WIRTHII Oratione *de amplitudine Stirpis Wittikindeæ in multiplices propagines, Lipſiæ 1613. 4.* Huc referri non minus poſſunt qui in ſpecialibus tractationibus quasdam obſeruationes, omni hiſtoriæ inſeruituras, addidere. CHRISTIANVS nempe WEISIVS qui *Heroica Saxonum Symbola* exhibuit, *Zittauiæ 1679. f.* & GEORGIVS WEISIVS, cuius *Electorum Saxoniæ Lutheranorum Symbola heroica* extant, edita *Dresdæ 1692. 4.* Breuis duarum plagularum quidem ſed curioſus eſt libellus CHRISTIANI IVNCKERI, inſcriptus: *Anmerckungen von den Symbolis der Chur-Fürſten und Herzoge auch Chur-Fürſtinnen und Herzoginnen zu Sachſen, Eiſenach 1712. f.*

§. VIII.

Vitarum inſignium *Miſniæ, Thuringiæ & Saxoniæ regnatorum* ſingillatim, iuſtis ex fontibus cum cura ſcriptarum expoſitiones, multam omni Hiſtoriæ Saxoniæ lucem adfundunt. Harum quasdam commemorabimus. Pertinent huc omnino V. C. CHRISTIANI SCHOETTGENII *alteſte Iahr-Geſchichte des Landes Meiſſen nebſt Beſchreibung derer erſten Marggraffen bis auf Conrad den Groſſen* diligenti eruditaque commemoratione, quæ extant in *Nachleſe zur Ober-Sachſiſchen Hiſtorie* P. VI. p. 173. 268. & P. VII. p. 361. 377. De *Eccardo I. Miſniæ Marchione Ienæ MII. ſepulto*, erudita eſt

Diſſertatio CASPARIS SAGITTARII, *Ienæ* 1675. 4. *ibid.* 1721. 4. *Hiſtoriam Eccardi II. Marchionis Miſniæ* & in ea translationem Sedis Epiſcopalis Ciza-Numburgum idem CASPAR SAGITTARIVS docte complexus Diſſertatione *Ienæ* 1680. 4. quæ recuſa cum eiusdem *Hiſtoria Epiſcoporum Numburgenſium Ienæ* 1718. 4. vtramque dignam cenſuit *Ioa. Georgius Eccard* quam ſuæ *Hiſtoriæ Genealogicæ Principum Saxoniæ Superioris* adiiceret, a *p.* 190. ad *p.* 232. *Ottonis Miſniæ Marchionis & Fundatoris Veteris Cellæ Vita* per ANONYMVM Monachum *Cellenſem* ſcripta extat in KNAVTHII *Alt Celliſcher Chronick* P. VIII. *p.* 38. 52. Ex egregiis ſubſidiis deductus IOANNIS GOTTLOB HORNII *Princeps ex maioribus Sereniſſ. & Potentiſſ. Domus Saxonicæ glorioſiſſimus Henricus, cognomento Illuſtris, Francofurti & Lipſiæ* 1725. 4. quo egregio libro fata & geſta magni huius principis ex variis generis annalibus deſcripſit, tabulasque, partim nondum editas adiecit. Ex hisce chartis & diplomatibus, emendauit quasdam ex chartulariis tantum editas, qui autographa inſpicere potuit, præclarasque obſeruationes adiecit B. CHRISTIANVS SIGISMVNDVS LIEBE, in *Zufælliger Nachleſe zu Henrich des Erleuchteten Lebensbeſchreibung, Altenburg* 1731. 4. Ad *Alberti Degeneris* res erudite quædam obſeruauit V. C. HERMANNVS VLRICVS *von* LINGEN, *Kleiner Teutſcher Schrifften P. I. p.* 103. 192. vbi de ipſius Natiuitate, Coniugiis & Liberis Annotatio. Ad ſcribendam *Friderici Seueri* hiſtoriam facere poteſt IOANNIS GEORGII BÜCHNERS *gründliche Vorſtellung von Marggraf Friedrich des Strengen zu Meiſſen, wieder Herr Heinrich Vogten von Plauen a.* 1354. *und folgends unternommenen Heerzuge ins Vogtland*, quæ in HORNII *Bibliotheca Hiſtorica Saxonica* P. V. *p.* 478.

p. 478. 491. extat. Memoriam rerum fortiter geſtarum *Friderici Admorſi* plures poſteritati conſeruarunt in primis autem, qui & alia hiſtoriæ Saxonicæ capita attigit IOANNES GARZO Bononienſis, profeſſione Medicus, cuius *de rebus Saxoniæ, Thuringiæ, Libonotriæ, Miſniæ & Luſatiæ Libri* Duo, ex quibus *ſecundus* maxime huc facit editi *Baſileæ 1541. 8. 4.* inſerti poſtea collectioni, quæ inſcripta: *Opus Hiſtoriarum* & edita *Baſileæ 1541. 8. p. 29-100.* adiecti porro REINECCII *Hiſtoriæ Viperti Groizenſis, Francof. ad M. 1580. f.* atque edita cum notis *W. E. Tenzelii* habentur in *Hoffmanni Script. Rer. Luſat.* T. I. in Introduct. p. 9-19. & *p. 29. 54.* & in *Menckenii Script. Rer. Germ.* Tom. II. *p. 999-1056. Germanice* verſi ab *Henrico* de *Lindenau* prodierunt ſub titulo: *Chronica Friderici I. Landgrafen in Thüringen durch Iohann Gerſon, Noribergæ 1546. 4.* recuſi cura *R. Reineccii* cum *Viperti* Hiſtoria, *Islebiæ 1584. 4.* inſerti quoque HAHNII *Hiſtoria Martisburgenſi* p. 345.-412. Elegans & plane hiſtorica eſt PHILIPPI MELANCHTHONIS *Oratio de Friderico Landgrauio Thuringiæ & Marchione Miſniæ, cuius fuit a matre admorſa gena,* recitata a *Caſpare Peucero* & edita *Witteberga 1554. & 1624. 8.* extat quoque inter auctoris *Declamationes* T. III. *p. 125-140.* & in *Menckenii* Script. Rer. Germ. T. II. p. 1057. 1066. cum Notis *W. E. Tenzelii. Germanice* verſa a *Georgio Lauterbeck* eſt producta *Francof. 1565. 8.* Sed huius narrationes vincit longe, vtpote qui quæ exponit, optimis monimentis chartis & Diplomatibus probans WILHELMVS ERNESTVS TENZELIVS, in nobiliſſimis commentariis, quos prelo paratos ipſe edere haut potuit, quorum titulus: *Fridericus fortis rediuiuus, ſeu vita & fata Friderici fortis, ſeu admorſi* &c. qui cura B. *Menckenii* in lucem editi,

extant ipſius *in Scriptoribus Rer. Germ.* T. II. *p. 885-998.* De *Coniugibus* huius *Friderici admorſi* eiusque patris *Alberti Degeneris* edita Commentatio IO. IOACH. MÜLLERI in *entdeckten Staats-Cabinets III. Oeffnung* Cap. VI. p. 206. 220. Commemorabilis maxime in Hiſtoria Saxonica eſt FRIDERICVS *Bellicoſus* ex gente Landgrauiorum Thuringiæ & Marchionum Miſniæ Elector Saxoniæ & Archi Mareſchallus, de cuius rebus breviter quædam annotauit GEORGIVS SPALATINVS, quæ collectanea proſtant inter *Scriptores Sax. Menckenianos T. II. p. 1067. 1078.* Copioſe vero & exacte & vitæ omnis fata, & adquiſitum Electorale decus & regiminis memorabilia, ſimul vero ſingularia multa hiſtoriam omnis Germaniæ huius æui illuſtrantia, egregio plane opere deſcripſit IOANNES GOTTLOB HORNIVS in *Lebens-und Helden-Geſchichten Herrn Friderichs des Streitbaren Landgrafens in Thüringen und Marggravens zu Meiſſen, ſeines Stamms erſten Churfürſtens zu Sachſen, Leipzig 1733. 4.* additis multis eximii vſus chartis & diplomatibus. Minoribus non minus commentationibus ſingularia quædam huius bellicoſi *Friderici* a doctis viris annotata. IOANNIS enim GEORGII HAHN extat *Electoratus Friderici Bellicoſi*, Diſſertatione propoſitus *Lipſiæ 1678. 4.* & quæ argumentum hoc curatius tractat ſub Præſidio B. IOA. BVRCARDI MENCKENII habita alia Diſquiſitio, de *Electoratu Saxoniæ Friderico Bellicoſo iure meritoque collato*, cuius auctor Dn. IOANNES GEORGIVS *de* PONICKAV, *Lipſiæ 1709. 4.* Extat porro idem *Fridericus Bellicoſus Academiæ Lipſienſis fundator hiſtorice deſcriptus*, auctore CHRISTIANO HVBNERO, *Halæ 1709. 4.* Breui ſcriptiuncula expoſuit PAVLVS MATTHIAS SAGITTARIVS *de loco ſepulchrali Friderici Bellicoſi, Altenburgi 1673. 4.*

§. X.

§. X.

De vita *Friderici II. Placidi* dicti GEORGIVS SPALATINVS quædam compilauit, edita in Tomo II. *Menckeniano* S. R. S. p. 1086-1091. Quumque originem ſuam hodierna Saxoniæ Domus habeat ex feliciſſimo *Friderici Placidi*, Saxoniæ Electoris cum *Margaretha Auſtriaca* matrimonio, ex qua non ipſa ſolum propagata, ſed etiam Brandenburgica, Brunſuicenſis, Haſſiaca, Lauenburgica & Holſatica, immo hodierna ſtirps Cæſarea cum regiis Hiſpaniæ, Portugalliæ, Daniæ & Sueciæ, commonſtrauit hæc non ſolum, ſed etiam verum Margarethæ diem emortualem indicauit, atque plagium *Kauffungianum* aſſeruit WILHELMVS ERNESTVS TENZELIVS libello inſcripto: *Frauen Margarethen, Chur-Fürſtin zu Sachſen, gebohrner Ertz-Hertzogin zu Oeſterreich wahrhafftigen Todes-Tag, Gotha 1700. 12.* De eadem *Margaretha Auſtriaca Friderici II.* vxore breuiter quidem ſed erudite egit CHRIST. GOTTH. WILISCHIVS, *Lipſiæ 1719. 4.* De *Plagio Kauffungano* Filiorum principum iuuentutis *Erneſti & Alberti* ſeges libellorum, e quibus notandos cenſeo: CASPARIS EBERHARDS *Sermon von Sæchſiſchen Prinzen-Raub, Altenburg 1609. 4.* De eodem habemus CONRADI OBERNDORFFERI Orationem *de abductis ex arce Altenburgenſi duobus Principibus, Wittebergæ 1575. 8.* His præſtant ADAMI RECHENBERGII Diſſertatio *de Raptu Erneſti & Alberti, Lipſiæ 1691. 4.* & in Volumine II. Diſſert. iunctim editarum p. 328. atque binæ eædemque doctæ Diſſertationes PETRI KVNZII inſcriptæ: *Conradus Kauffungus vulgo Kunz von Kauffungen Raptor Principum*, quam Præſide HENRICO LEONHARDO

SCHVRZ-

SCHVRZFLEISCHIO, *Witteberga* 1712. 4. edidit, & altera ſub titulo: *Conradus Kauffungus eiusdemque ſocii ad ſupplicia tracti* ibid. 1712. 4. vtraque recuſa *VVitteb.* 1717. 4. iungendum ipſius Opuſculum: De *Veſtium ſuſpenſione in templis*, *Ienae* 4. nam veſtes liberatorum e manibus raptoris Principum in memoriam facinoris ſuſpenſae in templo Grunhainenſi. Taceo opuſcula alia, oratione verſa, ſcripta. De *Vita Sigismundi & VVilhelmi fratrum Friderici II. Placidi* expoſitio breuis extat in *Menckenii* S. R. S. T. II. p. 1078. 1086.

§. XI.

Erneſti Saxoniae Electoris ſatoris *Erneſtinae*, hodie *Ducalis Saxonicae* Proſapiae res indicantur in GEORGII SPALATINI *Saechſiſchen Hiſtorie von Chur - Fürſt Ernſten an bis auf Chur - Fürſt Iohannſen Tod*, in qua narratione Erneſti familia inprimis deſcribitur, edidit eam lingua vernacula qua ſcripta eſt B. B. G. STRVVIVS in *Hiſtoriſch-Politiſchen Archiuo P. III. p.* 1.-200. verſam vero in latinum MENCKENIVS *S. R. S.* T. II. *p.* 1091.-1103. De *Erneſti* huius *Principis Sax. Elect. virtutibus*, breui duarum pagellarum libello commentatus CHRISTIANVS HENRICVS WEISIVS, *Altenburgi* 1727. *f.* Erudita eſt obſeruatio de *Chriſtina Erneſti* filia primogenita nupta *Ioanni* Regi *Daniae* in ampliſſimi *de* LINGEN *kleinen Teutſchen Schrifften*, *P. I. p.* 193.-251. Aeterna memoria dignus *Fridericus III.* Sapiens El. Sax. cuius virtutes celebrauit veriſſimo ſtilo PHILIPPVS MELANCHTHON *Oratione dicta in funere Friderici Saxoniae Ducis*, quae iam extat in viri *Declamationibus* T. II. p. 573.-588. atque in BARTHOLOMAEI CHRISTIANI RICHARDI *Vitis aliquot Principum Ienae* 1706. 8. editis *p.* 26. 47.

nec

nec non in SCHARDII *Orationibus in exequiis Principum p. 140.-156.* & HAVSENII *Buſtis Electorum Saxon. p. 35. 45.* Alia eodem ſcripto de *Friderico Duce Saxoniæ Electore* extat *Oratio*, quam, vti tum in Academia Vitembergenſi moris erat, recitauit *Ioa. Trutenbul* ICtus, quæ ſingillatim edita *Vitemb. 1551. 8.* & inter *Melanchthonianas Declamat. T. III. p. 85.-109.* Culto ſtilo ſcripta & plena memorabilium ſunt IOANNIS ROSINI *exempla Pietatis illuſtris, ſeu Vitæ Friderici III. Iohannis & Iohannis Friderici Electorum Saxoniæ, Ienæ 1596. 4.* recuſæ *ibid. 1602.* hodie non vbiuis obuiæ. CONRADI SAMVELIS SCHVRZFLEISCHII *Fridericus III. Sapiens Elector Saxoniæ, VVitteb. 1683.* & in *Vol. Diſſ. Hiſtor. Pol. n. 31.* non tam hiſtorice quam potius politice eſt deſcriptus. Præclara eſt viri ſumme venerabilis VALENTINI ERNESTI LOESCHERI *Defenſio Friderici Sapientis Sax. Elect. contra recentes Pallauicini, Varillaſii, aliorumque calumnias, ſacra non ex profanis rationibus mutantis, VVitteb. 1697. 4.* De fauore, quem bonis præſtitit literis extat HERMANNI BECKERI Diſſ. *de Friderico III. Sapiente Electore Saxoniæ & Academiæ VVittebergenſis fundatore, VVittebergæ 1702. 4.* & CHRISTIANVS GOTTLIEB BVDER *de Friderico III. Sapiente Electore Saxoniæ hiſtoriarum patrono & propagatore*, programmate *Ienæ 1731. 4.* edito, breuiter egit. Fratris huius IOANNIS *Conſtantis vita* ſcriptore GEORGIO SPALATINO edita germanice in *Struuii Hiſtor. Polit. Archiv P. III. p. 45-200.* latine in *Menckenii Script. Rer. Sax.* T. II. p. 1103.-1150. Binæ de eodem extant PHILIPPI MELANCHTHONIS Orationes culte exaratæ, quarum vna in funere Electoris pronunciata extat in *Declamat.* T. II. p. 589-595. & in *Schardii* Sylloge *Orat. Funebr. p. 158.* atque

atque in *Hauſens Buſtis Elect. Sax. p. 95-98.* altera de *illuſtriſſimo & optimo Principe Duce Sax. Elect. Iohanne* recitata a D. *Laurentio Lindemanno, VVitteb. 1550. 4.* & in *Declamat.* T. III. *p. 110-124.* RICHARDI *Vitis aliquot Principum p. 47-61.* SCHARDII Orat. F. p. 151-157. Plenior & multo ſtudio conquiſita eleganterque ſcripta DANIELIS FRIDERICI IANI *Auguſta Memoria Iohannis Ducis & Electoris Saxoniae, Lipſiae 1730. 8.* anno ſeculari ſecundo editae Confeſſionis Auguſtanae inſtaurata. Calumnias quorundam aſſerentium religioſiſſimum Electorem in extremis vitae deſeruiſſe ſacra Proteſtantium refutarunt HIERONYMVS BRÜCKNERVS in *Gründlicher Vorſtellung von Iohannis Conſtantis Electoris Saxoniae Evangeliſchen Tode, Ienae 1679. 4.* cui ſolidae ſcriptioni ſucceſſit: *VViederholte gründliche Vorſtellung, Meiningen 1681. 4.* Idem argumentum tractarunt ABRAHAMVS CALOVIVS *Diſcuſſione mendaciſſimae relationis de literis D. Iohannis El. Sax. ad Duces Bauaricos de morte & teſtamento & vltimae voluntatis eius declaratione de exterminandis Lutheranis & ad Romanam Religionem & Eccleſiam reducenda Saxonia effictis, VVittebergae 1643. 4.* atque V. C. MARTINVS SCHMEIZELIVS Diſſertatione: *An Iohannes Elector Saxoniae cognomento Conſtans ante obitum relicto Lutheranorum coetu in caſtra Pontificiorum tranſierit, Ienae 1718. 4.* Pii ſed infelicis Electoris *Ioannis Friderici* res & fata aduerſa, atque ſumma inter haec conſtantia egregie expoſita Praeſide CASPARO SAGITTARIO nobili Diſſertatione, cuius index: *Hiſtoria Iohannis Friderici El. Sax.* auctore docto Reſpondente IOANNE FRIDERICI Sacrorum poſt Tautenburgenſium Antiſtite, *Ienae 1678. 4. Halae 1715. 4.* Singularia de eo obſeruauit, cum cautione tamen legenda MATTH.

RAZZEN-

RAZZENBERGIVS Archiater Electoralis in ſua *Hiſtoria Arcana, oder geheimen Verzeichniſſe von M. Luthero, Philippo Melanchthone, item von denen dreyen Chur-Fürſten zu Sachſen Iohanne Friderico, Mauritio und Auguſto* 1571. quæ inſerta ARNOLDI *Kirchen-und Kezer-Hiſtorie T. IV. p. 88. 96.* atque *Deutſchen Hælliſchen Anmerckungen*, adpoſitis IOANNIS GODOFREDI ZEIDLERI *Annotationibus T. II. Obſeru. XII.* THOMAE STYBARI *Leben Herzog Iohann Fridrichs, Lipſiæ 1602. 8.* Carmine laudes magnanimi Principis celebrauit IOANNES FORSTERVS, Rector Scholæ Schneebergenſis *Ioanni-Fridericidos* Libris Quinque, *Lipſiæ 1602. 8.* De placida morte extant IOANNIS STIGELII, NICOLAI AMSDORFFII Narrationes ſingillatim editæ, inſertæ quoque FRIDERICI HORTLEDERI *Belli Smalkaldici Actis* T. II. L. III. c. 91. *p. 789. 791. & c. 90. p. 767. 775.* NICOLAI REVSNERI vero *Parentalia Iohanni Friderico Electori Sax. eiusque filio Iohanni VVilhelmo Ienæ habita* leguntur quoque in HAVSENS *Buſtis Elect. Sax. p. 195.-233.* De *Principe* vero *Sibylla coniuge Iohannis Friderici Sax. Elect.* extat elegans PHILIPPI MELANCHTHONIS Oratio recitata a *Ioanne Forſtero*, & edita *VVitteb. 1554. 8.* inſerta quoque *Declamat. T. III.* p. 141. 160. & SCHARDII *Oratt. Funeb. p. 169.* Ad Belli, ſocio *Philippo* Haſſiæ Landgrauio cum Henrico Duce Brunſuicenſi geſti, ſeriem faciunt *Acta* apud HORTLEDERVM de *Cauſſis Belli Germ. T. I. L. IV. p. 1. 1060.* adde quoque ex Sylloges huius noua *Gothana* Editione *L. IV. c. XL. LVI. LVIII.* Extat quoque *Commemoratio cauſarum ſuſceptæ iuſtæ & neceſſariæ defenſionis ab illuſtr. Principibus Iohanne Friderico Duce Sax. Elect. & Philippo Landgrauio Haſſiæ 1542. 4.* in SCHARDII *Script. Rer. Germ. T. II. p. 407. 415.* Scripto-

ptores vero Belli *Smalkaldici* iam ſupra Cap. XVI. §. LXXIV. ex parte ſunt recenſiti. De Filii *Iohannis Friderici II.* quem medium appellant meditato coniugio cum ArchiDuce *Auſtriæ* legenda Obſervatio in MÜLLERI *Staats-Cabinets III. Oeffn. p.* 54. 135. Motuum a *Grumbachio* excitatorum Acta & libelli ſigillatim editi, iunctim imprimi cœpta, vt facerent Tomum III. Actorum *Hortlederi*, in cuius T. II. quædam ſcripta circa horum tumultuum initia edita, proſtant, ſed iuſſu Aulæ cuiusdam Saxonicæ ſuppreſſa ſunt, plurima parte iam formis excuſa, horum libellorum titulos diligenter recenſitos lege in *Bibl. Sax. Kreyſsigiana p. 101.* triſtis euentus vero eorum patet ex: *Hiſtorica Deſcriptione ſuſceptæ a Cæſarea Maieſtate executionis contra Sacri Romani Imperii rebelles, eorumque receptatorem, & captæ Vrbis Gothæ, ſoloque æquati Caſtri Grimmenſtein an. 1567. 13. Apr.* auctore HVBERTO LANGVETO Auguſto Electori a legationibus, qui tamen nomen ſuum non indicauit. Expreſſus typis eſt libellus *1568. 4. 1568. 8. 1569. 4.* extat quoque in SCHARDII T. IV. *p. 34. 40.* & in TENZELII *Suppl. Hiſtor. Gothan.* p. 808.-835. *germanice* verſus prodiit itidem *1568. 4. & gallice 1570. 8.* Fratris prudentiſſimi Principis & Satoris hodiernæ Celſiſſimæ Ducum Saxoniæ Proſapiæ *Iohannis VVilhelmi* vitæ memorabilibus deſcribendis inſeruire poſſunt: *Nachricht von Herzog Iohann Wilhelms zu Sachſen Heuraths Werbung an die Kœnigin Eliſabeth in Engelland,* de quo agebatur an. 1559. extat in *Actis Eruditor. Lipſ. germanicis P. XVII. p. 369-383.* IVSTI LIPSII Profeſſoris tum in Academia Ienenſi *Oratio in funere Ioannis Guilielmi Ducis Sax. 1573. Ienæ habita, ibidem 1577. 8. & 1601. 4.* edita, habet quædam hiſtorici argumenti. Præſtantior tamen quod ad narratio-

rationem rerum TILEMANNI HESHVSII *Oratio funebris de vita, gubernatione, & felici obitu Iohannis Wilhelmi Ducis Sax.* habita in Academia Ienenſi 1573. & excuſa in *Regiomonte Boruſſiæ* 4. ſine temporis annotatione. *Ioannis Guilielmi* Fratris *Iohannis Friderici III.* Vitæ ratio breuiter expoſita in IOHANNIS ROSAE *Oratione de funere* IOHANNIS FRIDERICI *III. Ducis Sax. Erfurti 1586. 8.* atque in SCHARDII *Oratt. p. 315-328.* *Altenburgenſis* Lineæ conditor erat *Fridericus Guilielmus* Electoratus Saxonici per tempus Adminiſtrator. Ad hiſtoriam huius Tutelæ & Adminiſtrationis Electoratus facit *Obſeruatio* quæ extat in MÜLLERI *Entdeckten Staats-Cabinets VII. Oeffn.* c. VII. p. 308.-313. Variæ Profeſſorum Ienenſium Orationes, in quibus de rebus Principis quædam commemorantur extant in Sylloge, quæ inſcribitur *Exequiæ Chriſtianæ*, edita *Ienæ 1603. 4.* Alterius *Friderici VVilhelmi II.* Ducis Saxo Altenburgici *Vita* extat in Collectione inſcripta: *Leichen-Acta Herzog Friderich Wilhelms zu Sachſen, Altenburg 1671. f.* Frater *Friderici Wilhelmi I.* Altenburgici erat *Iohannes* conditor Lineæ *Vinarienſis*, cuius vitæ memoranda exſculpenda ex Orationibus funebribus, quales *Orationes VII. de Vita & obitu Iohannis Ducis Saxo-Vinarienſis an. 1605. defuncti*, edidit WOLFFGANGVS HEIDERVS *Ienæ 1606. & 161. 4.* & in Viri orationibus iunctim editis T. I. p. 64. 466. Vxoris piiſſimæ prudentiſſimæque laudes idem HEIDERVS celebrauit Oratione de *Dorothea Maria Duce Sax. Principe Anhaldina & Ducis Iohannis Saxo-Wimarienſis coniuge*, quæ in eius *Orationibus* extat *T. I. p. 466.-515.* Horum filius primogenitus erat *Iohannes Erneſtus* & itineribus & actionibus bellicis inclitus. De *Itineribus* prudenter ſuſceptis curioſe narrat IOANNES WILHELMVS NEV-

MAIR de *Ramſla* in *Herzog Iohann Ernſt zu Sachſen Weimar des Iüngern Reiſe in Franckreich, Engelland und Niederland Lipſiæ 1620. 4.* & recuſa Ienæ 1737. 8. oratione verſa ſcriptus THOMAE SAGITTARII *Vlyſſes Saxonicus, ſeu Iter per Europam Ioannis Erneſti Ducis Saxoniæ anno 1613. factum, Vratislauiæ 1602. 4.* Huius fratris memoriam breui quidem ſed inſigni libello celebrauit FRIDERICVS HORTLEDER, qui edidit: *Supremos honores quibus Principis Friderici Senioris Ducis Saxo-Vinarienſis funus comitabatur, Ienæ 1643 4. Wilhelmi IV.* conditoris Lineæ *Vinarienſis* ſpecialis vita & res geſtæ ſane inſignes leguntur additæ *dem Chriſt-Fürſtlichen Trauer-Gedæchtniß*, quod edi curarunt Liberi, *Vinariæ 1665. f.* ex eorundem Fratrum Ducum *Vinarienſium*, Filiorum *Ioannis* numero erat *Fridericus Guilielmus*, cuius virtutes laudauit binis Orationibus WOLFFGANGVS HEIDERVS, quæ extant *Orationum T. I. p. 516-591.* Eminebat hos inter fratres bellicorum geſtorum gloria *Bernhardus* cognomine *Magnus*. Cuius laudes leguntur in: IOHANNIS FREINSHEMII *Teutſcher Tugend Spiegel oder Geſang von dem Stamm und Thaten des alten und neuen Teutſchen Herculis an dem Durchl. Fürſten Herr Bernharden Herzog zu Sachſen, Strasburg 1634. f.* Breuem illuſtrium geſtorum ſeriem enarrat *Chriſt- und Fürſtlicher Lebenslauff Herzog Bernhards zu Sachſen*, inter funebres honores prælectus in Saxonia Ducali & formis impreſſus 4. Actiones bellicas vulgari enarrandi ratione expoſuerunt MATTH. LVNGWITIVS in *Helden Thaten Herzog Bernhards zu Sachſen Weimar, Lipſiæ 1634. 4.* opuſculo ex publicis rerum nouarum expoſitionibus conſarcinato. Summa capita geſtorum exponit: GEORGII ENGELSÜSS, *Weimariſcher Feldzug, Franckfurt am M. 1648.*

1648. 8. ſed præſtat legiſſe PVFENDORFIANOS de *rebus Suecicis Commentarios*, quibus etiam Herois Saxonici res culte enarrantur. Diſſertatione academica de vita rebusque eius expoſuit IOHANNES CHR. LINCK, cuius *Bernhardus Magnus* editus *Ienæ 1672. 4.* Singularia ex epiſtolis ad laudatiſſimum Principem, a *Ferdinando III.* Imp. *Chriſtina* Sueciæ Regina, aliisque eminentiſſimæ dignitatis viris, ſcriptis, quæ in Bibliotheca Gothana adſeruantur, librisque præſtantiſſimis decerpta produxit Vir ſummus ERNESTVS SALAMO CYPRIANVS ſub titulo: *Aduerſaria hiſtorica, quibus Bernhardi Magni Ducis Sax. Vinar. Vita & Germanici Suecorum belli funeſtiſſima Periodus illuſtrantur, Gothæ 1729. f.* De Morte, veneno procurata extant *Narrationes* cum in LONDORPII *Actor. Publ. T. IV. p. 702.* tum in STRVVII *Hiſtoriſch-Politiſchen Archiv P. II. p. 215-221.* Fratris *Erneſti*, pietate & ſapientia eminentiſſimi Principis breuis rerum laudatiſſime geſtarum expoſitio legitur in *Chriſt-Fürſtlichen Lebens-Lauff des Durchl. Fürſten und Herrn Herrn Ernſtens des III. Herzogs zu Sachſen, Gothæ 1676. f.* ab aliquo adminiſtrorum curate ſcripta. Addita quoque vitæ & regiminis commemoratio, *der Wohlverdienten Ehren Saeule des Durchl. Fürſten und Herrn Ernſten &c. aufgerichtet zum Friedenſtein Gothæ 1678. f. mai.* cum figuris æneis, quibus pompa funebris expreſſa. Eleganter exarata ELIAE MARTINI EYRINGII *Vita Erneſti Pii Ducis Saxoniæ, Lipſiæ 1710. 8.* quam amplis acceſſionibus adiectisque *Vitis Filiorum*, piiſſimi Ducis, auctam B. Auctor reliquit in manibus doctiſſimi filii, a quo editionem expectamus. Ex hoc compilata: *La Vie d'Erneſt le Pieux Duc de Saxe par* ANTOINE TEISSIER, *Berlin 1707. 12.* Stilo graui & prag-

matico ſcripta ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI *Conſecratio Erneſti Pii Saxoniæ Ducis, Gothæ 1729. f.* Nepotis laudatiſſimi *Friderici II.* Muſarum Patroni *Vita* addita *Iuſtis Funebribus Gothæ fol. mai.* ſplendide editis. *Iohannis Wilhelmi* Iſenacenſis e Linea Vinarienſis Ducis *Chriſt-Fürſtlicher Lebens-Lauff*, prodiit *Eiſenach 1729. f.*

§. XII.

Albertinæ Lineæ hodie a temporibus *Mauritii* Electoris Principum res geſtæ a pluribus literarum monimentis conſignatæ. *Alberti Animoſi* magni Herois Iter in Palæſtinam deſcripſit qui comes Principi erat HANNS *von* MERGENTHAL in *gründlich und wahrhafftiger Beſchreibung der lœblichen und ritterlichen Reiſe und Meerfart &c. Herrn Albrechten*, edita *Lipſiæ 1586. 4.* quod rythmis germanicis complexum exhibuit IOANNES STEVERLEIN, Prætor Meinungenſis, *Ienæ 1611. 4.* eadem vernacula lingua alia de eodem itinere narratio, inſcripta: *Peregrinatio, ſeu Paſſagium ad Terram Sanctam Principis Alberti Ducis Sax.* proſtat in MENCKENII *S. R. S.* T. II. p. 2103. 2112. vbi & legitur, *p. 2113.-2123.* IOHANN RATHALTERS Ducis & poſtea Cæſaris Conſiliarii *Verzeichnis was vor Dienſt Herzog Albrecht zu Sachſen dem Hauſe Burgund als Stadthalter-General in Brabant gethan.* Carmine latino celebrauit virtutes & geſta CONRADVS ex *Fagis* dictus WIMPINA in *Illuſtriſſimi famaque ſuper ethera noti Principis & Domini, Domini Alberti Saxoniæ Ducis &c. bellorum illuſtriumque actorum epithoma*, edita primum *Lyptzick 1497. 4.* recuſa ſtudio CHRISTIANI GOTTH. WILISCHII cum præmiſſa *Wimpinæ* Vita & adiectis Epigrammatibus, VITIque ORTELII *Oratione*, *Altenburgi 1725. 8.* Edita hæc *Orteliana* de *Alberto D. S.* Oratio

Oratio erat *Wittebergæ 1567. 8.* extat quoque in iunctim editis *Orationibus Acad. Witteb. T. VI. Y. 3. b. ſeq.* & in HAVSENII *Buſtis Elect. Sax. p. 243.-251.* vbi & p. 225.-242. reperitur: *Erzeblung vom Leben und Sterben Herrn Albrechts Herzogs zu Sachſen* Nec eſt heic omittenda GEORGII SPALATINI *Diſſertatio genealogico-hiſtorica de Alberti Saxonis Albertinæ familiæ conditoris Liberis*, quam edidit MENCKENIVS *S. R. S.* T. II. *p. 2124. 2174.* Præcipua autem eſt MICHAELIS BOIEMI Rectoris Torgauienſis *Alberti Animoſi Vita*, *Lipſiæ 1586. 4.* edita, quam ornant inſigniter C. S. SCHVRZFLEISCHII *Annotationes* editæ cum *Boiemo Wittebergæ 1676. & 1698. 4.* atque in Diſſert. Vol. n. 29. De meritis ipſius ſummis in Domum Auſtriacam quædam obſeruauit erudite V. C. IOANNES ZACHARIAS HARTMANN edita Diſſertatione, hoc elogio: *Albertus Animoſus Dux Sax. fidelitatis in Domum Auguſtam & Imperium exemplar*, *Kilonii 1726. 4.* adiecit tabulam æneam monimentum ipſius Embdæ in Friſia poſitum, repræſentans. Filiorum primogenitus atque ſucceſſor in Principatu erat *Georgius Barbatus*, qui primum bella paterna inter Friſios perſecutus, de quibus narrat breue ſcriptum: *Frieſslændiſcher Krieg Georgens Herzogen zu Sachſen 1514. 4.* cui iungendum aliud: *Eroberung der Stadt Tham in Frieſsland*, item: *Wie der Sturm zu Tham in Frieſsland ergangen. 4.* Alias extant: *Lebens-Geſchichte Herzog Georgens zu Sachſen* in HAVSENII *Buſtis Elector. Sax. p. 254. & 272.* & GEORGII ARNOLDI *Hiſtoria Georgii Ducis Saxon.* Diſſertatione academica *Gieſſæ 1697. 4.* expoſita. Fratris huius *Henrici Pii* primum paragiati, poſt fratris obitum vero regnantis vitæ cum primis priuatæ rationes & ingenium libere deſcripſit qui ipſi a ſecretis erat BERNHARD FREYDIGER *in*

kurzer Verzeichnis etliches Thuns Herzog Henrichs zu Sachſen, ſonderlich aber, wie dieſe Lande nach H. Georgens Tode an ihn kommen, und was ſich ſonſt merckwürdiges mit ſeiner Regierung begeben, quæ primum edita ab *Anonymo in der Einleitung zur Hiſtorie des Chur-Fürſtenthums Sachſen p. 145. 170.* repetita in ill. GLAFEY *Kern der Sächſiſchen Hiſtorie p. 160.* quæ in hac narratione deſiderantur repetenda ex *Erzehlung der Lebens-Geſchichte Herrn Henrichs Herzogs zu Sachſen* in HAVSENS *Buſtis Elect. Sax. p. 281.-296.* & erudita GOTTLIBI WERNSDORFFII Diſſertatione de *Henrico Pio Saxoniæ Duce & Miſniæ Marchione, Witteb. 1694. 1720. & 1730. 4. Mauritii* F. Ducis & Electoris res pace & bello geſtæ plures accepere ſcriptores. Primum hos inter locum meretur GEORGII ARNOLDI Cancellarii Epiſcopatus Numburgenſis *Vita Mauritii Electoris Saxoniæ*, quam *germanice* verſam a *Dauide Schirmero* Bibliothecario Electorali, edidit primus IMMANVEL WEBER *Gieſſæ & Francofurti 1719. 8.* latino vero ſermone, quo auctor ſcripſit MENCKENIVS *Scriptor. Rer. Germ.* T. II. p. 1151.-1256. Eandem *Mauritii Vitam, græce & latine* breuiſſime deſcripſit SIMON STENIVS, quæ *Heidelbergæ* primum *1593. 4.* excuſa, & inſerta FREHERI *Script. Rer. Germ. T. III. p. 447. 459. germanice* verſa per *Henr. Rætel, Fſti ad Od. 1594. 8.* Celebrata quoque memoria fortiſſimi Principis variorum *Orationibus*, quarum tamen quasdam ſaltim adnotabimus. Eminent præ multis IOACHIMI CAMERARII viri & prudentisſimi & Rerum Germanicarum ac Saxonicarum eius æui peritiſſimi *X. Orationes* de *Vita Mauritii*, editæ iunctim *Lipſiæ 1569. 8.* atque *Tomo II. S. R. S.* MENCKENIANO, atque ex parte inter SCHARDII *Oratt. Funebr.* T. II. p. 182. 302. & GEORGII

GII BERSMANNI *Orationes duæ*, quarum altera 1561. verſu, quæ edita *Lipſiæ 1561. 4.* & in SCHARDII *Oratt. T. II. p. 261 276.* altera proſa ſcripta eſt & edita *Lipſiæ 1575. 8.* addo IACOBI THOMASII Orationem anniuerſariam *de Mauritio El. Sax. Lipſiæ 1651.* in doctiſſimi Viri *Orationibus.* De geſtis in *Bellis Smalkaldico*, adquiſitione Electoratus & expeditione adverſus Carolum V. Imp. ſuſcepta iam Cap. XVI. §. LXXXIV. p. 947. monimenta hiſtorica ſunt indicata, quibus hic addo NICOLAI MAMERANI, fecialis, libellum inſcriptum: *Inueſtitura Regalium Mauritii* in 8. ſingillatim editum & illatum *Tomo II. Scr. R. Ger. Schardiano p. 508.-518.* germanice vero extat in *Einleitung zu der Hiſt. von Sachſen p. 215-229.* & de eadem inueſtitura prodiit eo tempore: *Kurtzer Bericht, Lipſiæ 1548. 4. Gœrlizii 1548. 4.* illatus *Actis Hortlederianis* T. II. L. III. c. LXXXV. *p. 659-702. Fœdus* cum *Henrico II.* Galliarum Rege illuſtrant: *Epiſtolæ arcanæ XXXIII. pleræque gallico idiomate ab Henrico II. Galliæ rege ad miniſtros & amicos ſuos, & ab his viciſſim ad Regem annis 1549. & 1553. datæ, quæ fœdus Mauritii Elector. Sax. cum Gallis, eiusdemque mortem &c. concernunt,* in lucem editæ a MENCKENIO *S. R. S. T. II. p. 1391.-1446.* De pugna *Sieuershuſana*, in qua lethaliter fauciatus *Mauritius* & præmatura *Morte* diuerſæ proſtant *Narrationes* in HORTLEDERI T. II. *L. VI. c. VII. p. 1124. ſeq. & Cap. VIII. p. 1126. 29.* c. IX. *p. 1130. 1134.* & in SCHARDII *S. R. G. T. II. p. 559. 568. Mauritii Electoris Saxoniæ Epitaphium* lege in STRVVII *Actis liter. T II. Faſc. 3. p. 271. 279. Auguſti* Sapientis virtutes multorum orationibus laudatæ, quas omnes recenſere non eſt noſtri inſtituti. FRIDERICVS GOTTH. GOTTERVS breuiter complexus quæ colligere tum potuit forma academicæ diſſertationis, inſcripta: *Hiſtoria Saxoniæ*

tempore Auguſti Elect. Sax. Ienæ 1697. & 1708. 4. Plura diſcas ad prudentiſſimum regimen Electoris pernoſcendum ex HVBERTI LANGVETI Burgundi, qui Electori erat a Legationibus, *Epiſtolis Secretis ad Auguſtum Electorem Saxoniæ* quas ex Archiuo quodam Saxonico edidit IOANNES PETRVS LVDEWIG *Halæ 1699. 4.* Electoris vero varias Epiſtolas ad Impp. Reges & Principes ſcriptas exhibent DAVIDIS PEIFERI *Epiſtolæ* ſtatum & Eccleſiæ & Reipublicæ ſub Auguſto Electore Saxoniæ egregie illuſtrantes, quæ præmiſſa Præfatione *Io. Fr. Buddei* editæ, cura *Frid. Gotth. Gotteri, Ienæ 1708. 8.* Inſunt & præclaræ obſeruationes in MELCHIORIS *ab* OSSA *Teſtament gegen Auguſto Chur-Fürſten zu Sachſen*, quod cum fructuoſis annotationibus, quibus hiſtoria Saxonica huius æui illuſtratur edidit CHRISTIANVS THOMASIVS, *Halæ 1717. 4.* Breuis rerum publice alias notarum enarratio exhibetur in: *Chur-fürſt Auguſti Leben und Tod*, quæ in *Hauſeni Buſtis Elect. Sax.* p. 607 625. extat. Orationes in laudem optimi Principis & funebres longa ſerie diligenterque in dicantur in KREYSIGII *Bibliotheca S. R. Sax. Sect. II. c. 33.* Plures quoque tales Orationes recenſuit idem diligentiſſimus Vir de rebus *Chriſtiani I. Electoris A. F.* heic maxime locum mereri videntur: *Breuis & vera narratio de ortu, vitæ curriculo & morte illuſtriſſimi Principis Chriſtiani Saxoniæ Electoris, 1592. 4.* quæ & *germanice* edita, ſub titulo: *kurze und warhaffte Erzehlung von der Geburt, Auferziehung, ganzem Leben und tœdlichen Abſchied Chur fürſt Chriſtiani 1594. 4.* quæ a fautore partium Reformatarum ſcripta. Cum qua conferenda: *kurzer aber wahrhafftiger und gründlicher Bericht von Chur-Fürſt Chriſtiani Chriſtlichem Leben und ſeeligem Abſchied, Dresden 1595. 4.* & *ibid.*

& *ibid.* 1596. atque tertium ibid. eod. anno & ſub titulo: *Nachricht von Herzog Chriſtiani zu Sachſen Leben und Abſchied* in HAVSENI *Buſtis Elect. Sax.* p. 966-1033. vbi & alia Narratio de *vita* Electoris p. 940. 966. qua confutantur rumores varii de Electore diſſeminati, his addatur: *Vita & obitus Chriſtiani I. Electoris Saxoniæ*, cuius auctor POLYCARPVS LYSERVS habetur, *Dresdæ* 1599. 8. De *Chriſtiano II. E. S.* exponunt: PAVLI IENISII *Narratio de vita, geſtis & obitu Chriſtiani II. Electoris Sax.* non infeliciter ſcripta, *Lipſiæ* 1611. & 1612. 4. Conferantur: *Lebens-und Sterbens-Geſchichte Chriſtiani II. ChurFürſtens zu Sachſen* in HAVSEN *Buſtis Sax. p.* 1202-1219. ex Orationibus quædam vitæ ſimul memorabilia indicantibus laudamus IOANNIS FRIDERICI *Orationem funebrem de Chriſtiano II.* cum rerum memorabilium *Chriſtiani II.* indice Chronologico, quæ & in HAVSENII *Buſtis Sax. p.* 1246. - 1256. extat, & WOLFFGANGI HEIDERI Oratio *de vita & morte Chriſtiani II. Ienæ* 1612. 4. & in eius *Oratt.* Vol. I. p. 1. 63. *Ioannis* Georgii I. Electoris geſta quædam ſtilo paſtorali conſignauit MATTH. LVNGWITIVS Archidiaconus Rochlitienſis, Libro vernaculo, qui inſcribitur: *Admiranda diuina Saxonica, ſeu Opera Eccleſiaſtica & Politica quibus Deus exornauit Iohannem Georgium Electorem*, *Lipſiæ* 1652. 4. AVGVSTI BVCHNERI extat intermixtis hiſtoricis *Panegyricus funebris D. Ioanni Georgio I. an.* 1657. *dictus*, *Witteb.* 1657. & 1667. *f. Dresdæ* 1682. 4. & in eius *Oratt. Acad. Vol. I. p.* 123. 176. *Germanice* prodiit interprete *Ioanne Sebaſtiano Mitternachtio*, *Altenburgi* 1664. 8. & in HAVSENI *Buſtis Elect. Saxon. p.* 1433-1464. Nec omittendum licet vulgaria tantum referat CASPARIS BERTRAMI *kleines Chur-Sachſiſches Iohann Georgen Chronicon*, *Ienæ* 1657. 4. quo

ea quæ per ſeptuaginta annos in Saxonia & viciniis partibus viuo hoc Electore contigerunt breuiter intermixtis multis alienis, annotantur. Melior GOTTLOBI FRIDERICI SEELIGMANNI *Vita Iohannis Georgii I. Sax. Elect.* Diſſertatione exhibita *Lipſiæ 1678. 4.* & in eius *Exercitationibus Academicis* N. 3. p. 85-140. Scriptores *Belli Tricennalis*, cui immerſus fuit *Ioannes Georgius I.* iam ſupra Cap. XVI. §. LXXXVIII. ex parte indicati, plures qui deſiderauerit euoluat *Bibliothecam Script. Rer. Sax.* KREYSIGIANAM p. 136. & B. C. G. HOFFMANNI *Bibliothecam Iuris Publici p. 226.* qui minora quoque ſcripta omnia hiſtorica, politica, iuridica, magna cura conſignarunt. Ex his tamen heic notamus MELCHIORIS NEHEL *von* WITTSTAHL *Chronographiam decennalem, oder zehenjæhrige hiſtoriſche Erzehlung aller fürnehmſten Geſchichten und Handlungen welche von Anfang der Chur-Fürſtlichen Durchl. zu Sachſen Armee von Anno 1631-1641. ſich begeben, 1641. 4.* meliores tamen in rebus hiſce enarrandis *Chemnitius & Pufendorfius* ſupra l. c. iam laudati. Ad res *Iohannis Georgii II.* perſcribendas, facere ex parte poteſt *Reiſe-Diarium bey Kayſerlicher Belehnung des Chur- und Fürſtlichen Hauſes Sachſen a. 1660.* quod extat in MÜLLERI *Staats Cabinets 2. Oeffnung c. II. p. 83. 314. & VII. Oeffn. c. V. p. 100. 234.* Ex multis Panegyricis legenda C. S. SCHVRZFLEISCHII *Oratio panegyrica in climacterium magnum Iohannis Georgii II. latine & germanice, Wittebergæ 1675. f. & 1697. 4.* atque in eiusdem *Orationibus Panegyricis*, nec non IOANNIS BENEDICTI CARPZOVII *Iuſta funebria El. Iohanni Georgio II. dicta, Francofurti & Lipſiæ 1680. f.* & in HAVSENII *Buſtis El. Sax. p. 1616-1631. Iohannis Georgii III.* virtus bellica in liberanda cum primis Vindobona ab

obſi-

obſidione Turcarum oſtenſa, celebrata eſt a multis orationibus, qualis GEORGII CASPARI KIRCHMAIERI *Panegyricus Ioanni Georgio III. forti, felici, reduci a Vienna liberata dictus, Witteb. 1683. f.* cuius & extat *Panegyricus in exceſſum Ioa. Georgii III. E. S. Witteb. 1691. f.* De *Iohanne Georgio IV.* notanda cenſemus: R. G. D. *ſecundum Iter in Italiam Ioannis Georgii IV. Dresdæ 1690. f. & Lebens-lauff Ioh. Georgii IV. Churfürſtens zu Sachſen* in HAVSENII *Buſtis El. Sax. p. 1921-1928.* his iungi poteſt, quibus talia placent WERNERI THEODORI MARTINI *Panegyricus Diuo Ioanni Georgio IV. dictus, Witteb. 1694. f. Friderici Auguſti* æterna memoria ob magnificentiam & res memorabiles digni initia regiminis patent ex IACOBI SINCERI *ſonderbarem Send-Schreiben an Abr. Waremundum betreffend den unvermutheten Todesfall Churfürſt Ioa. Georgii IV. und die Succeſſion des Durchl. Friderici Auguſti &c. 1694. 4.* Multorum Panegyricorum tituli in aliorum Catalogis legi poſſunt quum iam qui ad hiſtoricos proxime accedunt plures habeamus. Laudes Electoris & Regis immixtis vitæ memorabilibus celebrauit IO. CHR. GOTTHELF BVDAEVS ſcripto, cui elogium: *Groſſer Sächſiſcher Friderich und Pohlniſcher Auguſtus, oder das gloriœſe Leben Friderichs Auguſti, Lœbau f.* Inde Hiſtoricus Regius conſtitutus edidit Primas lineas *Commentariorum* de vita rebusque *Friderici Auguſti*, quos iuſſu regio congeſſerat 4. qui tamen nondum ſunt editi. Ceteras rerum magni huius Principis expoſitiones quibus polonica addita inter Rerum Polonicarum Scriptores recenſebimus. *Friderici Auguſti II.* hodierni Electoris & Regis Poloniarum felix Connubium cum *Maria Ioſepha, Auſtriaca*, varii panegyricis celebrarunt ſimulque virtutes vtriusque

& vitæ

& vitæ quædam memorabilia indicarunt. Ad cetera quæ ſub eius regimine contigerunt memoranda pertinent IOANNIS ANDREAE ZALVSKY *Relatio collationis Enſis & Pilei a Benedicto XIII. benedictorum, Sereniſſ. Friderico Auguſto Reg. Polon. & Elector. Sax. Principi Varſauiæ 1726. 11. Aug.* extat in doctiſſimi huius Præſulis *Hiſtoria eiusmodi collationum* edita *Varſauiæ 1726. 4. N. 2. fin.* Pompam & Cæremonias magnificas nuptiales *Mariæ Amaliæ* Regiæ Principis coniugisque Caroli Borbonii, vtriusque Siciliæ Regis accurate cultoque ſtilo deſcripſit harum rerum peritiſſimus IOANNES VLRICVS KOENIGIVS Regius & Electoralis Cæremoniarum magiſter in *vollſtændiger Beſchreibung aller Solennitæten bey dem hohen Kœniglichen Sicilianiſchen Vermæhlungs-Feſte, welches im May-Monath des Iahrs 1738. an dem Kœnigl. Pohln. und Churfürſtlichen Sæchſiſchen Hofe zu Dreßden in Vollmacht præchtigſt vollzogen worden, Dreßden und Leipzig 1738. f.* Inter *Lineas Ducum Saxoniæ Albertinæ* poſt *Electoralem* proxima eſt *Weiſſenfelſenſis*, quam condidit *Auguſtus* per vitæ dies Adminiſtrator Archi-Epiſcopatus *Magdeburgenſis*, de cuius vita non niſi orationes quædam & laudes verſibus complexæ mihi notæ. *Chriſtiani I. Merſeburgenſis* Domus conditoris laudes expoſuit CHRISTOPHORVS CELLARIVS *Oratione, habita in funere Chriſtiani I. Ducis Saxoniæ & Adminiſtratoris Epiſcopatus Merſeburg. Halæ 1694. 4.* Inter Duces *SaxoNumburgenſes* ſiue *Cizenſes* ob eruditionem & ſingularia fata notabilis in primis *Mauritius VVilhelmus*, de quo extat *merckwürdiges Leben Herzog Moriz Wilhelm zu Sachſen, Franckfurt* ſ. *Iena 1719. 8.* & ex ſecunda emendatiore editione *ibid. 1720. 8.* auctore quod ad maximam partem CHRISTIANO GOTTLIEB BVDERO. Conferenda tamen quæ anno-

annotarunt GERBERVS in *Hiſtoria der Wiedergebohrnen in Sachſen P. I. p. 232.-286.* atque IOA. ANDREAE WALTHERI Superintendentis tum Pegauienſis libellus, inſcriptus: *Gottes Wunder an dem Durchl. Fürſten Moriz Wilhelmen Herzogen zu Sachſen 1719. 4.*

§. XIII.

Iura excelſæ *Domus Saxonicæ* varii auctores breuibus ſcriptis expoſuerunt. Enimvero extant: IOHANNIS STRAVCHII Diſſ. *de Iuribus quibusdam Saxonicæ Domus in controuerſiam fruſtra adductis, Ienæ 1655. 4.* & in ipſius *Diſſertationibus Iuris Publici n. XI. p. 297-328.* Leuioris momentis eſt IO. VOLCKMARI BECHMANNI Diſſ. *de Iuribus Sereniſſ. Domus Saxonicæ, Ienæ 1660. 4.* Plures particulares ſcriptores quære in *Bibl. Kreyſigiana* p. 161. *Diſcurſum de ſingulari Electorum Saxoniæ eminentia* ſcripſit CASPAR ZIEGLERVS, *Witteberga 1663. 4.* qui annotationibus, ſupplementis & indice auctus a D. G. A. S. *Tubingæ 1720.* BENEDICTI CARPZOVII habemus diſſertationem *de Iure ac priuilegio Electorum & Ducum Saxoniæ de non appellando, Lipſiæ 1645. 4.* Eiusdem Diſſertationem *de pacto confraternitatis Saxo-Haſſiacæ, Lipſiæ 1647. 4.* vtramque inter reliquas eius *Diſſertationes* in 4. & *f.* iunctim editas. Sciagraphiam tantum copioſarum expoſitionum ſiſtit Viri illuſtris CHRISTIANI WILHELMI GAERTNERI *kurzer Entwurff, wie zu einer gründlichen Kenntniß des Chur-Fürſtenthums Sachſen, incorporirter und zugehöriger Lande, und daraus herzuleitenden Iuris Publici zugelangen, Leipzig 1729. 4.* quædam huius argumenti capita exhibet: CLARI MICHAELIS HELMONDI *i.e.* IOA. ZACHARIAE GLEICHMANNI

Deli-

Delineatio Iuris Publici Saxonici, *Ienæ 1717. 8.* & in C. S. SCHVRZFLEISCHII Diſſertatione *de antiqua Saxonum dignitate Witteb. 1698. 4.* reperias quæ huc faciant. De *Titulis Electoris Saxonis* Diſſertatione expoſuit FRIDERICVS STRVNZIVS, *VVitteb. 1713. 4.* atque CONRADVS FRIDERICVS REINHARDVS eruditiſſima Diſquiſitione: *de Officiis Imperii Saxonicis*, *Ienæ 1713. 4.* De *Inſignibus* vero *Saxonicis* legenda primum quæ docte collegit WEISIVS *Antiquitatum Miſnico-Saxonicarum ſingularibus L. II. c. XVII. p. 343. 353.* *Inſignia Saxonica* verbis Fecialium enuntiata, Commentario hiſtorico illuſtrauit PHILIPPVS IACOBVS SPENERVS, *Francofurti 1668. 4.* poſtea præmiſſa parti ſpeciali artis Heraldicæ. *p. 1-36.* BERNHARDI ZECHII extat *Euolutio Inſignium Friderici, Ducis Saxoniæ* iuxta artis Heraldicæ principia, *Francof. & Lipſ. 1682. f.* Ex iuſtis fontibus deducta & variis de vita rebusque præclaris obſeruationibus illuſtrata eſt: GEORGII PAVLLI HOENN *VVapen- und Geſchlechts-Vnterſuchung des Chur- und Fürſtlichen Hauſes Sachſen, Coburg 1704 8.* De *Parte Inſignium Saxoniæ*, Ruta, quam talem haut eſſe commonſtrat, diſputauit erudite B. BVRCARDVS GOTTHELF STRVVIVS Diſſ. *de Ruta Saxonica ex Hiſtoriis & verbis Fecialium enunciata, Ienæ 1705. 4. & Halæ 1725. 4.* aliam ſententiam & quidem egregie atque erudite tuetur V. C. FRIDERICVS ZOLLMANNVS in *Hiſtoriſcher Vnterſuchung des Sæchſiſchen geſammten Hauptwapens, Ienæ 1723. 4.* quo pererudito libello Auctor ex monimentis fide dignis, nummis, ſigillis & diplomatibus indicauit ſignum illud, quod vsque ad *Struuii* ſententiam pro ſerto Rutaceo habitum eſſe *Crinale*, *(Haupt- und Haar Schmuck) Agnetis, Rudolphi Habsburgici* Rom. Regis filiæ & coniugis Alberti

berti II. Electoris Saxoniæ, quod in honorem ipſius Inſignibus Aſcanio-Saxonicis addidiſſet. Legum Iudiciorumque aliorumque quæ ad chorographiam ipſumque Ius Publicum Saxoniæ Albertinæ faciunt diligenter expoſuit conſultiſſimus IOANNES GOTTLOB WABSTIVS in *Hiſtoriſcher Nachricht von des Chur Fürſtenthums Sachſen Verfaſſung der hohen und niedern Iuſtiz, Lipſiæ 1732. f.* *Ex Nummis* quoque multa lux Hiſtoriæ Saxonicæ allata WILHELMVS ERNESTVS TENTZELIVS plurimum in Saxonia numiſmatica fuit occupatus, in qua inſignem operam præſtitit. Primum eſt eiusdem ſcriptum *von Sæchſiſchen Beylagers Medaillen*, nuptiis Sereniſſimi Ducis Gothani occaſionem præbentibus, *Gothæ 1696. f.* Inde prodierunt alia *von denen auf Kirchweihen geprægten Sæchſiſchen Medaillen, Gothæ 1697. f.* in natali Sereniſſimi Ducis Gothani. *Medaillen der Chur-Fürſtinnen und Fürſtinnen von Sachſen* in natali Sereniſſimæ Duciſſæ Gothanæ, *Gothæ 1697. f. Sæchſiſche Geburths-Tags Medaillen*, natali Ducis Regentis Vinarienſis *VVilhelmi Erneſti, Gothæ 1697. f.* Poſt hæc prodierunt *Medaillen ſo auf Geburt und Tauffe Sæchſiſcher Printzen geſchlagen*, in natalem filii primogeniti Ducis *Gothani, Ienæ 1699. f. Sachſiſche Huldigungs-Medaillen*, occaſionem præbente Homagio *Iſenacenſi & Ienenſi, Ienæ 6919. f. Sæchſiſche Kriegs-und Friedens Medaillen, Ienæ 1699. f. Sæchſiſche auf Ritter-Orden und Ritter-Spiele geſchlagene Medaillen*, Sereniſſimo Duci Weiſenfelſenſi homagium a Longoſaliſſanis aſſumenti dicatum, *Ienæ 1699. f. Sæchſiſche Begræbnüs-Medaillen*, in obitum Ducis *Saxo-Coburgici, Alberti.* Iſta ſeparatim antea edita, coniunctim poſtea ſub *Saxoniæ, Numiſmaticæ* titulo prodierunt *Ienæ 1700. f.* Pleniori apparatu Nummos Saxonicos colluſtravit

vit & ex ea hiſtoriam perſonarum illuſtrium idem W. E. TENZELIVS edita *Saxonia Numiſmatica Lineæ Erneſtinæ & Albertinæ in duas partes diviſa*, latino & germanico idiomate, *Dresdæ* 1705. 4. & (nouo forte tantum titulo præfixo) duobus Indicibus & Supplementis adornata per CHRISTIANVM IVNCKERVM, *Francofurti & Lipſiæ* 1714. 4. 2. *Voll.* cum multis figur. æn. Rarioribus quoque obſeruationibus refertæ P. M. SAGITTARII *Diſſertationes VI. de Nummis Ducum Saxoniæ editæ* 1679. 4. & iam cum rariores eſſent inſertæ *T. II. Script. Rer. Sax.* MENCKENIANO *p.* 763. 786. Addatur EIVSDEM *Syllabus Monetæ cupreæ Saxonicæ*, *ibid. p.* 786. 789. nec non IO. MICHAELIS WEINRICHII *Amœnitatum hiſtoricarum ex nummis Hennebergenſibus Diſſertationes XI. cum fig.* 1715. *ſeq.* 4. & in *Eius Hennebergiſchen Kirchen- und Schulen Staat* ſub titulo: *Hennebergia Numiſmatica p.* 737. 920. Varias quoque vtiles obſeruationes Saxonicis rebus inſeruituras ſuppeditat: *Gründliche Nachricht von Ankunfft, Gepræge, Gewicht und VVerth derer in Sachſen, Thuringen und Meiſſen gemünzten Groſchen*, cuius auctor eſt WAGNERVS rerum ſteuralium reuiſor Witt. *VVittebergæ* 1728. 4. cum figuris.

§. XIV.

Prouincias inter Domui *Saxonicæ* ſubiectas primas tenet *Ducatus Saxoniæ*, ſiue, vt hodie audit, *Circulus Electoralis Saxonicus*. IOANNIS equidem CONRADI KNAVTHII viri rerum Saxonicarum ſatis periti *Hiſtoriſche und chorographiſche Vorſtellung des Chur-Landes und Herzogthums Ober-Sachſen, inſonderheit der Stadt VVittenberg*, inter ipſius Schedas MSCtas delitefcit. *Eccleſiarum* notitiam præbet IVSTI CHRISTOPHORI THORSCHMIDII *Antiquarius Eccleſiaſticus Saxonicus*,

nicus, *oder des Sachſiſchen Chur-Creyſes Kirchen-Altertbümer und Merckwürdigkeiten* Pars Prima, *Lipſiæ 1732. 8.* De Vrbe principe Ducatus inclita *Witteberga*, multæ habitæ *Orationes*, in quibus latet aliquid argumenti hiſtorici, vtpote in BARTHOLOMAEI SCHOENBORNII Profeſſoris Matth. Oratione de *Witteberga* quæ in *Declamationibus Melanchth.* T. VII. *p. 322-354.* extat, vt alias hic omittam. Breuis eſt IOANNIS KERN Diſſertatio de *Witteberga, Wittebergæ 1671. 4.* Meliores GEOR. GVILIELMI KIRCHMAIERI *Commentatio de Witteberga Saxonum, Witteb. 1713. 4.* qua antiquitates Vrbis illuſtrauit & eiusdem *Diſſertationes mathematicæ duæ de VVitteberga, ibid. 1696. 4.* Fata Vrbis tempore Belli Smalcaldici libere narrauit IOH. BVGENHAGEN, cuius extat: *wahrhafftige Hiſtoria, wie es zu VVittenberg ergangen in dieſen vergangenen Krieg, VVittenberg 1547. 4.* & in HORTLEDERI *Actor. T. II. L. III. c. LXXIII. p. 447-458.* Leguntur & quædam memorabilia ad res Wittebergæ in PAVLI GOTTLIEB KETTNERI *Hiſtoriſchen Nachricht von dem Raths-Collegio der Chur-Stadt VVittenberg, VVolffenbüttel 1734. 4.* quorum memoria ab initio Sæc. XIV. ad tempora editi libelli fuit renouata. Reliquias copioſiſſimas Templi omnium Sanctorum indicatas & laudatas exquire in raro libello, cui titulus: *die Zeigung des hochlobwürdigen Heiligthums der Stiffts-Kirchen aller Heiligen zu VVittenberg, ibid. 1509. & 1617. 4.* idem argumentum expoſitum in eſt WOLFFGANGI FRANZII *Hiſtoriſchen Erzehlung der Heiligthümer in der Schloß-Kirche zu VVittenberg vor der Reformation, ibid. 1618. 4.* Compara MATTHAEI FABRI *Memorabilia VVittebergenſia, quæ in Templo omnium Sanctorum conſpiciuntur, VVitteb. 1706. 8.* recuſa ſub titulo: *Hiſtoriſche Nachricht von der Schloß- und Academiſchen*

Stiffts - Kirche zu Allerheiligen in VVittenberg, VVittenb. 1717. 8. & ex auctiore editione cum Præfatione GOTTLIEBI WERNSDORFFII. *1730. 8.* Quæ de minoribus oppidis Circuli Electoralis extant narrationes minoris momenti diligenter annotatas exquiras in *Bibliotheca H. S. Kreyſigiana*, ex quibus locum hic merentur IVSTI CHRISTOPHORI THORSCHMIDII *Antiquitates Plocenſes & adiunctarum Prezzin & Elbenau Burggrauiatus Magdeburgici Diœceſeos Gommeranæ, Lipſiæ 1725. 4.* quibus earum ſtatus ciuilis & eccleſiaſticus inde ab Ottone M. Imp. eruitur & illuſtratur. Prima Saxonicarum prouincia habenda eſt *Miſnia*, ex qua omnes hodierni Electores atque Duces originem trahunt. Plerique de chorographia generali tractantes eandem cum hiſtoria ſimul coniunxerunt. Præcipuus inter hosce eſt PETRVS ALBINVS, cuius *Meiſniſche Land - und Berg - Chronica, Dresdæ 1689. f.* reliquis omnibus merito palmam præripit. Prior quidem pars deſcriptionem geographicam & hiſtoricam; altera vero Metallurgica continet. Idem ALBINVS in Catalogo, Chronico ſuo ſubiuncto promiſit quoque *Meiſniſche Fürſten - Chronica, Meiſniſche VVappen - Chronica, Meiſniſche Stiffts-Chronica, Meiſniſche Adel - Chronica, Meiſniſche Stadt-Chronica, Meiſniſche Tag-Chronica, Meiſniſche Iahr-Chronica, Meiſniſche Sprach - Chronica*, quæ tamen adhuc in Mstis latent, digna alias vt edantur. MELCHIAE NEHELII *von* WITSTAHL *Exegeſis Miſniæ* annexa proſtat ipſius *Chronographiæ* editæ *1641. 4.* Breuis quidem ſed vtilis libellus, qui inſcribitur: *Kurze Beſchreibung der mit allen Glücksgaben von Gott verſehenen Meiſner - Lande Leipzig 1730. 8.* Elegans & erudita eſt CONRADI SAMVELIS SCHVRTZFLEISCHII *de*

Mar-

Marchia Miſnenſi Diſſertatio, quæ inter Opera eius XXV. eſt. De *origine Marchiæ Miſnenſis* eruditum extat Programma CASPARIS HENRICI HORNII, *VVitteb. 1706. 4.* Conferantur omnino V. C. CHRISTIANI SCHOETTGENII *æltеſte Iahr-Geſchichte des Landes Meiſſen nebſt Beſchreibung der erſten Marggraffen* in eius *Nachleſe zur Ober-Sæchſiſchen Hiſtorie P. I. p. 173-268. & P. VII. p. 361-377.* IOANNES CONRADVS KNAVTHIVS edidit *Einleitung zu des Marggravthumbs Meiſſen Landes-und Geſchicht-Beſchreibung, Dresdæ 1692. 12.* Prodromus tantum eſt maioris operis, in quo omnia quæ ad geographiam, naturalia, hiſtoriam, chronologiam & politica faciunt, comprehendere voluit. WOLFGANGVS KRAVSIVS quoque ſcripſit *Meiſniſche Chronica, nebſt Michael Beuthers Bericht, wovon die Marggraffen von Meiſſen herkommen, Lipſiæ 1576. 4.* quæ tamen cum iudicio ſunt legenda. GEORGIO FABRICIO debemus *rerum Miſnicarum* Libros Septem, qui ſeparatim editi *Lipſiæ 1660. 4.* alias cum Eiusdem *Originibus Saxonicis* extant. In his non ſolum de origine Miſenorum agit, ſed etiam Hiſtoriam Marchionum Miſniæ complectitur, & annales vrbis Miſenæ compoſuit. Auctuarii loco acceſſit REINERI REINECCII Liber in latinum ab *Elia Reuſnero* translatus *de Miſenorum origine, rebus geſtis, mutationibus variis, dominationibus & aduentu eorundem in Germaniam.* Acceſſit quoque SVFFRIDI *Chronicon Miſnenſe.* REINECCII, hic commentarius primum *germanice* editus, ſub titulo: *Von der Meiſner anfænglichen Herkommen &c. Lipſiæ 1570. 4.* & auctior *1576. 4.* Ex antiquis huius tractus habitatoribus fuerunt *Hermunduri*, de quibus extat GEORGII ARNOLDI Diſſ. de *Hermunduris, VVitteb. 1689. 4.* & DAN. MÜLLERI Pro-

gramma de *Hermunduris, Chemnitii 1710. f.* & erudita obſeruatio, ſub indice: *Nachricht von der Hermundurern als erſten bekannten Einwohnern des Meiſner-Landes*, quæ extat in SCHOETTGENII atque KREYSIGII *Nachleſe der Hiſtorie von Ober-Sachſen P. I. p. 1-15.*

§. XV.

Vrbis Miſnenſis a qua omni Prouinciæ nomen fata præter GEORGIVM FABRICIVM Annalibus de quibus iam §. antecedenti mentio facta leuiter conſignarunt LAVRENTIVS FAVSTVS *Geſchicht-und Zeit Büchlein der weltberühmten Chur-Fürſtlichen Stadt Meiſſen, Dreßden 1588. 4.* & perſonatus ICCANDER *Beſchreibung der Stadt Meiſſen, Dreßden 1730. 8.* ceteros vide apud KREYSIGIVM *p. 301.* Princeps vrbium *Miſniæ* eſt *Dresda*, de qua legendum *Chronicon vernaculum Dresdenſe ab an. 1175. ad 1349.* quod extat inter MENCKENII *S. R. S. T. III. p. 345-350.* Ex recentioribus notanda TOBIAE SIMONIS *Oratio de Dresda vrbe munitiſſima & ob aulam Electorum & Ducum Sax. celebratiſſima, Dresdæ 1622. 4.* Præſtat omnibus ANTONII WECKEN *Beſchreibung und Vorſtellung der Churfürſtlichen Sachſiſchen Reſidentz und Haupt-Veſtung Dresden, Nürnberg 1680. f.* cum figuris æneis, quo libro, non ſolum deſcriptio, ſed etiam hiſtoria vrbis, imo magnæ partis prouinciæ, exhibenda & iplomatibus egregiis illuſtratur. Quæ ſplendidæ huic vrbi acceſſerunt ornamenta indicant libelli ſequentes: *Beſchreibung Alt-und Neu-Dresden, wie ſolches von 806. bis 1708. erweitert worden, Dresden 1697. 8. & Pirna 1708. 8.* item: *Kœnigliches Dresden 1702. 12. kurze Beſchreibung der Stadt Dresden 1716. 8.* & præcipue ICCANDRI ſiue I. C. CRELLII *das prangende Dresden, oder kurze Beſchreibung derer in die-*

in dieſer Stadt berühmten Gebæude und Merckwürdigkeiten, Leipzig 1719. 1723. 1726. 8. *Cimeliarchionum* illuſtrium quoque notandæ Deſcriptiones. In TOBIAE BEVTELS libro, inſcripto: *Churſæchſiſcher Cedernwald* qui latine & germanice prodiit *Dresdæ 1671. 4. 1683. 4. 1708. 8.* extat deſcriptio curioſa, Cimeliarchii Electoralis Conferatur ANTONII FABRI *Europæiſche Staats Canzley P. V. p. 613. 640.* De huius recentioribus iisque ſumtuoſiſſimis acceſſionibus conferenda annotatio rerum viſu maxime dignarum in *Beſchreibung des grünen Gewœlbes in Dresden,* (quo theſauri cuſtodiuntur) *Iena 1739. 4.* De ponte Dresdenſi celebri extant P. C. HILSCHERI *Nachrichten von der Elb-Brücke in Dresden, ſamt denen dahingehœrigen monumentis, Dresden 1729. 8.* cum figur. Hortos regios arci vicinos deſcribit MATTH. DANIELIS POEPELMANNI *Vorſtellung und Beſchreibung des Zwinger-Gartens, Lipſiæ 1729. f.* qua horum amœnitates XXIV. figuris cupro inciſis, ſiſtuntur. Recentioris temporis quæ Dresdæ contigerunt res annotauit Pſeudonymus *Iccander,* qui ſingulis plagulis exhibuit *Memorabilia Dresdenſia annorum 1727. 28. 29. 8. & Kern Dresdniſcher Merckwürdigkeiten 1729. 30. 31. 32. 4.*

§. XVI.

Ab Academia & commerciis ſuis nobilis eſt vrbs *Lipſienſis.* De qua primum conſulenda *Chronica breuis Lipſienſis* ab anno 1301. vsque ad 1497. quæ extat in MENCKENII *S. R. S.* Tom. III. *p. 55-64.* Chartæ variæ res *Lipſienſes* illuſtrantes reperiuntur in SCHOETTGENII *Nachleſe der Hiſtorie von Ober-Sachſen P. I. p. 40. 108.* Leue & ineptum ſcriptum eſt ANDREAE GOLDMEYERS

der Stadt Leipzig hiſtoriſche, aſtronomiſche und aſtrologiſche Beſchreibung, Nürnberg 1645. 4. Melior TOBIAE HEIDENREICHS *Leipziger* CHRONICKE, *Lipſiæ 1635. 4.* Adhæret multis exemplis: *Continuatio der Leipzigiſchen Chronicke* ab an. 1635. ad 1637. His tamen merito præfertur ZACHARIAE SCHNEIDERI *Chronicon von Erbauung, Beherrſchung und Einwohnung der Stadt Leipzig, ibid. 1655. 4.* in quo Chronico iuſſu Cenſoris tamen varia omiſſa, de quibus vide THOMASII *Hiſtoria der Weißheit und Narrheit P. II. p. 33. ſeq.* ſitum atque originem vrbis, & academiæ, ſtatum eccleſiaſticum, politiam & res varias Miſnicas egregie deſcribit. Eo magis autem æſtimandum eſt, quod auctor archiuis & monimentis authenticis fuerit vſus. Multum quoque æſtimandæ DAVIDIS PEIFFERI *Origines Lipſiacæ Libris IV.* editæ cura ADAMI RECHENBERGII *Martisburgi 1689. 8.* & cum Additamentis, *Lipſiæ 1700. 8.* atque *Nordhuſæ 1725. 8.* Quatuor libris abſoluuntur, quorum primus Lipſiam natam, alter Lipſiam religioſam, tertius Lipſiam togatam, quartus Lipſiam armatam continet, atque a fide & induſtria merito laudandæ. Ex his aliisque ſubſidiis deducti IOHANNIS IACOBI VOGELII *Leipzigiſches Geſchicht-Buch oder Annales, Leipzig* quibus ab anno 661. ad an. 1714. res non Lipſienſes ſolum, ſed & viciniæ, copioſe ſatis, more conſueto enarrantur, intermixtis ſcilicet multis vulgaribus ſed Vrbi forte vtilibus annotationibus. SALOMONIS STEPNERI *Inſcriptiones Lipſienſes* locorum publicorum, academicorum pariter ac ſenatoriorum memorabiles, *Lipſiæ 1675. & 1686. 4.* De *Inſignibus Vrbis Lipſiæ* extat IOANNIS IACOBI VOGELII Diſſertatio, *Lipſiæ 1683. 4.* IOANNIS FRIDERICI FRANCI Oratio *de origine, incrementis*

mentis & fortuna academiæ Lipſienſis, Lipſiæ 1690. 4. IEREMIAE WEBERI *Lipſia euangelica, oder Hiſtoriſche Relation wie Leipzig 1539. zur Lutheriſchen Religion kommen, Lipſiæ 1639. 12.* recuſa ſub titulo: *Evangeliſches Leipzig*, cum eiusdem *Lipſienſis Academiæ Paradiſo* opera *Immanuelis Weberi, Lipſiæ 1698. 12.* Plena egregiarum obſeruationum & monimentorum culto adhæc & viuido ſtilo ſcripta V. C. CAROLI GOTTLOB HOFFMANNI *Ausführliche Reformations Hiſtorie der Stadt und Univerſitæt Leipzig, ibid. 1739. 8.* ſecundo Iubileo Euangelico ciuitatis Lipſienſis edita.

§. XVII.

Minorum *Miſniæ* oppidorum fata ſecunda & adverſa a diuerſis, per Annales & huius commatis annotationes conſeruata. Plenius eiusmodi libellos recenſet *Bibliotheca* S.R.S. *Kreyſigiana p. 267. ſeq.* nos potiores dabimus. De oppido *Biſchoffswerda* extat MICHAELIS PVSCHII *Epiſcopoligraphia oder Hiſtoriſche Beſchreibung der Stadt Biſchoffswerda, Dresden 1658. 4.* continuata, emendata, aucta a CHRISTOPHORO HECKELIO, *Dresden 1713. 4.* De *Borna* agit IOANNIS WINCKLERI *Oratio Synodalis de Vrbe Borna, Altenburgi 1670. 4.* germanice verſa & continuata a *Sebaſtiano Kuhnio, Chemnitii 1688. 4.* Chronici *Chemnicenſis* fragmentum ab anno *1408. ad 1516.* extat in MENCKENII *ſcriptoribus R. S. T. III. p. 157-160.* IOA. CHRISTIANVS LEONHARDI Diſſertatione *de rebus memorabilibus Chemnitii* egit *Lipſiæ 1709. 4.* & quæ inſtructior eſt ANONYMI *Hiſtoriſche Nachricht von den Denckwürdigkeiten der Stadt Chemniz Chemn. 1734. 8.* add. GOTTL. HERRMANNS *Hiſtoriſche Nachricht von der Kirche S. Johannis in der Vorſtadt zu Chemniz, ibid. 1724. 8. Coldicenſis* vetuſtiſſimæ Arcis &

Vrbis *Chronicon* ABRAHAMI THAMMII Conſulis & Scribæ Coldicenſis edidit MENCKENIVS S. R. S. T. II. *p. 663-754.* in quo veterum Coldicorum res, eorum Domini ac Principes, item ſitus Palatii Electoralis omnesque res eo ſpectantes tum Vrbs ipſa, eius Priuilegia, ciuium ſtudia, ædificia publica, ſtatus ciuilis & politicus, varii caſus ac calamitates & alia exponuntur. *Crimmitzſchauiæ celebritas ſiue Læblichkeit der Stadt Crimmitzſchau* IOANNIS VVLPII edita *Weiſenfelſæ 1704. 4.* PETRI vero ALBINI *Annales Crimmitzſchauienſes* editi cum augmento in *Nachleſe der Hiſtorie von Ober-Sachſen P. X. Delitii* oppidi deſcriptionem metro heroico exhibuit HIERONYMVS HEIDENREICH ſub titulo: *Delitiæ Delitiarum, ſiue Delitium in Miſnia libellis II.* exhibens deſcriptionem oppidi Delicenſis, *Witteb. 1617. 4. Chronica Dœbelenſia* edidit CONSTANTINVS MOERBIZIVS, *Leiſsnig 1727. 8.* De Burggrauiatu & oppidulo *Dohnenſi* extat CHRISTIANI BARTSCH *Hiſtorie der alten Burg und Stædgens Dohna, Dreſsden 1735. 8.* quo & Burggrauiorum quorundam memoria conſeruatur. De eodem *Burggrauiatu Donenſi* eique annexo *Scabinatu* vide expoſitionem in *Obſeruationibus Halenſibus* X. Obſ. I. *p. 1-11.* De *Ileburgo* antiquo & celebri in monimentis oppido commentati ſequentes: IOANNES FRIDERICVS FRENZELIVS *Ileburgum* Diſſertatione *Lipſiæ 1690. 4.* propoſita, deſcripſit, qua de origine, conditore, triplicique ſtatu expoſuit. Plenior IEREMIAE SIMONIS *Eilenburgiſche Chronica, Lipſiæ 1696.* & repetito tantum forte titulo *1723. 4.* Addantur de *fundatore* oppide huius PAVLLINI *Zeitkürzende erbauliche Luſt P. III. theſ. 123. p. 768-775.* De *Müglen* oppidulo agit IOHANN FIEDLERS *Mügliſche Ehren-und*

Gedæcht-

Gedæchtniß-Sæule, *Leipzig 1709. 4.* cuius continuationem ab anno *1652.* vsque *1708.* dedit DANIEL OTTO ZIESLER *Leipzig, 1709. 4.* Ad *Groitzenſe* oppidum pertinet *Monachus Pegauienſis* de Vita *Viperti* Comitis *Groicenſis*, cuius editiones iam ſupra p. 789. 858. laudatæ. *Haynæ* deſcriptio quædam legitur in SEBASTIAN MANNS *Entwurff der Stadt Hayn in Meiſſen, Dresden 1663. 4.* Arcis & oppidi *Hohenſteinenſis* & vicinorum oppidulorum notitia quædam petenda ex IOHANNIS MICHAELIS WEISS *Topographia oder Hiſtoriſchen Beſchreibung des Amts, Schloſſes und Stadt Hohenſtein, wie auch der Stædte, Neuſtadt, Sebniz, Schandau, und Wehlen, Magdebürg 1729. 4.* Noui oppidi a *Ioa. Georgio I.* Electore nominati origines & ſtatum qui tum erat expoſuit IOA. CHRISTIANVS ENGELSCHALL *Beſchreibung der Exulanten und Bergſtadt Iohann-Georgen-Stadt, Leipzig 1723. 4.* *Palatii Venationum a S. Huberto* denominati atque ſplendidiſſimi deſcriptionem edidit IOHANNES CHRISTOPHORVS NAVMANNVS in *Vorſtellung des Iagt-Palais Hubertsburg, 1727. f.* cum figuris æneis. De excelſa firmiſſimaque Arce *Kœnigſtein* plures proſtant expoſitiones, nimirum: B. F. BVCHHAEVSERS *Beſchreibung der Veſtung Kœnigſtein 1692. 1705. 1710. 4.* *Landsbergenſis* percelebris caſtri hiſtoria ex iuſtis monimentis curate deducta reperitur in IOANNIS GOTTLOB HORNII *umſtændlichen Bericht, was es mit Landsberg der Burg und edlen Herrſchafft im Oſterlande ehedeſſen zu bedeuten gehabt, Dresden 1725. 4.* addatur ipſius *Sendſchreiben betreffend die Verbeſſerung der Hiſtorie von Landsberg, Zœrbig, und Sangerhauſen* in eius *Hand-Bibliothec von Sachſen P. II. p. 214-240.* *Leiſnicenſis* celebris olim oppidi in primis vero Burggrauiorum fata conſignauit PETRVS

ALBINVS libello, cuius inſcriptio: *Vipertus, ſiue Origines Ranzouianæ 1587. 8.* quas cum celeberrimi Viri CHRISTIANI GOTTLIEB SCHWARZII egregiis acceſſionibus inſeruit MENCKENIVS *S. R. S.* T. III. *p. 833-1184.* ſunt tamen quædam huius libelli exempla ſingillatim excuſa, ſub titulo: *Memoria priſcorum Comitum & Burggrauiorum Leiſnicenſium, Lipſiæ 1730. f.* Idem eruditiſſimus Vir Programmate breui egit *de priſcis Dominis Burggrauiisque Leiſnitii, Altorfii 1725. 4.* Conferatur SEBASTIANI MEYERI *Nachricht von denen Burggrauen von Leiſnig*, in STRVVII *Hiſtor. Polit. Archiu P. I. p. 125-189.* & MENCKENII *T. III. p. 1145-1180.* in ſupplementum adhiberi poteſt CASPAR SCHNEIDERS *Leiſniger Ehren-Saule, Torgau 1668. 4.* Ad res oppiduli *Lœsniz* facientes chartas exquire in *Nachleſe der Hiſtorie von Ober-Sachſen* T. III. *p. 466-499.* Breuiſſimum *Lommacenſe Chronicon* VALENTINI LOSSII prodiit *Dresdæ 1629. 4.* *Zœrbigii* oppidi memorabilia collegit F. G. ELTESTE, cuius *Topographia Sorbigenſis d. i. Beſchreibung der Stadt Zœrbig* edita *Delitſch 1711. 4.* & auctior ſub titulo: *Ausführliche Nachricht von der Stadt Zœrbig, Lipſiæ 1727. 8.* De *Mitweida* commemorauit CHRISTIANVS HERMANNVS in *Beſchreibung der Stadt Mitweida, Chemniz 1698. 8.* *Mutſcheni* fata conſignata ſunt in IOA. GEORG MOLLENS *Mutſchner Feuer- und Brand-Chronick, Grimma 1724. 4.* De *Noſſenſi* oppidulo legas relata in I. C. KNAVTHII *Altzelliſcher Chronicken Fünfften Theil.* *Oſchazii* quædam memoranda extant in IOHANNIS GOTTLOB FRENCKELS *Diptychis Oſtienſibus*, germanice ſcriptis *Dreßden 1722. 8.* quibus potiſſimum Antiſtitum ſacrorum vitas enarrauit. De *Pirnenſis* Vrbis hiſtoria ſcribenda conſilia aperuit Programmate

CHRI-

CHRISTIANVS GOTTHOLD WILISCHIVS, *Annaberga* 1724. 4. Chartas vero & documenta varia ad eandem illuſtrandam facientia quære in HORNII *Hand-Bibliothec von Sachſen P. II. p.* 194. 214. CHRIST. FRIEDR. WILISCHIVS vero dedit *Memorias Superintendentium Pirnenſium*, *Annabergæ* 1712. 8. *Rochlitium* ornarunt MICHAEL VOGELIVS, cuius *Rochlitium rediuiuum*, *Lipſiæ* 1635. 4. editum. PAVLI MARTINI SAGITTARII breue ſed eruditum extat Programma *de Rochlitio ſiue de Comitibus Rochlizenſibus*, *Altenburgi* 1677. 4. & in MENCKENII *Script. R. S.* T. II. *p.* 754-762. Pleniori apparatu inſtructus fuit SAMVEL GOTTLIEB HEINE cuius edita: *Hiſtoriſche Beſchreibung der alten Stadt und Grafſchafft Rochliz* vsque ad annum 1719. continuata, *Leipzig* 1719. 4. adiecta eſt: CASPARIS HENRICI GRAVNII Commentatio de *antiquitate oppidi*, *ditionis & Comitatus Rochlitienſis*. *Rosweinenſis* oppiduli copioſa deſcriptio extat in I. C. KNAVTHII *Altzelliſcher Chronicke drittem Theile*, *Dresden* 1721. 8. Ad *Stolpenſis* Arcis, Vrbis & Viciniæ memorabilia faciunt ſcripta quædam CAROLI SAMVELIS SENFFII, nimirum: *Hiſtorie zweyer Befehdungen*, *die dem Biſchoffthum Meiſſen angethan worden*, *Pirna* 1717. 8. & eiusdem: *Hiſtoria Eccleſiaſtica, oder curieuſe Kirchen- und Reformations-Geſchichte des Chur-Sächſiſchen Amtes Stolpen, ſamt einem Supplement zur Guttenſteiniſchen und Carlowiziſchen Befehdungs-Hiſtorie*, *Budiſſin* 1719. 8. quædam & huc pertinent in Eiusd. *Hiſtoriſchen Beſchreibung des entſezlichen Brandes*, *welcher den* 4. *Martii* 1723. *die Stadt Stolpen in die Aſche geleget &c.* *Bauzen* 1723. 4. addi poteſt breuis ſcriptio CHR. AVGVSTI FREYBERGII *Hiſtoriſche Nachricht von der Meiſniſchen Stadt Stolpen*, *Dreßden* 1723. 8. *Torgauienſes* Annales & Chronicon ab

anno

anno 1296. ad an. 1601. in lucem produxit MENCKENIVS *S. R. S. T. II. p. 566-588.* cum quibus iungatur PHILIPPI MELANCHTHONIS hiſtoricum carmen de *Torga* 1552. quod in *Script. publ. Acad. Witteb. T. I. p. 437.* reperitur, germanice quoque editum ſub titulo: *Vom Vrſprunge und Herkommen der Stadt Torgau, Magdeburg 1552. 4. Weiſſenfelſæ* hodie Sedis Ducalis res conduxit IOANNES VVLPIVS in *ſonderbaren nüzlichen Gedæchtniſſe der Reſidenz-Stadt Weiſſenfelß, ibid. 1674. & 1708. 4. Wettinenſis* opiduli antiquorum dominorum memoria eſt illuſtris, ab iis enim hodierni Duces Saxoniæ deſcendunt, eam ex monimentis fide dignis erutam expoſuit CHRISTOPHORVS CELLARIVS, *filius, cuius Origines & Succeſſiones Comitum Wettinenſium vsque ad Saxoniæ Duces & Electores qui ab illis orti ſunt* prodierunt *Halæ 1697. 4.* eleganter ſcriptæ. *Wurzenæ*, Epiſcopalis quondam Miſnenſis Vrbis fata præclaris expoſita commentariis V. C. CHRISTIANI SCHOETTGENII, qui dedit: *Hiſtorie der Stiffts-Stadt Wurzen, Lipſiæ 1717. 8.*

§. XVIII.

Chronicon Citicenſe PAVLI LANGII in Tomo ſecundo PISTORII extat. De nomine *Cizæ* annotauit quædam LAVRENTIVS in *Monumentis Suevorum in Doringia p. 177-122.* Extat porro: ANDREAE FRIDELII *Apoſchediaſma hiſtoricum Cizæ Origines & incrementa vsque ad præſentem ſtatum delineans, Lipſiæ 1688. 4.* De *Numburgi* Epiſcopalis olim ciuitatis fatis quædam conſignauit ADAMVS GSCHWENDIVS in *Miſcellaneis Numburgicis, Numburgi 1717. 8.* V. S. R. IOANNES MARTINVS SCHAMELIVS *Numburgum literatum* dedit, *Lipſiæ 1727. 4. Merſeburgenſem* hiſtoriam illu-

ſtrauit

ſtrauit ERNESTVS BROTVFFIVS in *Chronico* ſuo *Merſeburgenſi*, quod germanice ſcripſit, adiecto catalogo epiſcoporum atque adminiſtratorum *Martisburgenſium*, *Lipſiæ 1606. f.* IOANNIS VVLPII *Fürtreſſlichkeit der Stadt Merſeburg*, edita *Quedlinburg 1700. 4.* in rebus antiquioribus ſæpius vacillat.

§. XIX.

In diſtrictu *Miſniæ* metallifero primaria vrbs eſt *Freyberga*. Scripſit carmine heroico de eadem vrbe IOANNES BOCERVS, *Lipſiæ 1553. 8.* cum auctario *Vlrici Groſſii ibid. 1577. 4.* & cum MICHAELIS HEMPELII *Libro de ſtatu Reip. Freybergenſis* anni *1588. Lipſiæ 1589. 8.* GEORGII FABRICII *Freybergi deſcriptio atque Annales a. 1564. collecti a M. Barth. Heiderich* publicati *Lipſiæ 1573. 8.* & ex editione *Georgii Wagneri* cum ſerie Collegarum Gymnaſii ab an. 1514-1709. *VVitteb. 1710. 4. 1717. 8.* Sed præſtat ſingulis ANDREAS MOLLERVS *in Theatro Freidburgenſi*, quo quæ obſeruatu digna diligenter conduxit, *Freybergæ 1653. 4.* Hic etiam Chronica Msta adlegat. LAVRENTII FLEISCHERS *geſchriebene Annales aus einem Thüringiſchen Chronico, darbey viele Geſchichten, ſo ſich zu Freyberg bis mit dem Iahr 1575. begeben, gedacht wird.* IACOBI FRANCKENBERGERS *Annales ab anno 1533. bis 1561.* WILHELMI HIRSCHVOGELS *kurtze Freybergiſche Annales ab anno 1552. bis 1580.* Eiusdem *Schrifftliche Verzeichnüs der Freybergiſchen Kirchen- und Schuldiener, welche vom Anfang der Reformation bis 1583. im Ambte geweſen.* IOANNIS KRÖNERS *Schrifftliche Verzeichnüs etlicher Freybergiſcher Grabſchrifften und Geſchichten von anno 1567. bis 1624.* GEORGII AGRICOLAE habemus *Dominatores Saxonicos Freibergæ ſ. enumeratio*,

merationem omnium Principum, Marchionum, Landgrauiorum Domus Saxonicæ, ſub quibus Freyberga fuit, Friburg 1611. 4. MICHAELIS HEMPELII *Beſchreibung der Churfürſtlichen Sæchſiſchen Begræbnüs-Capell, Freybergæ* 1619. 4. & præcipue DAVIDIS SCHIRMERI *Conditorium Saxonicum*, quo Mauſolea Electorum Saxoniæ deſcribuntur, *Freybergæ* 1619. 4.

§. XX.

Alias vrbes *metalliferi* diſtrictus præter *Albinum* ab aliis habemus deſcriptas. PAVLI IENISII *Annæbergæ, Miſniæ Vrbis Hiſtoria in duos Libros digeſta*, quorum prior Vrbis deſcriptionem, alter Annales exhibet *Dresdæ* 1605. 4. *Schneebergæ* origines & incrementa annotauit CHRISTIANVS MELZERVS *in Bergkleufftiger Beſchreibung der Stadt Schneeberg, ibid.* 1687. 4. quam orationibus pro concione ſacra dictis expoſuit ſtilo metallicis hominibus familiari. Iterum prodiit, ſub titulo: CHR. MELZERI *Hiſtoria Schneebergenſis renouata*, germanice, *Schneeberg* 1716. 4. cui variæ acceſſiones adiectæ. IOANNIS RIVII quidem breuis elegans tamen eſt *Mariæbergi Deſcriptio, excuſa Lipſiæ* 1541. 4. a F. STRVNZIO paucis annotationibus illuſtrata & cum eiusdem Pagorum *Niſani & Daleminci* expoſitione edita *VVittebergæ* 1714. 4. Ad hiſtoriam *Zuickauienſem* facit LAVRENTII WILHELMI *Deſcriptio vrbis Cygneæ*, germanice facta & edita *Zwickauiæ* 1633. 4. Sed præſtant TOBIAE SCHMIDTENS *Chronica Cygnea, vernaculo itidem ſermone, Zwickauiæ* 1656. 4.

§. XXI.

§. XXI.

In *Thuringica Hiſtoria* plura occurrunt literaria monimenta, quæ vel *Geographiam* vel *Hiſtoriam* continent. Vtrumque continetur *in denen Merckwürdigen und auserleſenen Geſchichten von der berühmten Landgrafſchafft Thüringen, 1684. 4.* Auctor eſt PFEFFERKORNIVS, Superintendens Tonnenſis, atque magna cura non antiquitates ſolum, ſed etiam recentiora, & quæ maxime notabilia Landgrauiatus Thuringiaci deſcribit. Reperimus autem in hoc ſcripto ſitum & naturalia, mores incolarum, politiam, commercia, Dominos, horum geſta, Comites, nobiles atque alia ſingulari induſtria expoſita. Quum autem *Pfefferkornius* in aliquibus narrationibus e. gr. de Ioa. Friderico II. liberius & minus prudenter ſcripſiſſet, folia quædam exciſa fuerunt, nouo præfixo titulo qui annum 1685. 4. præfert. Inprimis ad hanc claſſem pertinet IOANNIS CHRISTOPHORI OLEARII *Rerum Thuringicarum Syntagma, Francofurti 1704. 4. & Pars II. ibid. 1707. 4.* quibus continentur deſcriptiones plerarumque Vrbium Thuringicarum, quas pro ordine alphabetico digeſſit, has inter vtramque paginam faciunt illæ, quas antea ſeparatim ediderat ANDREAS TOPPIVS, ad quas hinc inde varias adnotationes adiecit rerum patriarum ſtudioſus, quasque pluribus tomis continuare promiſit Olearius. WOLFFGANGI HEIDERI lectu dignæ, ob ſingulares obſeruationes ſunt *Orationes IV. de Thuringia*, quæ in *Vol. II. Orationum* viri, *p. 1064 1232.* extant. Antiquitates chorographicas inueſtigauit MARTINVS CHRISTOPHORVS LAVRENTII cuius *Monimenta Romanorum per Thuringiam* cum Mappis 2. geographicis, *Gothæ 1704. 4.* editæ multum ingenii oſtendunt.

Vtiles

Vtiles ſunt compilationes quas in hoc argumento ex variis chronicis libris conduxit diligens ille MELISSANTES ſiue vero nomine I. G. GREGORII, cuius *alte Thüringiſche Chronica, oder Beſchreibung der Stædte &c.* ordine alphabetico digeſta prodiit, *Lipſiæ 1715. 8. Francof. & L. 1725. 8.* & *Arnſtadii 1729. 8.* Eiusdem: *curiœſe Beſchreibung der Berg - Schlœſſer in Teutſchland*, duabus Partibus *Francofurti 1715. 8.* varia caſtra Thuringiæ ſimul deſcribit, fit & mentio locorum & caſtrorum celebrium huius Prouinciæ in EIVSDEM *Schau-Plaz denckwürdiger Geſchichte auf welchen die Erbauung und Verwüſtung vieler berühmten Stædte, Schlœſſer, Berg - Veſtungen, Stammhæuſer præſentiret wird, Leipzig 1713. 1720. 8.*

§. XXII.

Thuringicarum Vrbium deſcriptio & hiſtoria inſigne Hiſtoriæ omnis Prouinciæ ſubſidium præbet. Inter eas prima & princeps eſt *Erfurtum.* Plures de ea ciuitate extant Libri Chronici MSCti quos *Bibliotheca* indicat *Kreyſſigiana p. 396.* ex editis notanda: IOANNIS HVNDORPII *Encomion Erfurtinum, d. i. Beſchreibung aller denckwürdigen Stücke der Stadt Erfurt, mit einem Catalogo Conſulum von 1500. bis 1650. item Rectorum & Profeſſorum Gymnaſii, Erfurti 1651. 4.* EIVSD. porro extat: *Continuatio Encomii Erfurti, ibid. 1651. 4.* Vtrumque vero recuſum in OLEARII *Syntagmate Rerum Thuringicarum P. II. p. 46. 55.* Ad ſpecialia faciunt IOANNIS REHEFELDII *dubia de primis Erffordienſis Academiæ Natalibus, indubia vero de iisdem documenta cum nonnullis Rectorum, tum Doctorum ibidem creatorum indiculis, Erfurti 1634.* IOANNIS HARPRECHTI *Halcyonium Euangelico - Erphordiacum, ſ. Euangeliſche veſte Burg und beſchütz-*

beſchütztes Wæchterhaus, ſo nechſt Gœttlicher Hülffe von Kayſern, Churfürſten und E. Hochw. Rath in Erfurt bis 1662. in ſaluo erhalten, von der Reformation an des ſel. Herrn Lutheri cum ſyllabo Imperatorum, Electorum Moguntinorum, Saxonicorum, Conſulum Quatuoruirorum, Paſtorum &c. bis 1692. Erfurti 1662. 4. Præſtat vero IOANNIS MAVRITII GVDENI *Hiſtoria Erfurtenſis ab V. C. vsque ad ſua tempora libris IV. deſcripta, Duderſtadti 1675. 8.* atque in IOANNIS *Scriptorum Rerum Moguntinarum T. III. p. 121-280.* licet in rebus antiquioribus non ſemper fidem mereatur, ideoque notata a *Sagittario.* Idem fecit ANONYMVS, ſiue IOANNES MICHAEL WEINRICHIVS Rector poſtea Meinungenſis in *Nachricht von der Stadt Erffurt, Francof. & Lipſiæ 1713. 8.* quam ex præclaris repetiit ſubſidiis, quæ tamen parum grata fuit Moguntinis, quum Iura Sereniſſimæ Domus Saxonicæ in vrbem agrumque aſſeruiſſet. ANONYMVS alter, haut ita pridem editis *Analectis CisRhenanis, Erfurti 1739. f.* formis expreſſis inſeruit iis: *Synoptiſchen Inhalt von denen allermerckwürdigſten Politiſchen Geſchichten der Stadt Erffurth, aus den mittlern und neuen Zeiten,* cui Pacta de rebus & finibus Erffurtinis inter Electorem Moguntinum & Domum Saxonicam de annis 1665 1666. 1709. & 1719. addita. De turbis in hac Vrbe a. 1509. *ſeqq.* excitatis legatur EBERBACHS *Hiſtoria von der Erfurtiſchen Aufruhr 1509. ſeq.* in HORNII *Hand-Bibliothec von Sachſen P. II. p. 159. 193.* De *Vinaria* Ducum Saxoniæ Erneſtinæ ſede extat Oratio CASPARIS BONIFACII, *Ienæ 1595.* 4. Addatur IOA. CHRISTIANI CELII, quæ titulum præfert: *Laus Vinariæ depicta atque deſcripta, Wimariæ 1602. 4.* atque *germanice* verſa in OLEARII *Syntagmate Rerum Thuring.* P. II. p. 251. 254. conf.

etiam *p. 238-249.* Singulari diligentia conquiſitæ GOTTFRIED ALBIN WETTENS *Hiſtoriſche Nachrichten von der berühmten Reſidenz-Stadt Weimar*, cuius Pars *Prima Weimar 1737. 8.* Pars *altera Ienæ 1739. 8.* editæ cui & deſcriptiones Palatiorum Ducalium oppidorum ceterorum Ducatus Vinarienſis cum primis *Buttelſtadii & Ilmenauia*, atque laudatæ iam *Bonifacii & Celii* Orationes acceſſerunt. *Iſenacenſis* celebris Vrbis fata optime deſcripta ſunt in CHRISTIANI FRANCISCI PAVLLINI *Hiſtoria Iſenacenſi*, quæ extat in eius *Syntagmate Rer. & Antiq. German. Francofurti 1698. 4.* a *p. 1.* ad *274.* adde varias curioſasque Viri obſeruationes, quæ proſtant in ipſius *Zeitkürzenden erbaulichen Luſt P. I. th. 126. p. 749. & P. II. theſ. 196. p. 1128-1134. th. 200-203. p. 1164-1244.* ANDREAE TOPPII breuis *Hiſtoria Iſenacenſis* extat in OLEARII *Syntagm. Rer. Thuringicar.* P. I. *p. 56-73. Chartas* quasdam ad Iura ciuitatis pertinentes reperias in STRVVII *Hiſtoriſch-Politiſchem* ARCHIV *P. III. p. 278. 302.* ANONYMI quoque cuiusdam extat *Staat des Fürſtenthums Eiſenach*, cui adiectæ ANDREAE TOPPII *Hiſtorie der Stadt Eiſenach*; & IOA. MICHAELIS KOCHII *Beſchreibung des Schloſſes Wartburg, Eiſenach 1710. 8.* Annotata quædam ad *Creuzburgenſis* Oppidi fata lege in PAVLLINI *Zeitkürzenden erbaul. Luſt c. 123. p. 628-694.* De *Alſtedo*, *Palatio* olim Regum Germaniæ nunc ciuitate municipali egregie exponunt CASPARIS SAGITTARII *Antiquitates Alſtetenſes & Palatinatus Saxonici, Ienæ 1987. 4.* quibus coniungendæ ſunt eæ Antiquitates Alſtetenſes, quas IOA. GEORGIVS LEVCKFELDIVS addidit *Hiſtoriſcher Beſchreibung von dem Ciſtertienſer Kloſter S. Georgii zu Kelbra, Leipzig 1721. 4.* Ineptus eſt libellus rudibus verſibus expoſitus ERNESTI STOCKMANN *Alſtædtiſche kleine Chronicke,*

cke, Stollberg 1708. 8. De *Iena* celebri Muſarum ſede optimè promeritus fuit ADRIANVS BEIERVS, cuius primum prodiit: *Syllabus Rectorum & Profeſſorum Ienæ in ſtudio Generali; Iudicum in Iudicio prouinciali, Ordinariorum in Facultate Iuridica, Paſtorum & Diaconorum in templo, Ienæ 1659. 12.* Germanico idiomate poſtea editus Eiusdem *Geographus Ienenſis oder Abbildung der Ieniſchen Gegend &c. Ienæ 1665. 8.* & ex auctiore editione *1672. 8.* quo ſitum vrbis, origines, pagos, vicos, oppida & arces circumiacentes, fluuios, fontes, montes, valles agros, hortos & vineta curioſe diligenterque deſcribit. Secutus eſt eiusdem *Architectus Ienenſis, Ienæ 1675.* & auctior *1672. 8.* ex quo notitiam omnium ædificiorum publicorum, murorum, fororum, templorum aliorumque cum induſtria haurimus. Promiſit quoque: *Magiſtratum Ienenſem, Eccleſiaſtem Ienenſem, Plantatorem Vniuerſitatis Ienenſis, Rectorem Vniuerſitatis Ienenſis, Profeſſorem Vniuerſitatis Ienenſis, Promotorem Vniuerſitatis Ienenſis, Chronicon Ienenſe, Calendarium ſeu Diarium Ienenſe,* atque *Athenas Salanas* VII. Tomis diſtinctas, quæ elaborata ex parte reperiuntur iam in Bibliotheca Academiæ Ienenſis ab heredibus redemta. CASPAR quoque SAGITTARIVS de Ienenſi Academia præclare meritus conquiſiuit & edidit *Monumenta Templi Ienenſis Academici, Ienæ 1685. 4.* & adiectis *Epitaphiis ibid. 1720. 4.* De *Ienæ laudibus* extat Oratio SALOM. IVSTI HORSTII, *Ienæ 1665. 4.* Vir. Cel. MARTINVS SCHMEIZELIVS multa induſtria elaborauit *Chronicon Ienenſe*, cuius ſumma capita legi poſſunt in EIVSD. *Abriß zu einem Collegio über die Hiſtorie der Stadt und Vniuerſitæt Iena, Ienæ 1728. 8. Gothana* Vrbs cum Arce deſcripta a IEREMIA WITTICHIO *in Geographia metrica Gothæ, Grimmenſteinæ, bodie Fridenſteinæ,*

vrbis & arcis Thuringiæ illuſtris, *Erfurti 1661. f.* atque in OLEARII *Syntagmate Rer. Thur. P. I. p. 133-157.* carmine heroico quoque extat I. CH. *Hiſtoria Arcis & Aulæ Fridenſteimianæ* cum annotationibus, *Muhlbuſæ 1655. 4.* HVBERTI LANGVETI *Hiſtoria captæ vrbis Gothæ*, prodiit *1568. 4.* atque in Schardii Tomo quarto extat. Laudanda præ cæteris eſt induſtria CASPARIS SAGITTARII, cuius *Hiſtoria Gothana plenior*, cum ſupplementis WILHELMI ERNESTI TENZELII prodiit, *Ienæ 1700. 4.* Ediderat quidem SAGITTARIVS *Memorabilia hiſtoriæ Gothanæ*, *Ienæ 1688. 4.* quæ plenius poſtea illuſtrare adgreſſus initium imprimendi propriis ſumtibus faciens, ſed fato præuentus non abſoluit. Academia noſtra ex aſſe hæres, rem commiſit *Tenzelio*, vt opus ſuppleret, & pro lubitu continuaret. Hic etiam ex ſchedis Sagittarianis non ſolum cœptum opus abſoluit, ſed etiam bina addidit ſupplementa. Primum continet CONRADI MVTIANI Rufi, Canonici quondam Gothani, ac inter primos litterarum reſtauratores celeberrimi, *Epiſtolas* plerumque ineditas, *carmina & elogia*, *Ienæ 1701. 4.* Secundum *de vario arcis vrbisque ſtatu ab origine vsque ad noſtra tempora*, multis diplomatibus figurisque æneis diſtinctum, nec pauca conferens ad totius Germaniæ, Thuringiæ præſertim, Miſniæque omnigenam Hiſtoriam illuſtrandam, *Ienæ 1701. 4.* Subſequuta obſtetricante ſummo Viro ERNESTO SALOMONE CYPRIANO W. E. TENZELII *Supplementi II. Sectio II.* ab anno *1440.* ad *1700.* cum editoris Præfatione, *Ienæ 1716. 4.* eodemque anno *Supplementum III.* quo continentur: IOA. DINCKELII Oratio de *M. Cyriaco Lindemanno Gothæ Rectore*; & *Spicilegium clarorum literis Gothanorum vsque ad Seculum XVII.* tum tres *Epiſtolarum*

Myco-

Myconiarum Decades; & *Supplementum IV.* ſiue *Gothardi Abbatis Hersfeldenſis Vita & Miracula,* ex Actis Sanctorum Antwerpienſibus, cum *Henſchenii* notis. *Ienæ 1716. 4.* Extat in STRVVII *Hiſtor. Politiſch. Archiv P. IV. p. 265-287.* Expoſitio: *Von der Stadt und Veſtung Gotha, auch Zugehœrungen,* & in eadem *Sylloge P. V. p. 244-280. Beſchreibung der Stadt Gotha, wie ſie ſich a. 1681. befunden,* reperitur. Varias res Vrbis, Principatusque, quas notatu dignas putabat compilauit HENRICVS RVDOLPHVS HEYDENREICH, cuius *Annales vom H. Rœm. Reich beſonders vom Fürſtenthum Gotha und deſſen Reſidenz-Stadt von an. 1665. ad 1690.* editi *Gothæ 1721. 4.* Et Vrbis & Principatus copioſa notitia peti poteſt ex FRIDERICI RVDOLPHI & IOANNIS BASILII *de* GLEICHENSTEIN *Gotha Diplomatica, ſiue ausführlichen Beſchreibung des Fürſtenthums Sachſen Gotha, Franckfurt am M. 1717. 2. Voll. cum 100. fig.* partim æneis & 100. tabulis Genealogicis. Quo opere præfecturæ, oppida, Nobilitas Landſaſſica & horum Familiæ deſcribuntur, variæque chartæ, diplomata, mandata, ſunt inſerta. Reformationis in hac vrbe factæ initia & alia memorabilia peti poſſunt ex FRIDERICI MYCONII *Hiſtoria Reformationis* ab an. 1517. vsque 1542. quam cum eruditiſſima Præfatione ex auctoris autographo edidit vir ſumme venerabilis ERNESTVS SALOMO CYPRIANVS *Gothæ 1715. 8. Weiſſenfelſenſes* Albertinæ Proſapiæ Duces inſignem *Thuringiæ* partem tenent in qua *Salza* ſiue *Langen Salza* vrbs ſita, de cuius fatis quædam annotauit IOANNES GEORGIVS ERBSTEIN *im Hiſtoriſchen Denckmahl der Stadt Langen Salza 1715. 8.* atque ADOLARII ERICHII Carmen germanicum de hac Vrbe in OLEARII *Syntagmate Rer. Thuring. P. II. p. 111-124.*

Lauchenſis oppidi memoriam inſtaurauit, qui patria Lauchenſis erat GODOFREDVS RÜHLMANNVS libello inſcripto: *Von Vrſprung, Wachsthum und Verbeerung der Hochfürſtl. Saechſ. Weiſſenfelſiſchen Stadt Laucha, Lipſiae 1703. 4.* *Sangerhuſanae* Vrbis & viciniae *Chronicon*, quod conſcripſerat CYRIACVS SPANGENBERGIVS, editum in C. G. BVDERI *Sammlung verſchiedener ungedruckter Schrifften* P. I. *p. 295.* Extat porro CHR. VOLCKELII Oratio *de Vrbe Sangerhauſen 1678.* & in OLEARII *Syntag. Rer. Thuring. P. I. p. 306-313. Conſ. P. II. p. 218-227.* Multa libertate ſcripta SAMVELIS MÜLLERI *Sangerhaeuſiſche Chronica*, ab V. C. ad an. 1639. quae quum per tempus delituiſſet formis licet impreſſa, exempla quaedam praefixo demum titulo edita *Lipſiae* ſiue potius *Ienae 1731. 4.* ANDREAS vero TOPPIVS compoſuit *Beſchreibung der Staedte Weiſſenſee, Kindelbrück und Strausfurth, Erfurti 1662. 4.* & iterum in OLEARII *Syntagm. Rer. Thuring. P. II. p. 227-230.* Addantur quae de oppidulo THAMSBRÜCK extant apud EVNDEM *P. II. p. 230. 238.* De *Tennſtadio* Ciuitate in Thuringia Electorali Saxonica, quae TOPPIVS conſignauit proſtant in OLEARII *Syntagm. R. T.* P. I. *p. 338-347.* Copioſius vero eandem & quae memoranda ſunt expoſuit IOHANNES GOTTFRIED GREGORII *in Hiſtoriſcher Nachricht von Tannſtadt, Erffurt 1711. 8.* cui adhaeret ANDR. TOPPII Narratio de conditis huius Vrbis moeniis. Sunt quoque reliquae Ciuitates aliae *Thuringicae*, quae olim quod ad vtilitates & eximia quaedam iura Praelatorum & Comitum fuere, hodie vero partes Landgrauiatus. Talis *Salfeldia*, de qua SYLVESTER LIEBIVS copioſe ſcripſit in *Saalfeldiographia*, quae tamen nondum typis eſt excuſa. Latent & aliorum doctiſſimorum virorum de hac

de hac vrbe commentationes manu adhuc exaratæ. Conferri poſſunt *Saalfeldiſche Hiſtorien* in B. STRVVII *Hiſtoriſch-und Politiſchem Archiv* P. II. *p.51-126. Græfenthalenſis* oppidi, commemorabilia olim conquiſiuit B. G. STRVVIVS Diſſ. cui titulus: *Prodromus Hiſtoriæ Græfenthalenſis, Ienæ 1715. 4.* adde *Græfenthaliſche Nachrichten* in B. Viri *Hiſt. und Polit. Archiv* P. II. *p. 127-156.* Caſtrum *Kirchberg* in excelſo ad Iena monte olim ſitum, nunc plane exciſum cum Dynaſtia tenuere *Kirchbergici* Comites, de quibus extat WERNERI HACKII *Chronicon de Comitibus Templimontanis vulgo Kirchberg*, quæ variis literis notisque aucta & illuſtrata a *C. F. Paullini* in ipſius *Syntagm. Rer. Germ. p. 325. 364.* proſtant. Latent & multæ de hiſce Comitibus Hiſtoriæ MSCtæ, quæ Dn. *Kreyſigius p. 369.* indicat. De arce iam diruta *Lobdeburg* & huius quondam dominis exquire *Nachricht von den Grafen von Lobdaburg* in STRVVII *Hiſt. und Polit. Archiv P. II. p. 342-373. Orlamündenſis* oppidi & Comitatus olim inſignis quædam notabilia inuenies in excitata iam *Struviana Sylloge P. II. p. 127. 150.* qui ibi Antiſtes ſacrorum erat B. CHRISTIANVS HENRICVS LOEBERVS *Indiculum Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ ad InſpectionemOrlamundanam pertinentis* primum ediderat *Ienæ 1689.4.* qui auctior inde editus, præfixo titulo: *Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Ephoriæ Orlamundanæ, Ienæ 1702. 8. Gleichenſis* inclitæ Arcis & celebris Comitatus res ſolertiſſime inueſtigatæ ex diplomatibus & chartis indefeſſo ſtudio CASPARIS SAGITTARII, cuius labores poſtumos in lucem produxit ſummus Vir ERNESTVS SALOMO CYPRIANVS, qui edidit B. Viri: *gründliche und ausführliche Hiſtoriam der Graffſchafft Gleichen* ex archiuis deductam, *Franckfurt am Mayn 1732. 4.* quæ ſimul

 multum

multum lucis omni Hiſtoriæ Thuringiacæ & illuſtrium cum primis Familiarum attulit. *Diplomata LV. res Comitum Glichenſium* ab an. 1217. ad 1508. illuſtrantia, ex hac *Sagittariana* Hiſtoria decerpta ediderat MENCKENIVS *S. R. S. T. I. p.* 533. 582. Extant quoque tales *Glichenſium* Comitum res attinentes Chartæ in STRVVII *Hiſtoriſch Polit. Archiv* P. III. *p.* 246-254. Ante huius labores ſcripſerat LAVRENTIVS PECCENSTEINIVS *Gleichiſche Chronica, worinnen der Graffen von Gleichen, Spiegelberg und Pyrmont, Herren zu Tonna Ankunfft von Anno C. 450. angezogen, Iena 1607. f.* & in ipſius *Theatro Saxonico* P. I. *Obſeruationes Hiſtorico-Genealogicas de Comitibus Glichenſibus*, ex CASP. SAGITTARII Lectionibus priuatis MSCtis de Statu præſente Imperii Germaniæ a. 1681. exeunte & an. 1682. ineunte recitatis excerptas edidit FELLERVS *Monumentis ineditis p.* 629-634. Compara *Erleuterung in Genealogicis von Gleichen* in MÜLLERI *Staats-Cabinet III. Oeffnung p.* 257-270. & OLEARII *Syntagma Rerum Thuring. P. II. p.* 69. 81. Stemma *Glichianorum* Comitum vide in HENNINGES *Theatro Genealogico P. IV. p.* 321-332. adde HELLERI *Thüringiſcher Merckwürdigkeiten III. Samml. p.* 189. 215. *V. Samml. p.* 346-349. De *Ludouico* Comite *Glichenſi* bigamo, appellato extat breuis commemoratio HENRICI CHRISTIANI *de* GRIESHEIM *Beſchreibung der langwierigen Gefængniß Ludwigs Grafens zu Gleichen, Erfurt 1642. f.* & Pſeudonymi AMINDOR *Thüringiſcher* ROBINSON *oder Ludewigs Grafens von Gleichen beſondere Avanturen, 1725. 8.* De *Ordruſio* parte Comitatus *Glichenſis* extant IEREMIAE WITTICHII *Geographia metrica Ordruuii Thuringiæ, Erfurti 1660. f.* atque in OLEARII *Syntagmate Rerum Thuringicarum*

carum P. I. *p. 278-286.* adde P. I. *p. 270-286.* IOAN. vero ZACHARIAE GLEICHMANNI *Merckwürdigkeiten von Ohrdruff* exquire in HELLERI *Merckwürdigkeiten von Thüringen Erſten Sammlung* p. 53-67. De *Tonna* confer. in OLEARII *Synt. Rer. Thur. P. I. p. 347-354.* ex *Toppio* decerpta.

§. XXIII.

De origine *Thuringorum* diuerſi fuerunt commentati extat enim IOANNIS IVSTI WINCKELMANNI *gründlicher Bericht und Beweis von Vrſprung und Anfang der Thüringer, Bremen 1694. 8.* Hos autem a Doriis, Græciæ populis deducere voluit atque varias migrationes explicat. Secuta: *wiederholter Beweiß, daß das Thüringer Land keinesweges den Nahmen von dem Gothiſchen Abgott Thorone herführen kœnne, Bremen 1694. 8.* Ingenioſæ ſunt MARTINI CHRIST. LAVRENTII *origines Doringicæ, ſeu Monumenta Sueuorum in Doringia* cum Mappa Geographica, *Naumburgi 1706. 4.* Lectu digna, cum Programma GVIL. HIERONYMI BRVCKNERI *de Origine Thuringorum, Ienæ 1709. 4.* tum FRIDERICI ZOLLMANNI erudita Obſervatio de *vera origine Thuringorum,* cum Tabula Geographica *Thuringiæ antiquæ,* quæ extat in *Miſcellaneis Lipſienſibus, T. XI. Obſerv. 230. p. 251-279.* idem vir eruditiſſimus ſcripſit: *Graffſchafft Thüringen beym Rhein, Vrſprung der Thüringer, und von alten Rœmiſchen Monumenten Pfolgraben genannt,* quæ tamen typis nondum excuſa. De *conuerſione Thuringorum* ad fidem Chriſtianam, admixtis variis obſeruationibus ad res Thuringorum ſequentes expoſuerunt: CYRIACVS nimirum SPANGENBERGIVS produxit librum cui index: *Bonifacius oder Kirchen-Hiſtorie* ſiue *Bericht wie es um die Religion in Thüringen, Heſſen, Francken und*

Beyern von a. 714. bis 755. geſtanden, Schmalkalden 1603. 4. idem argumentum habent, ſed ſparſim STEPHANI WEBERI *XIV. Hiſtoriſche Predigten von Bekehrung der Teutſchen und Thüringer, wie auch der Stadt Ordruf, Ienæ 1606. 4.* Præcipuæ autem ſunt CASPARIS SAGITTARII *Antiquitates Gentiliſmi & Chriſtianiſmi Thuringici, Ienæ 1685. 4.* adde Obſeruationes quasdam: *Von dem Zuſtand der Religion in dem Thüringiſchen Heydenthum* in HELLERI *Thüring. Merckwürdigkeiten p. 451-468.* Ceteros Scriptores de *Bonifacio* Thuringorum Apoſtolo ex parte ſupra Cap. XVI. §. XXVIII. recenſui. Miſcellam *Thuringiæ* omnis Hiſtoriam exponunt, vel partes quasdam illuſtrant ſequentes: MARCVS WAGNER diligens antiquarum rerum inveſtigator dedit *Thuringer Kænigreichs, das vor und nach Chriſti Geburt in pagos eingetheilet geweſen, gegründeten Auszug, Ienæ 1593. 4.* Laudanda eſt auctoris induſtria, qui perquiſitis bibliothecis, ad hoc ſcriptum variis monumentis vſus fuit, neque tamen ad illuſtrandas antiquitates, eas doctrinas adferre tum potuit, quæ ſunt omnino neceſſariæ. Huc pertinent vulgares Thuringiæ Chronici libri, quibus varia fabuloſa & res ſæpe nauci inſertæ ſunt nimirum: ZACHARIAE RIVANDRI *Düringiſche Chronic, von Vrſprung und Herkommen der Düringer, auch allen ihren fürnehmſten Geſchichten und Thaten, ſo ſich bis auf unſre Zeit begeben ad annum 1567. Francof. 1581. 8. & 1596. 8.* IOANN. BECHERERS Rectoris Mühlhuſani *Thüringiſche Chronic, Mühlhuſii & Francofurti 1601. 4.* multa huic, vt & in ſequentibus admixta aliena. FRIDERICI SCHMIDTS Paſtoris Mega-Beringenſis & IOHANN BANGENS *Thüringiſche Chronica von der Welt Anfang bis auf dieſe Zeit, Mühlhauſen 1599. 4.* Collectaneis Schmidtianis, Bangius vetus vulgare Chronicon abs ſe repertum

pertum admiſcuit, ſed pauciſſima hoc libro ſunt Thuringica. IOHANNIS quoque BINHARDI *newe vollkommene Thuringiſche Chronica* a nato Chriſto ad a. 1613. *Leipzig 1613. 4.* quæ ſuperioribus duobus melior videtur. Sunt tamen in hiſce omnia plena errorum, nec hiſtoria nec chronologia accurata, aut quæ ſcripſerunt probata. IOANNES porro IXENSCHMIDIVS dedit *Deſcriptionem hiſtoricam Thuringiæ*, in qua de gentis origine, regno, Comitibus & Landgrauiis, vsque ad Henricum VI. quo ad Vlmam ſagitta traiecto Thuringia ab Haſſia auulſa ad Marchiones Miſniæ eſt deuoluta, deque inclytæ vrbis Erfordienſis exordio & incremento breuiter tractatur, & id quidem carmine, *Erfurti 1597. 4.* In STRVVII *Hiſtor. & Polit. Archiv P. II. p. 251-272.* extat: *alter Bericht von Bekehrung, Gerichten, Grænzen und Abtheilungen des Landes zu Thüringen*, quæ ex Chronico vetuſto deſcripta. Præcipue vero æſtimandi hac in parte veniunt labores CASPARIS SAGITTARII, verſatiſſimi & maxime induſtrii antiquitatum Thuringicarum & Germanicarum indagatoris, qui & ſubſidia ex archiuis accepit. Primum edita eſt ſpeciminis quaſi loco & vt excitaret qui præſidia præbere poſſunt *Epiſtola de antiquo ſtatu Thuringiæ ſub indigenis, Francorum, Germaniæque Regibus, vt & Ducibus, Comitibus, Marchionibus vsque ad ortum Landgrauiorum, ad Ioannem Schilterum, Ienæ 1675. 4.* qua etiam in multis *Gudeni* hiſtoriæ Erffurtenſi contradicit. Sed cum hæc erudita quidem eſſet, ſed breuis, plenius hæc deduxit *in Antiquitatibus Regni Thuringici, Ienæ 1685. 4. germanice* editis, quibus omnem Thuringorum hiſtoriam, ſtatumque qui fuit ſub Regibus, eruditiſſime explicat. Acceſſit PETRI ALBINI, *Hiſtoriæ Thuringo-*

ringorum nouæ ſpecimen, quod ille primus ex MSCto protulit. Secutæ ſunt eiusdem *Antiquitates Gentiliſmi & Chriſtianiſmi Thuringici, Ienæ 1685. 4.* quibus potiſſimum de *Bonifacio*, primis epiſcopatibus & conuerſione Thuringorum agit, quam longe ante Bonifacium factam demonſtrat. His ſucceſſere *Antiquitates Ducatus Thuringici*, *Ienæ 1688. 4.* Quibus ex hiſtoriis probat, poſt interitum regni Thuringici exortos fuiſſe Duces, ſtatum regiminis ſub Imperatoribus Francicis, diviſionem in pagos & centenas exponit, & quæ ſunt ſimilia alia. Hæc igitur Scripta in antiquiori Thuringiæ hiſtoria maximum momentum præbent, cum non ex editis ſolum ſua congeſſerit, ſed ex authenticis monumentis & variis chronicis MSCtis, quæ ſtupenda fere induſtria hinc inde conquiſiuit. Plura viri celeberrimi ad eandem Hiſtoriam adhuc extant Manuſcripta, *Antiquitates Landgrauiatus Thuringici* ab anno 1130. vsque ad 1247. *Antiquitates Marchionatus Thuringici* ab anno 912. vsque ad 1125. & ſimul de fundatione monaſterii S. Pauli Cellenſis huiusque Abbatibus. *Antiquitates Comitatus Thuringici* ab anno 1023. vbi vita Ludouici Barbati vsque ad 1055. *Vita Ludouici filii*, vsque ad 1114. *Hiſtoria Cœnobii Reinhardsbornenſis* ab anno 1080. vsque ad 1521. *Hiſtoria Cœnobii Oldislebenſis*, ab anno 1089. vsque ad 1519. *Abſonderliche Abhandlung der Thüringiſchen Graven und Herrſchafften*, quæ ex teſtamento b. viri cum aliis eiusdem manuſcriptis adſeruata a IOANNE ANDREA SCHMIDTIO, poſt ipſius mortem vero, publica auctione diuendita atque adeo in variorum manus delata, quod non volueràt B. *Sagittarius*, digna omnino quæ lucem adſpiciant publicam.

§. XXIV.

§. XXIV.

De *Marchionatu Thuringiæ* præclaras dederunt obſeruationes IOANNES GEORGIVS REINHARDVS cuius *Antiquitates Marchionatus vt & origines Landgrauiatus Thuringiæ, Dresdæ 1713. 4.* editæ, de ſtatu eorundem ſub Hermanno I. & II. Comitibus Vincenburgicis exponunt. Conferri poteſt ſumme venerabilis Viri VALENTINI ERNESTI LOESCHERI *Exercitatio de duplici Marchia Thuringorum*, quæ extat in *Analectis meliorum literarum T. I. p. 295-320.* De primis originibus *Comitum Thuringiæ* curioſas annotationes lege in PAVLLINI *Zeitkürzenden erbaulichen Luſt P. II. th. 197. & 198. p. 1134. 1153.* Ad Hiſtoriam Landgrauiorum faciunt *Hiſtoria Erphesfordienſis* Anonymi ſcriptoris *de Landgrauiis Thuringiæ* apud *Piſtorium. Breuior notatio de vita, nuptiis, liberis & obitu veterum Landgrauiorum Thuringiæ*, ex vetuſtiſſimo libro deſcripta. *Genealogia omnium, qui vnquam fuerunt Thuringiæ & Haſſiæ Landgrauiorum.* HORNII *Hand-Bibliothec von Sachſen P. V. p. 465-478.* inſerta eſt: *Cronica wie die Landgrauen von Dœringen ſich erſt erhuben und uffkommen ſindt*, quorum ſeriem indicat ad *Fridericum* vsque *Placidum* & fratrem *Wilhelmum.* Primi in Thuringia Comitis, Familiæ Landgrauiorum ex Carolingis vt eruditorum quidam adſerunt conditoris *Ludouici Barbati* res a doctiſſimis viris noſtro æuo curioſe inueſtigatæ. Huc pertinet PETRI *de* CERVASIO ſiue NICOLAI HIERONYMI GVNDLINGII *wahrſcheinliche Nachricht von dem Geſchlecht und Vrſprung Graf Ludewigs von Thüringen mit dem Bart*, quæ inſerta eſt *der neuen Hælliſchen Bibliothec Parti XXII. p. 146.* Ex *Carolingis* ortum eiusdem deduxit V. C. IOANNES ADOLPHVS HARTMANNVS *Oratione de Ludo-*

Ludouici Barbati primi Thuringiæ & Haſſiæ Landgrauiorum patris natalibus, rebusque geſtis, quæ annexa EIVSD. *Hiſtoriæ Haſſiacæ,* editæ *1726. 8.* Parti primæ. *Ludouici* huius *Originem Carolingico-Francico Staufenſem in Floribus ad Hiſtoriam Germanicam & Gallicam ſparſis,* quæ *Selector. Iuris & Hiſtoriar. T. III. p. 98.* comparent, oſtendit ICtus literatiſſimus HENR. CHRISTI. SENCKENBERGIVS, qua doctiſſima expoſitione ſimul ſcriptores recenſet qui de originibus & ſtirpe hac fuerunt commentati. Ab *Ottone* Conradi I. Regis Germaniæ fratre, deduxit Vir Celeb. IOA. GEORGIVS ESTOR, *Analector. Haſſiacor. P. II. p. 358. & P. VII. p 137.* qua legitur *wahrſcheinlichſter Vrſprung und Abſtammung der alten Grafen von Heſſen.* Ex ſorore *Conradi Salici* Imp. ortum *Ludouicum* putauit Pſeudonymus PETRVS *de* ADVOCATIS, *Cogitationibus de Aduocatia Principum Haſſiæ Fuldenſi Analector. Haſſiæ P. III. p. 209.* Compara omnino quæ eruditiſſimus Vir IOANNES PHILIPPVS KVCHENBECKERVS obſeruauit Præfatione *Collectioni VII. Analect. Haſſ.* præmiſſa. *Ludouici II. Salii* ſiue *Saltatoris,* fata vulgariter compilauit IOANNES VVLPIVS in *Hiſtorie Ludwig des Springers zweyten Grafens in Thüringen, Altenburg 1713. 4.* Sed coniungenda omnino CONRADI FRIDERICI REINHARDI *Commentatio in qua Fabula de Ludouici II. Thuringiæ Comitis ex arce Gibichenſteinenſi ſaltu indeque tributo ipſi cognomento Salii, vulgo Springers refellitur, Halæ & Lipſiæ 1726. 4.* Conferatur V. C. HEVMANNI *Pœcile T. II. L. IV. p. 524. 533.* Vltimi huius proſapiæ *Landgrauii* & artibus Papæ electi in Regem Romanorum res curate complexus CASPAR SAGITTARIVS *gründlichen Bericht von Landgraff Henrichen in Thuringen Römiſchen Königs-*

Kœnigswahl, *Ienæ* 1692. 4. & in ECCARDI *Hiſtoria Genealogica Principum Saxoniæ Superior. p.* 467. 488. De *Henrici* huius *Raſponis cognomine* vide HEVMANNI *Pœcile T. II. L. IV. p.* 533. 538. add. CASPARIS HENRICI HORNII Programma de *Titulo Procuratoris Germaniæ Henrici Raſpe, Wittebergæ* 1711. 4. De *Ludouici S.* Landgrauii Thuringiæ Coniugis *S. Eliſabethæ* rebus & miraculis extat CONRADI *Marpurgici* qui ipſi erat a confeſſionibus *S. Eliſabeth vidua Thuringiæ Landgrauia*, quæ inſerta eſt LEONIS ALLATII *Symmictis L. I. p.* 269-293. Edit. *Colon.* ſ. *Batauæ*, & ex hoc perraro libro inſeruit V. C. KVCHENBECKERVS *Analect. Haſſiæ Coll. IX. p.* 107. extant porro THEODORICI *de* THVRINGIA ſeu *ViceDomini de Apolda, de Vita Eliſabethæ Libri VIII.* quos edidit HENRICVS CANISIVS, in cuius *Lectionum Antiqu.* T. V. P. II. edit. in 4. & Edit. *Baſnagianæ T. IV. p.* 113. cum notis *Baſnagii* extant. Codicis MSCti latini in Bibliotheca Academiæ Ienenſi adſeruati cum hac *Caniſiana* collationem inſtituit B. STRVVIVS & quæ in *Caniſii* non extant excerpſit atque inſeruit *Actorum Literar. T. II. Faſciculo I. p.* 1. & *p.* 18. deque alio Codice huius vitæ vernacula ſcripto, quo eadem vita continetur, notitiam dedit. *Varias* quoque *Lectiones & Supplementa* vide in MENCKENII *S. R. S.* T. III. *p.* 1987. 2006. *Germanice* prodiit: *Cronica Sant Eliſabet zu teutſch beſagend ihr heiliges Leben &c. Erfurt* 1520. 4. cum figuris ligno inciſis. *Examen Miraculorum S. Eliſabethæ Landgr. Thur.* ſiue: *Libellus de dictis quatuor ancillarum S. Eliſabethæ* legitur in MENCKENII *S. R. S. T. II. p.* 2007. vt & p. 2033. 2102. proſtat: *Auctor rythmicus de Vita S. Eliſabethæ. Vita* quoque *S. Eliſabeth* legitur in LVCAE WADDINGI *Annalibus Minor.* T. I. edit. *Lugdun.* Multa cura conquiſita IOANNIS GEORGII LIEB-

KNECHT

KNECHT *bina Sanctarum Eliſabetharum, veluti illuſtriſſimarum Sæculi XII. & XIII. teſtium veritatis Euangelicæ in Haſſia memoria, Gieſſæ 1729. 4. p. 21. 60.* ex *Anglis* S. I. HENRICVS HANKIVS compoſuit *Hiſtoriam de S. Eliſabetha, Pariſiis 1632. 8.* Miſcella ad veterem & nouam *Thuringiæ* hiſtoriam exhibent IOANNIS BERNHARDI HELLERI *ſonderbare Merckwürdigkeiten aus der Landgraffſchafft Thuringen* X. Partibus, *Ienæ 1724. ſeqq.* exhibitæ. Commemorabile in Hiſtoria Thuringica eſt *Diluuium* vt vocant *Thuringicum* quod IV. Kal. Iunii 1613. noctu infinita damna prouinciæ attulit. Libellos & narrationes ad hanc cladem pertinentes ſtudioſe conduxit GEORGIVS WILHELMVS *von der* LAGE exhibens: *Vollſtændige Acta der Thüringiſchen Sünd-Fluth des Iahrs 1613. Weimar 1720. 4.* quibus continentur: 1) ABRAHAMI LANGII *Hiſtoriſche Relation von der Weimariſchen Sünd- und Waſſer-Fluth*, quæ primum adiecta duabus huius antiſtitis ſacrorum orationibus ſacris *Ienæ 1613. 4. & Curiæ Variſcor. 1613. 4.* editis; 2) IOHANNIS *Maioris Gedenck-und Erinnerungs-Schrifft*; 3) ABRAHAMI SVARINI *des Zornigen Gottes ſcharffe Wind- und Wetter-Ruthe*, qua damna in Altenburgicis ditionibus, annotata; 4) LVDOVICI RECHTENBACHS *Diluuium Lango-Saliſſinum*; 5) AARONIS BVRCKHARDTS *Magdeburgiſche Relation*; ANDREAE PVLCII *Diluuium Thuringiacum*, alias *Ienæ 1613. & 1695.* forma Diſſertationis editum; 6) ADAMI KOECHLERI *de cauſſis Cataclyſmi Thuringiaci*, figura Orationis ſingillatim edita *Ienæ 1613. 4.* 7) GEORGII GOEZII Diſſertatio *de Cataclyſmo-Thuringiaco, Ienæ 1670. 1677. & 1690. 4.* edita. 8) Adiecta Editoris horum Opuſculorum, *Supplementa.* Ex *Thuringiæ* Præfecturis nouo Imperii Principatui

Quer-

Querfurtenſi qui hodie Ducis eſt *Weiſſenfelſenſis* quædam ſunt additæ, quæ cauſſa & vicinitas ſuadent, vt *Thuringicis* Scriptoribus eos qui de Querfurto agunt adiungamus. Improbo labore ex chartis vetuſtate exeſis atque putridis fere, deſumſit CYRIACVS SPANGENBERGIVS, vt ipſe in Præfatione indicat *Querfurtiſche Chronica*, quæ formis impreſſa *Erffurti* 1590. 4. cum qua coniungenda breuis quidem ſed curioſa CASPARIS SCHNEIDERI *Beſchreibung der lœblichen alten Herrſchafft und Stadt Querfurt*, *Halle* 1654. 12. Leguntur & quædam ſpecialia in B. C. S. ſiue D. S. BÜTTNERI, libello cui index *Bruno Apoſtolus oder des Rœmiſchen Apoſtels in Preuſſen Brunonis Leben, Tod und Verehrung*, *Halæ* 1714. 8. & in alia EIVSD. diſquiſitione inſcripta: *Die Querfurtiſche Eſels-Wieſe und Marckt nach dem Vrſprung beſchrieben*, *Eisleben* 1698. 8. de quibus nundinis & alii plures libelli extant. Vrbs huius Principatus non incelebris eſt *Iutrebocum*. De qua elegans eſt, quæ Præſide C. S. SCHVRZFLEISCHIO habita GODOFREDI HECHTII Diſſertatio *de rebus memorabilibus perantiquæ Saxonum Vrbis Iutreboci*, *Witteb.* 1707. 4. Edidit porro vtili conſilio PAVLVS IACOBVS ECKHARDVS *duo perantiqua monumenta* (vrnas & numum) *annis* 1728. & 32. in agro *Iutrebocenſi* eruta, *Vitembergæ* 1734. 4. cum deſcriptione Idolorum Slauorum *Iutrebocenſium* & luci inter Gentiles eo loco ſacri, adiecit quoque *Scriptores* quosdam *Rerum Iutrebocenſium* editos atque ineditos, nimirum p. 136. *Abbatis* quibusdam *Cinnenſis* Annalium excerpta, facta a *Friderico Dionyſio* Paſtore Luckewaldenſi, p. 142. ANDREAE ANGELI *Chronicon Iutrebocenſe Marchico conſignatum anno* 1588. p. 152. WILHELMI AXTII *Epigrammata* ſcripta tumulis propinquorum &

 amico-

amicorum virorum, qui de patria bene meriti ſunt. p. 189. HANNEMANNI Oratio pro *Concione* in Iubilæo a. 1717. habita, p. 203. IOA. FRIDERICI SCVLTETI *Oratio gratulatoria* ad Auguſtum Saxoniæ Ducem Querfurtenſem Principem: Singillatim prodiit breuis ſcriptio, ſub titulo: *Hiſtoriſche Nachrichten von dem Querfurtiſchen Amte Nemsdorff, Weiſſenfels 1708. 4.*

§. XXV.

Comitatus principalis Hennebergici Hiſtoriam & memorabilia deſcripſit CYRIACVS SPANGENBERG *in Hennebergiſcher Chronica, Strasburg 1599. f.* Amplam & ſummo ſtudio ex monimentis vetuſtis aliisque præclaris ſubſidiis congeſtam prouinciæ huius Hiſtoriam Baronem de *Valuaſor* imitatus congeſſit CHRISTIANVS IVNCKERVS, inſcriptam: *Ehre der gefürſteten Graffſchafft Henneberg Tomis IV.* cuius ſpecimen *Proiect von Einrichtung der Hennebergiſchen Hiſtorie* duabus plagulis *Schleuſingæ 1702. f.* edidit, Summamque Operis exhibuit *Fellerus Monument. inedit. p. 31-36.* ſed editio non ſecuta & Partes operis nobiliſſimi in Archiuis quibusdam Saxonicis cuſtodiuntur. Antiquitates inueſtigauit IOANNES MICHAEL WEINRICHIVS, qui in *Spangenbergianum Chronicon* Obſeruationes MSCtas reliquit edita porro Programmata, *de primis tractus Hennebergici incolis ac Pagis, Meinungæ 1714. 4.* additis quoque EIVSD. *Hennebergiſchem Kirchen- und Schulen-Staat p. 694-713.* Singularia quædam ad Hiſtoriam *Hennebergicam* peti poſſunt ex WILHELMI ERNESTI TENZELII *erſten Hennebergiſchen Zehenden, Rœmbild 1700. f. & andern Hennebergiſchen Zehenden, Rœmbild 1701. f.* *Vitas* ſingulares quorundam *Principum* compoſuerunt WOLFFGANGVS MOLLERVS Oratione *de vita*

& rebus

& rebus geſtis Bertholdi Sapientis, Smalkaldiæ 1584. & in KIRCHNERI *Curriculis heroum, ducum & principum ſuper. æui*, editis *Marpurgi 1610. 8. p. 299. 348.* hic Bertholdus dignitatem Principis Familiæ intulit. *Eiusd.* MOLLERI extat Oratio de *Georgio Erneſto Hennebergico, Smalkaldiæ 1584. 8.* & in KIRCHNERI *Sylloge* iam excitata *p. 269. 299.* Statum religionis & eccleſiarum probe deſcripſit IOANNES MICHAEL WEINRICHIVS *im Kirchen- und Schulen- Staat des Fürſtenthums Henneberg, Leipzig 1720. 8.* cui adhæret eiusdem Programma *de primo religionis ſtatu in Hennebergia p. 713-730.* ſingillatim editum *1714.* Inter *Vrbes* principes eſt *Meinunga*, de cuius fatis vulgari ratione exponit IOANNIS SEBASTIANI GÜTHII *Polygraphia Meinungenſis*, germanice edita *Gothæ 1676. 4.* De *Subla* oppido leue ſcriptum eſt IOA. GEORGII ANSORGS *Sublaiſches Denckmahl ſ. Hiſtoriſche Beſchreibung der Stadt Subla*, carmine expoſitum, *Rœmbild 1712. 4.* Pars olim *Hennebergiæ* Pagus *Coburgenſis*, iam Regni Germanici ſingularis Principatus. De titulo adquiſitionis præclare egit MÜLLERVS *entdeckten Staats-Cabinets Vten Oeffnung c. II. p. 19. 43.* Ex optimis quæ adfuerunt ſcribendi monumentis deducta eſt GEORGII PAVLI HOENN *Sachſen-Coburgiſche Hiſtoria* duobus Libris exhibita *Lipſiæ & Coburgi 1700. 4.* digna quæ cum acceſſionibus auctoris in rebus Saxonicis verſatiſſimi recudatur. Res religioſas intermixtis aliis obſeruationibus egregiis tradunt CHRISTIANI SCHLEGELII *Initia Reformationis Coburgenſis in Vita Ioannis Langeri primi Superintendentis deſcripta Gothæ 1722. 4.* ſubſecutæ inde: EIVSD. *Obſeruationes in vitam Ioannis Langeri, Gothæ 1724. 4.* & IOA. CHR. THOMAE *Hiſtoriſche Beſchreibung des heilſamen Reformations-*

tions-Wercks, cum Præfatione *Alb. Menn. Verporteen*, *Coburg* 1722. 8. quo & vitas verbi diuini præconum enarrauit. *Eiſſeldenſis* oppidi memorabilia legas in CARL FR. DIEZELS *Eiſfeldiſchen Stadt-Hiſtorie*, *Coburg* 1721. 8. De *Rœmbilda* confer W. ERN. TENZELII *Rœmbildiſche Gedæchtnis-Sæule*, *Rœmbild* 1700. *f.* adde *Eiusd. Curiœſe Bibliothec a.* 1704. *p.* 149-175.

§. XXVI.

De *Voigtlandiæ* Antiquitatibus populisque qui ſedes ibi habuerunt olim, conduxit CHRISTOPHORVS PHILIPPVS a WALDENFELS *monumentum hiſtoricum de maioribus noſtris & Voigtlandis Nariſcis*, *Curiæ* 1662. 12. *De terra Aduocatorum* Diſſertatio eſt EHRENFRIED DÜRRII, *Ienæ* 1675. 4. In *Eiusd. Selectæ Antiquitatis Libris XII.* quædam collecta extant ad argumentum hoc pertinentia. Terræ Aduocatorum omnis & Familiarum in eadem regnantium ciuitatiumque præcipuarum res ſequentes pertractarunt: *Anonymus*, qui eſt CHRISTIANVS KOERBERVS Superintendens Lobenſteinenſis in *Hiſtoriſcher Nachricht von Voigtland und deſſen ælter nund neuern Zuſtand zu Erlæuterung derGræflichReuß-Plauiſchen, Hiſtorie Ienæ* 1725. 8. opuſculo pleno bonæ frugis. Idem dicendum de Sylloge, quæ ſine nomine prodiit auctoremque habet V. C. IO. GODOFR. BÜCHNERVM, & inſcripta eſt: *Erlæutertes Voigtland, oder Vermiſchte zu Ergænzung und Verbeſſerung der Hochgræfflich Reuß-Plauiſchen Hiſtorie dienlicher Anmerckungen* IV. Partibus, *Graiz* 1726. 1727. 8. Aliquod ſubſidium ad hiſtoriam Terræ Aduocatorum quoque peti poteſt ex rebus Ducum *Meraniæ*, quorum fata breuiter & erudite expoſuit illuſtris hiſtoricus IOANNES DAVID KOELER Diſſertatione de *Ducibus Meraniæ ex Comitibus de*

Andechs

Andechs ortis, *Altorfii 1729. 4.* Eruditæ ſunt IOHANNIS GEORGII PERTSCHII *Origines Voigtlandiæ & celebris in hac Vrbis Bonſideliæ, Wonſideliæ 1668. 8. & 1677. 4.* quibus iungenda IOANNIS ANDREAE PLANERI *Hiſtoria Variſciæ ſigillatim Vrbis Curiæ, ibid. 1700. 4.* & dimidia parte auctior & emendatior multo, *Lipſiæ 1708. 4.* IOANNES BALTHASAR OLISCHER exhibuit *Entwurff einer Chronica der alten Vogtlændiſchen Stadt Reichenbach, Leipzig 1729. 4.*

§. XXVII.

De Marchionatuum *Vtriusque Luſatiæ* rebus copioſi extant Scriptores. Quosdam antiquiores nempe, & eos, qui minoribus commentationibus ſingularia argumenta illuſtrarunt, B. CHRISTIANVS GODOFREDVS HOFFMANNVS, qui dum viueret Luſatiæ ornamento erat iunctim edidit ſub titulo: *Scriptores Rerum Luſaticarum antiqui & recentiores* Quatuor Partibus, *Lipſiæ 1719. f.* quos iam ſupra C. XIII. §. LIII. p. 858 recenſuimus heic non repetendos typis. Annotabimus igitur eos ſaltim, qui in *hac Collectione* non extant. Hiſtoriæ *Luſaticæ* ex hiſce aliisque monimentis Syntagma plenius conduxit B. SAMVEL GROSSERVS *in Lauſiziſchen Merckwürdigkeiten*, *Bauzen 1714. f.* hunc ſupplet in ſingularibus multis quod ad *Luſatiam Superiorem* IOANNES BENEDICTVS CARPZOVIVS in egregio opere cui elogium: *Neueræffneter Ehrentempel merckwürdiger Antiquitæten des Marggraffthums Ober-Lauſiz, Leipzig und Budiſſin 1719. f.* quo expoſuit docte plura capita Notitiæ rei publicæ huius Marggrauiatus; de regentibus nimirum, Iuribus, conſuetudinibus, mineris & metallifodinis, re nummaria, fontibus medicatis indicat præterea origines & fundationes fata quoque Vrbium & Monaſteriorum, multa

de Familiis illuſtribus atque nobilibus & quæ huiusmodi ſunt argumenti, annotauit. Ante eum breuiter id fecerat MARTINVS GRÜNEWALD *in richtiger Beſchreibung der beyden Marggrafſthümer Ober- und Nieder-Lauſiz, Gœrliz 1696. 8.* quo libello, errores quos B. *Hübnerus* in primis editionibus Compendii ſui Geographici commiſerat, emendauit. Prodiit quoque ANONYMI *Einleitung in die Geographie und Topographie der beyden Marggrafſthümer Ober- und Nieder-Lauſiz, Budiſſin 1725. 8. Luſatica* quædam attinguntur in HENRICI ROCHS, *Lauſiz-Bœhm- und Schleſiſche Chronica, Leipzig 1687. 8.* qua tamen non niſi vulgaria ſunt annotata. Summa tantum rerum quarundam quæ auctori innotuerunt capita exhibet: *Geſchichts-Calender von Schleſien, Mæhren und Lauſiz von 1600. bis 1698. Leipzig 1698. 8.* In CHR. GERBERI *Vnerkannten Wohlthaten GOttes in den beyden Marggrafſthümern Ober- und Nieder-Lauſiz und deren vornehmſten Stædten,* reperiuntur variæ ſingulares narrationes, prodierunt *Dresdæ & Lipſiæ 1728. 8.* Primæ origines *Marchionatuum & Marchionum Luſatiæ* ſingularibus iisdemque eruditis commentationibus inueſtigatæ quales ſunt MICHAELIS HENRICI GRIEBNERI Programma *de Gerone Marchione Duce*, quod & in EI. *Opuſculis Iuris Publ. T. III. p. 82. 91.* extat. GODOFR. porro HECHTII pererudita *Programmata II. de Gerone primo Luſatiæ Marchione non Duce contra ill. Coccejium & Ludewigium, Wittebergæ 1719. & 1720. 4.* & THEODORI CRVGERI *Origines Luſatiæ complexæ Hiſtoriam Geronis primi Luſatiæ Inferioris Marchionis, Faſciculus I. Lubenæ 1726. 4.* quibus explicantur Luſatiæ nomen, aborigines, tituli, limites, vrbes, inſignia & memorabilia reliqua Germaniæ confinis ad illuſtranda Sæculi X. obſcura

ſcura tempora. De *Luſatiæ* Superioris Marchionatu ſingulatim agunt CASPARIS PEVCERI *Idyllium patria in carcere ſcriptum* editumque *Budiſſæ 1594. 4. & 1603. 4.* quo quantum carmine in carcere fieri potuit deſcripſit hiſtoriam eius regionis, quæ olim dicta Prouincia Niſſana, nunc Hexapolis & Luſatia Superior vocatur. *Fata Luſatiæ in compendio ſiue kurzgefaſſte Hiſtorie von dem Marggrafſthum Ober-Lauſiz* ab ANONYMO edita, *Budiſſin 1724. 8.* Rebus Luſaticis aliqua lux accendi poteſt ex NICOLAI SIGISMVNDI *de* REDERN *Luſatia Superiore Diplomatica*, cuius *Pars Prima* edita *Hirſchbergæ 1724. 4. Secunda: Luſatia Superior Diplomatica continuata 1734. 4.* prodiit, qua varia Diplomata & priuilegia Impp. & Regum Bohemiæ Luſatis data, in forma vt dicitur, exhibentur. *Budiſſinæ* Metropoleos in Hexapoli Libros *Chronicos* MSCtos diligenter indicauit Dn. *Kreyſigius* Bibl. S. R. Sax. *p. 426.* aliosque libellos minores de fatis huius Ciuitatis bellicis & incendiis, quod & de *Gorlizio* nobiliſſima ciuitate *p. 429.* de Laubanenſi vrbe p. 433. de *Lœbauia* vero p. 435. aliisque oppidis fecit. Inter plures de *Zittauia* minores libellos, quos idem vir ſolertiſſimus recenſuit, cum elogio adhibitæ exquiſitæ diligentiæ annotanda IOANNIS BENEDICTI CARPZOVII *Analecta Faſtorum Zittauienſium ſiue Hiſtoriſcher Schau-Plaz der Stadt Zittau, Zittau 1716. f.* quo quidquid proferre potuit de egregia vrbe produxit. Situm in hoc Marchionatu Cœnobium *Roſenthal*, de quo legi poteſt IACOBI TICINI *Epitome Hiſtoriæ Roſenthalenſis, Pragæ 1692. 8.* quo compendiariam narrationem de origine ac cultu peruetuſtæ B. V. Mariæ Statuæ in pago Roſenthal exhibet, & prouti in huius argumenti ſcriptis fieri ſolet, varia miracula enarrantur. Quæ vtilia ſunt

 inde

inde decerpſit & *Scriptoribus Rer. Luſaticar.* T. I. P. II. p. 147-153. inſeruit B. HOFFMANNVS. Ex *Luſatiæ inferioris* Ciuitatum deſcriptionibus, quas editas & ineditas curate indicauit Dn. KREYSIGIVS *p. 440.* annotandum cenſeo THEODORI CRVGERI *Prodromum Annalium Luccauienſium, Lubbenæ 1727. 4.* & quæ egregia eſt FRIDERICI *Matthæi Lubena olim magna, Lübben 1727. 4.* Sedis illuſtriſſimorum Comitum *Promniziorum*, res deſcripſit, IOHANNES SAMVEL MAGNVS in *Hiſtoriſcher Beſchreibung der Reſidenz-Stadt Sorau, Lipſiæ 1710. 4.* Scriptorum de Comitibus, qui in nexu Saxonico ſunt *Schwarzburgicis; Mansfeldicis; Stolbergenſibus &c.* inter *Comites* fiet expoſitio.

CAPVT VIGESIMVM SECVNDVM.

DE SCRIPTORIBVS RERVM BRANDENBVRGICARVM ET PROVINCIARVM BRANDENBVRGICIS SVBIECTARVM.

§. I. De Scriptoribus qui Scriptores rerum Brandenburgicarum indicarunt & qui ad Choro- & Geographiam & ſtatum publicum, nec non Genealogias faciunt.

§. II. Annales & compendia Hiſtoriæ Marchicæ.

§. III. Scriptores qui de vita & rebus geſtis Marchionum & Elector. Brandenburgicorum egerunt.

§. IV. Scriptores Poleographi ſiue de Vrbibus & oppidis Marchiarum.

§. V. Scriptores Hiſtoriæ Magdeburgicæ Prouinciæ & Vrbis varii.

§. VI. Scriptores Hiſtoriæ ArchiEpiſcopatus & Ducatus Magdeburgici.

§. *VII. Scriptores de Halenſi Vrbe & aliis oppidis & Monaſteriis Magdeburgicis.*
§. *VIII. Scriptores Hiſtoriæ Ducatus Cliuiæ, Marcæ & vicinarum regionum.*
§. *IX. Scriptores Hiſtoriæ Pomeraniæ.*
§. *X. Scriptores Principatus Halberſtadenſis.*
§. *XI. Scriptores Hiſtoriæ Principatus Mindenſis.*
§. *XII. Scriptores de Comitatu Hohenſteinenſi & aliis Comitatibus quos poſſidet Elector Brandenburgicus.*

§. I.

DE *Scriptoribus Rerum Marchico - Brandenburgicarum*, edidit breue *Schediaſma* προδρομον quum ad ſcribendam Hiſtoriam hanc patriam ſe accingeret eruditiſſimus, ſed præmatura morte ereptus ERNESTVS MARTINVS PLARRE, *Berolini 1706. 8.* vna plagula, qua Sciagraphiam *Commentarii Hiſtorico-Critici de Scriptoribus Rerum Marchico-Brandenburgenſium*, qui ipſi tum ſub manibus erat, decem Libris abſoluendus, exhibuit. IACOBVM quoque PAVLLVM GVNDLINGIVM *Sciagraphiam omnium Scriptorum Marchicorum* delineaſſe indicarunt *Nouellæ Erud. Lipſ. 1723. p. 33.* LVDOVICI GVILIELMI GAVRON, Oratio de Scriptoribus Hiſtoriæ Marchicæ, Francofurti 1699. habita & ibid. *f.* excuſa, cum notulis quibusdam, extat iam in *Collectione Scriptor. Hiſtor. Marchicam illuſtrantium P. XIII.* Marchiarum Brandenburgicarum Scriptorum egregiam collectionem facere cœpit B. IOANNES GOTTLIEB KRAVSIVS *Scriptorum Hiſtoriæ Marchiæ Brandenburgenſis* Volumine, *Francofurti & Lipſiæ 1729. 4.* quo NICOLAI LEVTHINGERI *de Marchia & rebus Brandenburgenſibus* Commentarii rariſſimi antea; & ZACHARIAE GARCAEI *Succeſſiones Familiarum atque res geſtæ illuſtriſſimorum Præſidum Marchiæ Brandenburgenſis* ab An. 927. ad An. 1582.

iam ab Anonymo ad tempora recentiora continuatæ, ex MSCto exhibentur. Præclare non minus de rebus Marchicis meritus qui hanc hiſtoriæ partem felici cum ſucceſſu percolendam ſumſit, Vir clariſſimus GEORGIVS GOTTFRIEDVS KÜSTERVS conquiſita vtiliter & edita *Collectione Opuſculorum Hiſtoriam Marchicam illuſtrantium*, cuius iam mihi innotuerunt *Partes XX. Berolini* ab an. *1731.* ad an. 1736. 8. editi. Parte *Prima* extant de Scriptoribus quibusdam Rerum Marchico-Brandenburgicarum *Notitiæ* nimirum:

Nachrichten von Michael Abel; Valente Acidalio; Ioanne Acpino oder Hæck; von Andrea Angelo; von *Martino Friderico Seidelio*, meritiſſimo de rebus Marchicis Viro.

Parte *Secunda* legas:

1. CALEBI TRYGOPHORI Orationem in funere illuſtriſſimi Electoris *Ioachimi Friderici.*
2. ANDREAE ANGELI Orationem de inclyta *Brennopoli* Marchica.
3. ANDREAE BVDERI Orationem de *Moneta Marchica.*

Parte *Tertia* exhibentur:

1. Merckwürdiges Monument, ſo dem Chur-Fürſt *Iohann Siegmund* zu Ehren in dem Liptenſchen Hauſe zu Berlin aufgerichtet worden p. 5. & 34.
2. Nachrichten von *Iacob Bergemann; Thomas Bergemann; Friderich Iacob Bartholdi; Iohann Brummemannen.*
3. Einige Monumenta, ſo in der Kirche zu *Fürſtenwalde* und beſonders zu Ehren einiger Biſchoeffe zu *Lebus*, befindlich.
4. GOTTFRIED A WARNSTEDT Marchiæ Electoralis deumbratio hiſtorico-politica.

Parte *Quarta* extant:

1. Continuatio Deumbrationis Marchiæ auctore GOTTFRIDO A WARNSTEDT.
2. Nachricht von dem Leben und Tode des Ober-Marſchalls von *Prinzen.*

3. Nach-

3. Nachrichten von *Chriſt. Bütelio*, *Adamo & Valentino Becceris*; von *Hans George von Borne.*

4. Beſchreibung des ohnlængſt zu *Arendſee* in der *Alten Marck* geſchehenen Erd-Falls.

5. GEORGII GOTHOFREDI KÜSTERI Programma de CASPARIS HELMERICI *Annalibus Tangræmundenſibus.*

6. Nachricht von dem anno 1615. zu *Cœln* an der *Spree* entſtandenen Tumult.

7. *Kurze Beſchreibung*, wie der erſte Stein zu der Evangeliſch-Reformirten Stadt-und Pfarr-Kirchen in Berlin geleget worden.

Parte *Quinta:*

1. Vrſprung des vralten, weitberühmten Adelichen Geſchlechtes, derer von der *Schulenburg* p. 5. & 23. & 40.

2. Nachrichten von *Iohanne Cernitio*; *Bartholomæo Zorn*; *Benedicto Carpzouio.*

3. Merckwürdigkeiten von der Kœnigl. Preuſſiſchen und Chur-Fürſtlichen Brandenburgiſchen Reſidenz-Stadt *Fridrichs-Stadt.*

Partibus *Sexta* & *Septima:*

1. MARCI WAGNERI Tr. von dem vralten Stamm Ritterliches Geſchlechts derer von *Meyendorff.*

2. CHRISTOPHORI HENDREICH Annalium *Marchiæ Brandenburgicæ* fragmentum.

3. WOLFFGANG IOBSTENS Beſchreibung des ganzen Chur-Fürſtenthums der Marck *Brandenburg.*

4. CHRIST. THEOD. SCHOSSERS Beſchreibung der Chur-Fürſtl. *Marck-Brandenburg.*

5. Nachrichten von *Chriſtoph Hendreich*, und *Wolffgang Iobſt.*

Partibus *Octaua* & *Nona:*

1. Fortſezung der im Vten Stück angefangenen Merckwürdigkeiten der *Fridrichs-Stadt.*

2. IOA. FRIDERICI CRAMERI Fragmentum Hiſtoriæ diui *Friderici I.* Boruſſorum Regis e Numiſmatibus.

3. Domini de PEHNE Carmen in Sacelli *Ieruſalem* dicti inſtaurationem.

4. GOTT-

4. GOTTLOB DOBRIZ encomium *Neoſtadii Eberswaldenſis* in *Meſo Marchia.*
5. MARTINI CHEMNITII Pacificatio religioſa.
6. Nachricht von *Thoma Crenio.*
7. GERS. VECHNERI Oratio ſecularis.
8. THOMAE FABRICII Gallus Francofordianus.
9. Transſumt von *Georgii Cæleſtini* Beſtallung zum Hoff-Prediger.

Parte *Decima & Vndecima:*

1. GEORG SEIFRIEDS Beſchreibung des Stammes und Herkommens der *Marggrafen* von *Brandenburg.*
2. Nachricht von der Peterskirche zu *Cœlln* an der *Spree* und deren verunglückten Thurm.
3. IO. TH. MATTHIAE Oratio de prodigioſis *Locuſtarum* copiis, quæ an. 1681. intra dies caniculares Marchiæ incubuerunt.
5. Churfürſt *Iohann* Georgen Reſolution für D. *Georgii Cæleſtini* Wittwe &c.

Parte *Duodecima:*

TOBIAE IERASII Vollführung des lœblichen Adelichen Geſchlechts derer von der *Schulenburg* im Lateiniſchen Fünfften Buch Tomo III. begriffen.

Partibus *Decima Tertia, Quarta & Quinta* extant:

1. LVDOVICI HENRICI GAVRON Oratio de ſcriptoribus *Hiſtoriæ Marchicæ.*
2. CHR. *vom* WOLDE Oratio de origine & incrementis Sereniſſimæ Domus *Brandenburgicæ.*
3. Nachricht von der ehemahls in *Stendal* geweſenen *Alvenslebiſchen* Bibliothec.
4. IOACHIMI CONRADI STEIN Epitome hiſtorica Epiſcoporum *Havelbergenſium.*
5. IACOBI LOTICH Beſchreibung der Stadt *Fürſtenwalde.*

Partibus Decima *Sexta & Septima:*

1. IOH. GRÜWELS entdecktes Alterthum der *Lœwenberger* von *Schwœnholz.*
2. Nachricht von *Matthæo Ludeco.*
3. Nachricht von der Landes Hauptmannſchafft der alten Marck, nebſt einer Erzehlung derer vom Anfang bis zu iezigen Zeiten geweſenen Landes-Haupt-leute.

4. Frag-

4. Fragmentum Biographiæ *Plarrii* ab ipſo *Plarrio* conſignatæ.
5. Scriptorum *à Plarrio* editorum recenſio.
6. SEVERINI *à* CLAMORIBVS i. e. PLARRII Epiſtola ad amicum de vita, ſtudiis & moribus *Thomæ Crenii.*
7. Apparatus Diplomatum ad Hiſtoriam Epiſcoporum *Havelbergenſium* pertinentium.

Partibus Decima *Octaua* & *Nona* proſtant:

1. THOMAE FORSTMANNI ἀριστολογία Electorum *Brandenburgenſium.*
2. GEORGII STRVBII Epos memorabile Epiſcopos *Havelbergenſes* in nucleo ſiſtens.
3. PAVLI CREVSINGII Deſcriptio hoſtilis irruptionis in oppido Mediæ Marchiæ *Belitia* factæ.
4. Nachricht von dem An. 1483. in *Bernau* geſchehenen Brande.
5. IOACHIM TRIEPKENS Rathenographia, das iſt, Beſchreibung der Stadt *Ratheno.*

Parte vero *Vigeſima*, quæ *Berolini 1736. 8.* edita comparent:

1. IOACHIMI WERCKMEISTERI Marchiones Imperii Electores deſcripti.
2. CHRIST. SCHULZ de illuſtribus Brandenburgiæ Marchionibus.
3. MARTINI FRIDERICI SEIDELS Hiſtoriſcher Auffatz wie es mit Verbrennung des Probſten *Nicolai* von *Bernau* zugegangen.

Singulatim extant CHRISTOPHORI THEODORI SCHOSSERI *Beſchreibung der Churfürſtlichen Marck zu Brandenburg, Magdeburg 1617. 4.* atque in Sylloge *Küſteriana* Parte VII. & MARTINI ZEILLERI *Topographia Electoratus Brandenburgici & Ducatus Pomeranici*, cum figuris æneis *Matthæi Meriani*, *Francofurti 1652. f.* Ad recentiorem ſtatum adcommodata magis, nec tamen ſine næuis eſt CASPAR ABELS *Preuſſiſche und Brandenburgiſche Staats-Hiſtorie, Leipzig und Stendal 1710. 8.* cuius *Pars Secunda* deſcriptionem Prouinciarum exhibet, quæ

Bran-

Brandenburgico Sceptro reguntur. Legitur quoque breuis harum notitia in PAVLI IACOBI MARPERGERS *Geographiſchen, Hiſtoriſchen und Mercatoriſchen Beſchreibung der Lænder und Provinzien welche dem Kœnigl. Preuſſiſchen und Chur-Brandenburgiſchen Scepter in Teutſchland unterworffen*, *Berlin 1710. 8.* quo libro variæ obſeruationes de fœcunditate & ad commercia habitu, mercimoniorumque inſtitutis & legibus additæ leguntur. Optimum vero ſcriptum eſt IACOBI PAVLI *de* GVNDLING *Brandenburgiſcher Atlas oder Geographiſche Beſchreibung der Chur-Marck Brandenburg*, ex prouincialibus regeſtis & notitiis decerptus & variis egregiis obſeruationibus illuſtratus, *Potsdam 1724. 8.* nec tamen, vti ciues horum regionum obſeruarunt immune plane ab erroribus. De NICOLAI LEVTHINGERI *commentariis*, qui in Marchiæ chorographia inſignes quoque ſunt, infra dicemus pluribus. HANS GEORG von dem BORNE ſcripſit *von dem Zuſtand der Chur-Marck Brandenburg*, *Franckfurt an der Oder 1641. 4.* quo libro non ſolum de religione, ſed etiam ſtatu politico Marchiæ agit. Egregium eſt ſcriptum, quod ſub titulo prodiit: *derer die Marck zu Brandenburg betreffenden Sachen erſter Entwurff*, *Berolini 1682. 8.* Auctor eſt CHRISTOPHORVS HENDREICH, qui huncce prodromum eſſe voluit maioris operis, quod meditabatur. In hoc autem oppida Marchiæ accurate deſcribit. *Veteris Marchiæ* Hiſtoriæ quædam inſeruientia conduxit I. C. RÜDEMANNVS in *Collectionibus Hiſtoricorum Palæo Marchicorum*, quas *Soltquellæ 1726. 8.* edere cœpit, quam tamen Syllogen ipſe non vidi. De *Brandenburgo* vrbe Oratio ANDREAE ANGELI iam ſupra in *Collectione Küsteriana P. II.* excitata. *Berolini* & adiacentium

ciuita-

ciuitatum origines, incrementa, fata amplis commentariis conſignare apud animum conſtituerunt IOANNES CHRISTOPHORVS MÜLLERVS & GEORGIVS GOTHOFREDVS KÜSTERVS Quinque Partibus, quarum *Prima* ſub titulo: *Altes und neues Berlin*, edita *Berlin* 1737. *f.* figuris æneis ornata qua origo, incrementa Vrbium, & fundationes ædium ſacrarum aliaque quæ ad ſtatum religionis pertinent, cum vitis præpoſitorum aliorumque ſacrorum miniſtrorum, exponuntur. *Francofurtum ad Oderam* deſcripſit WOLFGANGVS IOBST *in Beſchreibung der Stadt Franckfurt an der Oder*, *Francofurti* 1561. 4. IOANNIS CHRISTOPHORI BECMANNI extant *Memoranda Francofurtana*, ſeu notitia vniuerſitatis, catalogus Bibliothecæ, quibus adiectum eſt *Iobſtii* iam excitatum *Chronicon*, *Francofurti ad Oderam* 1576. 4. atque in *f.* CASPARIS HELMERICI extant *Annalium Tangermundenſium libri III.* quibus carmine vernaculo, parum quidem compto, vtilibus tamen quibusdam notis illuſtrato hiſtoriam vrbis & vicinæ regionis ab origine, vsque ad ſua tempora deſcripſit, atque varia habet de hiſtoria Brandenburgicorum Electorum e familia Zollerana, prodierunt *Magdeburgi* 1636. 4. recuſi cum rari eſſent hi *Annales*, cura *Georgii Godofredi Küſteri*, præclare de rebus Brandenburgicis meriti ſub titulo: *Tangermündiſche Antiquitæten*, *Berolini* 1729. 4. quibus præter *Helmericum*, continentur: ANDREAE RITTNERI *Hiſtoria Tangermundæ ab Anno* 1618. *ad annum* 1651. & *Memorabilia Tangermundenſia* e vetuſtis documentis & diplomatibus congeſta. Clariſſimus editor præterea alios Rerum Marchicarum ſcriptores recenſuit. Idem KÜSTERVS prelo paratas habet, vti in Dedicatione *Collectionis* ſuæ ſæpe laudatæ indicat *Antiquitates Gardelegienſes*,

gienſes, quibus continebantur: CHRIST. SCHVLZENS *Auf- und Abnehmen der lœblichen Stadt Gardelegen, Stendal 1668. 4.* alias editus, cum Notis MSC. *Schulzii*, Eiusdem *Schulzii* variæ Orationes de funeſtis caſibus incendii & aliis; IOANNIS BLOCI *Gardelegia, Magdeburgi 1622. 4.* PAVLI COSTERII *Monochromata Gardelegienſia* h. e. Imagines nobilium doctorum in Territorio Gardelegienſi Epigrammatibus veſtitæ editæque; HENRICI KIRCHHOF *Auſpicia Gardelegienſia*, quæ Partibus IV. continentur, *Berol. 1709. f.* aliaque, quæ an edita iunctim fuerint, neſcio. Memorauit quoque inedita Scripta de hac vrbe IOA. CHR. BECMANNI *Hiſtoriſchen Aufſaz von der Stadt Gardelegen* & IOA. RVDOLPHI NOLTENII *Gardelegiam ſuperſtitioſam.* AVGVSTI KEHRBERGS *Abriß der Stadt Kœnigsberg in der Neumarck* cum Præf. *Io. Chr. Becmanni* iterum edita *Berlin 1724. 4.* Clara in Marchia eſt familia *Aluenslebiorum*, de qua extat LAVRENTII PECKENSTEINI *Theatrum Aluenslebianum* & præcipue MARCI WAGNERI, CHRISTOPHORI EINZELII, & CYRIACI EDINI *Vrſprung und Ankunſſt des uhralten Ritterlichen Geſchlechts derer von Aluensleben, Magdeburgi 1581. 4.*

§. II.

Alii vero Hiſtoriam atque Annales *Marchiarum Brandenburgicarum* conſignare voluerunt. CHRISTOPHORI ENZELT *Chronicon der alten Marck Brandenburg, Magdeburg 1577. 4.* fabulis & nugis eſt refertiſſimum. Hunc quidem emendare conatur ANDREAS ANGELVS in *Annalibus ſuis Marchicis*, quos *germanice* ſcripſit ab anno 416. ad 1596. *Francofurti ad Oderam 1598. f.* ſed hi etiam vulgares errores habent, & in nuda & ſimplici narratione conſiſtunt. Eiusdem commatis

tis HENRICI AMMERBACHII, *Chur-Brandenburgiſche, Märckiſche, Magdeburgiſche und Halberſtaedtiſche Chronicka, Magdeburg 1684. 4.* Magnum opus ſuſceperat NICOLAVS LEVTHINGERVS, qui *XLV. libris Commentariorum*, Marchiam Brandenburgenſem eiusque Principes & rerum ſtatum deſcribere adgreſſus. Huius varii hinc inde tomuli reperiebantur in bibliothecis, diuerſis in locis in 8. editi, aliqui ſine loco & anno. Primus tomus ſine loco & anno impreſſionis editus præmiſſam habet in tabula delineationem rerum ordinisque in commentariis hiſce, ſed hæc ſatis de confuſo auctoris ingenio teſtatur. Vt dicam quod res eſt, multa notitia de vrbibus & nobilium familiis in Marchia hauritur ex *Leuthingero*, qui res geſtas inſigni veritatis ſtudio ductus ſcripſit, ſed melancholia laborabat quod ex epiſtola *Lucæ Martini*, Superintendentis Brunſuicenſis, primæ parti præmiſſa adparet, qui ita loquitur: *infenſiſſimus veritatis & publici commodi hoſtis melancolico vertigine te circumrotare, tuasque cogitationes ac diſcurſum hiſtoricum ſuis triſtitiæ tenebris inuoluere conatur.* Ex quo facile videmus, vnde oriatur confuſa ſcribendi ratio, quandoque mordacitas atque perpetua calamitatum memoria. Raritas autem ſcripti ex eo oriri videtur, quod plerique tomi auctoris impenſis editi, quo factum ſit, vt propter inuidiam bibliopolarum non in multorum manus venerint. De edendo additis ſuis annotationibus Leuthingero cogitauit ERNESTVS MARTINVS PLARRIVS, conſiliumque ſuum aperuit editis *Berolini 1707. f.* duabus plagulis, ſed turbauit conatus præmatura mors. Eodem tandem tempore NIC. LEVTHINGERI *Opera Omnia* quotquot reperiri potuerunt bis edita, nimirum cura V. C. GEORGII GOTHOFREDI KÜSTERI, qui ea recenſuit, epitomen ſingulis

 libris

libris & lemmata indicemque adiecit, prodierunt *Francofurti 1729. 4.* iidemque N. L. *Commentarii* de *Marchia Brandenburgenſi* &c. cum Præfatione IOA. BVRCHARDI MENCKENII & erudita alia Præfatione editoris B. IOA. GOTTLIEB KRAVSII *Vitembergæ 1729. 4.* quæ editio iam ſupra laudata. Breue ſaltim, ſed etiam leue rerum Brandenburgicarum eſt compendium, quod prodiit ſub titulo: ANASTASII PROBI *clauis Hiſtorico-politica ad contemplationem ampliſſimi, ſub Friderico Wilhelmo Magno Electoratus Brandenburgici, Brandenburgi 1682. 12.* Hoc ſcripto fundatio, fortuna, adminiſtratio & obſtacula in electoratu Brandenburgico occurrentia deſcribuntur, ſed nullo adhibito iudicio. De *Appellatione, ſitu, moribus & populis Marchiæ Brandenburgenſis* extat breuis expoſitio in *Obſeruationibus Halenſibus Selectis* Tom. VIII. Anni 1704. *p. 468.*

§. III.

In ipſis *Marchionum & Electorum* Vitis & rebus geſtis exponendis illuſtrandisque occupati fuerunt doctiſſimi viri. De *Hugone & Theodorico Marchionibus Brandenburgenſibus* leguntur diſſertatiunculæ *T. VIII. Obſeruationum Selectar. Halenſium* Anni *1704. p. 111. 443. 453.* *Errorem Hiſtoricum ex* Vita *Alberti Vrſi ſublatum Parergis Gottingenſibus T. I. L. III. p. 70.* inſerendum curauit doctiſſimus Anonymus C. D. Res vero geſtas præcipuas commemorant breuiter REINERI REINECCII *origines ſtirpis Brandenburgicæ & Commentarius de Marchionum & Electorum Brandenburgicorum & Burggrauiorum Noribergenſium familia* editæ *Francofurti 1581. f.* qui ſcriptor in genealogicis præcipuus eſt. Acceſſit in fine *hiſtoria de vita Hugonis & Theodorici, Marchionis Brandenburgici. Alberti Vrſi* Marchionis res, ex ſcriptoribus Rerum Germanicarum, qui tum extabant diligen-

gentiſſime conduxit CASPAR SAGITTARIVS in *Hiſtoria Marchiæ Soltwedelenſis & Vita Alberti Vrſi, Ienæ 1685. 4.* IOANNIS CERNITII *Electorum X e familia Burggrauiorum Norinbergenſium icones & res geſtæ cum genealogiis, Berolini 1628. f.* qui a fide, induſtria & ſermonis ſuauitate commendatur. LAVRENTII PECCENSTEINII *enarratio hiſtorica Marchionum Brandenburgicorum ex ſtirpe Burggrauiorum Noribergenſium* ad annum 1590. deducta, *Ienæ 1597. f.* Breuis & elegans CASPARIS SAGITTARII *Hiſtoria Marchionum ac Electorum Brandenburgenſium*, quam ab origine vsque ad annum 1680. deduxit & *Ienæ* edidit *1644. 4.* qua multam adhibuit induſtriam, non domeſticos ſolum Scriptores ſecutus, ſed etiam vniuerſales Germaniæ annales. Præter hos CHRISTOPHORI von WOLDE habemus *Orationem de origine & incrementis Domus Electoralis Brandenburgicæ, Lugduni Batauorum 1658. f.* GEORGII SEYFRIEDI *Genealogiam Marchionum Brandenburgenſium Witteberga 1555. 4.* GREGORIVS quoque LETI ſtilum ad illuſtrandam gloriam Brandenburgicam adhibuit exhibens: *Ritratti hiſtorici, politici, chronologici & genealogici della Caſa Sereniſſima & Electorale di Brandenburgo ſcritta da Gregorio Leti, Amſterdam 1687. 4. mai* 2. Tomi, Partiſque Primæ Libro primo breuem hiſtoriam Brandenburgicam ab an. 923. ad a. 1640. narrat, L. II. Prouincias deſcribit, L. III. receptionem exulum Gallorum laudat, V. facta heroica Marchionum Gentis Hohenzolleranæ extollit; Partis vero Secundæ Libris Octo, res geſtas Friderici Wilhelmi panegyrico more commemorat, atque de coniugiis adfinitatibusque cum familiis Arauſionenſi, Caſſellana & Hannouerana, adiungit. Multos tamen in ipſa enarratione, rerum Germanica-

rum non ſatis narus, errores admiſit. Ex hoc opere ſumma capita ab ipſo *Leti* conducta *Italice* inde in gallicum ſermonem eodem curante translata & edita ſub titulo: *Abrege de l'Hiſtoire de la Maiſon de Brandebourg, ecrite par Gregorio Leti, a Amſterdam 1687. 12.* Compendium vtile Hiſtoriæ Brandenburgicæ ſiſtit IOANNIS WOLFGANGI RENTSCHII *Brandenburgiſcher Ceder-Hayn, Bareuth 1682. 8.* cum Iconibus Marchionum. Multa quidem habet ſingularia ex archiuo Baruthano deſumta, ſed hiſtoricos non ſatis induſtrie excuſſit. De quo libro iterum edendo, illuſtrandoque ſpem fecit Cl. KÜSTERVS, quam vt expleat enixe opto. MELCHIORIS WILDEISEN *Brandenburgiſcher Genealogiſcher Luſtwald* prodiit *Onoldi 1682. f.* quo libro labore multo cognationes cum Cæſaribus, Regibus ac potioribus Europæ principibus declarat. GEORGII CHRISTOPHORI RENSCHELII *Stamm-Baum des Chur-und Fürſtlichen Hauſes Brandenburg, Berolini 1668. 4.* genealogias breuiter continet. BALTHASAR MENCIVS *im Stamm-Buch des Churfürſtlichen Hauſes Brandenburg, Witteberga 1598. 8.* in vitis Principum quædam notabilia habet.

§. IV.

Proſtant quoque aliquot ſingulares *Electorum Brandenburgicorum*, qui ex *Burggrauiis Noribergenſibus* ſanguinem ducunt, vitæ rerumque geſtarum Scriptores. Siquidem IACOBVS PAVLLVS *L. B. de* GVNDLING, multa cura ex Archiuis, diplomatibus, ſcriptoribusque bonæ notæ, concinnauit: *Leben und Thaten Herrn Friderich des Erſten Marggrafens zu Brandenburg des H. R. R. Erz-Cæmmerers &c. Halæ Magdeburgicæ 1715. 8.* eademque ratione: *Leben und Thaten Friderichs*

des

es andern, Chur-Fürſtens zu Brandenburg, Beroni 1725. 8. atque: *Auszug Chur-Brandenburgiſcher Geſchichten Chur-Fürſt Ioachim des I. Chur-Fürſt Ioachim des II. und Chur-Fürſt Iohann Georgen zu Brandenburg bey Gelegenheit der Lebens-Beſchreibung Herrn Lampert Diſtelmeyers Chur-Brandenburgiſchen Cantzlers. 1722. 8.* Quibus praeclaris narrationibus inſignem Familiae Brandenburgicae & Sacri quoque Imperii Germanici vicinarumque regionum rebus lucem attulit vir in rebus Brandenburgicis verſatiſſimus, qui inſignem Diplomatum & chartarum nondum editarum adparatum habebat ad manus. Eminent inter hiſtoricos libros SAMVELIS PVFENDORFII *res geſtae Friderici Wilhelmi M. Electoris Brandenburgici, Berolini 1695. f.* Certe hiſtoriarum noſtri temporis facile princeps erat auctor, qui magna grauitate, prudentia & fide res geſtas tanti Herois & ſimul potiores Europae deſcripſit, vt facile omnes vinceret. Exhibiti hi commentarii antequam ederentur, in conſilio ſanctiori, demandata reuidendi cura praecipuo ex conſiliariis intimis, per quem etiam in prioribus aliqua quae in praeiudicium vergere videbantur, fuerunt deleta. Cum vero poſteriora non tanta cura reuiderentur, remanſerunt nonnulla, quae eraſa mallent aliqui. Ex hoc opere excellenti, lingua germanica excerptae res Electoris maxime memorabiles & breuius expoſitae, ſub titulo: *Leben und die Thaten des groſſen Friderici Wilhelmi, Berlin 1710. 8.* Breuiter & neruoſe quoque complexus illuſtria magni Electoris geſta, atque ex nummis illuſtrauit quorum icones aeri inciſas exhibet GEORGIVS DANIEL SEYLER *Leben und Thaten Friderich Wilhelms des Groſſen Chur-Fürſtens zu Brandenburg, Franckfurt & Leipzig* ſine *anni mentione f.* In hiſtoria *Friderici I.* Regis Boruſſiae, per numis-

mata illuſtranda, magna cura per multos annos deſudauit IOANNES FRIDERICVS CRAMERVS, in cuius tabulis æri incidendis occupati fuerunt Belgæ. Hoc opus ob ſplendorem ſuum atque iuſtam elaborationem fuiſſet æſtumatiſſimum, ſed nondum lucem vidit. *Alberti Brandenburgici* Electoris, vulgo dicti *Achillis Germanici vitam & geſta* delineauit GEORGIVS GÖTZIVS, *Ienæ 1670. 4.* GEORGII *Pii*, qui neceſſariæ reformationis opus intrepide promouit commemorabilia conduxit M. I. H. S. (SCHVLIN) in *Leben und Geſchichten Marggraf Georgen des Frommen, Franckfurt 1729. 8. Georgii Friderici* vero Marchionis Brandenburgici *pietatem* laudauit IOANNES FRIDERICVS DÜRRIVS, *Ienæ 1683. 4. Itinera Chriſtiani Erneſti*, Marchionis Brandenburgici deſcripſit SIGISMVNDVS von BIRCKEN *im Hoch-Fürſtlichen Brandenburgiſchen Vlyſſe, Bayreuth 1669. 4.* Cum vero huic ſcripto aliqua opponerentur, LVDOVICVS LIEBHARDVS ſcripſit *Vertheydigung des Brandenburgiſchen Vlyſſis, 1672. 4.* Conditoris hodiernæ Lineæ *Ansbacenſis Ioannis Erneſti March.* vitam ſtilo culto & pragmatico dedit V. C. GOTTLIEBIVS PAVLLVS CHRIST libellis quos inſcripſit: *Brandenburgiſche Merckwürdigkeiten, oder Sammlung verſchiedener Nachrichten wodurch inſonderheit die Geſchichte des Durchlauchtigſten Hauſes erlautert, und mit Münzen, Sigillen und ungedruckten Nachrichten beſtærcket werden, Erſtes und Zweytes Stück, Onolzbach 1737. 4.*

§. V.

In *Magdeburgenſi* hiſtoria primum occurrunt illi, qui hiſtoriam vrbis deſcripſerunt. Huc facit IOANNIS POMARII *Summariſcher Begriff der Stadt Magdeburg Stadt-Chronicken ad annum 1580. Magdeburgi 1587. 4.* per modum annalium

ſcripta

ſcripta & maximam partem ex *Chronico Scabinorum* Magdeburgenſium MSCto decerpta. Extant præterea *Relation der Stadt Magdeburg fundation und privilegien 1629. 4.* BLOCI *Deliciæ Magdeburgicæ, Roſtochii 1614. 4.* T. S. N. P. C. *Magdeburgiſches kurtzes Chronicon, darinnen der Stadt Vrſprung, der Primat - Ertz - Biſchœfflichen Kirchenfundation, in derſelben befindliche antiquitæten und raritæten beſchrieben werden, 1672. 8.* GOTTFRIED GENGENBACH, *kurze Beſchreibung der Stadt Magdeburg, ibid. 1678. 4.* IOA. VVLPII *Magnificentia Parthenopolitana, oder Beſchreibung Magdeburg, ibid. 1702. 4. Rœmiſchen Kayſerlichen Maieſtæt Priuilegia der Stadt Magdeburg geeygnet, Magdeburg 1640. 4.* Curioſa eſt ſcriptio SAMVELIS WALTHERI *Nachricht von den Antiquitæten in Magdeburg den Vrſprung der Stadt betreffend, Magdeburg 1725. 4.* SEBASTIANI BESSELMEIERI *obſidio Magdeburgenſis* anno 1550. & 1551. extat in Schardii tomo ſecundo. Notabilis HENRICH MERCKELS *Bericht von der alten Stadt Magdeburg Belagerung, Magdeburg 1596. 4.* in quo ſcripto ſingularia de Carolo V. Imp. & huius temporis euentibus legas. BENJAMIN LEVBERVS *in Diſquiſitione planaria Stapulæ Saxonicæ*, quæ germanice prodiit *Budiſſæ 1658. 4.* Saxonum partibus fauet, & Stapulæ ius Magdeburgenſibus abiudicat, multa vero in antiquiori hiſtoria Magdeburgica ſimul illuſtrauit. *Chronicon Monaſterii Bergenſis a* MEIBOMIO illuſtratum inter *Opera Meibomiana* extat. *Hiſtoriam & iura monaſterii B. Virginis* deſcripſit PHILIPPVS MÜLLERVS, venerabilis eiusdem monaſterii Præpoſitus, *im Memorien-Recht, Ienæ 1700. 4.* Add. SETHI HENRICI CALVISII *das zerſtœrte und wieder aufgerichtete Magdeburg, oder die blutige Belage-*

rung und Eroberung, ſamt ſummariſcher Erzehlung derer von den bisher ſich zugetragenen Denckwürdigkeiten und dem gegenwartigen Flor der Stadt Magdeburg, Magdeb. 1727. 4. SEBASTIANI KORTHOLTI extat *Diſquiſitio: Vtrum Petrus Lotichius Secundus obſidionem Vrbis Magdeburgenſis* prædixerit, *Kiliæ* 1703. 4. *Die andere Belagerung der Stadt Magdeburg* deſcribitur opuſculo *a.* 1630. 4. edito.

§. VI.

Ad *Geographiam & Hiſtoriam Archiepiſcopatus Magdeburgenſis* facit primum *Topographia Zeillero-Meriana,* 1653. *f.* edita, huic præſtat IACOBI PAVLI L. B. *de* GVNDLING *Geographiſche Beſchreibung des Herzogthums Magdeburg, Leipzig und Franckfurt* 1730. 8. quo nobiliſſimæ prouinciæ notitia ex archiualibus præſidiis exhibetur, nec tamen ſine erroribus, quos notauit WALTHERVS *Singular. Magd. P. II.* p. 5. ANONYMI *Chronicon Magdeburgenſe*, cuius primus auctor vixit Sæc. XIV. alii continuationes addidere, quod editum extat Tomo *Secundo* S. R. G. *Meibomiano p.* 269. & res ArchiEpiſcopatus & viciniæ ab a. 967. ad an. 1513. conſignatas ſeruat, maxime vitas ArchiEpiſcoporum deſcribens. Codicem *epiſtolarem Archiepiſcopatus Magdeburgenſis, continentem plus quam centum diplomata*, in *Syntagmate Rerum Germanicarum* edere promiſit LAMBECIVS. Breuem expoſitionem Vitarum Archi-Epiſcoporum habet ANDREAE WERNERI *Chronicka des Erz-Primat-Stiffts Magdeburg ab an. 900. ad 1500. Magdeburg* 1584. 4. CASPAR SAGITTARIVS *in Antiquitatibus Archiepiſcopatus Magdeburgenſis, Ienæ* 1684. 4. editis, ſyllabum exhibet centum fere diplomatum Ottonis M. quæ cum ipſo ex Archiuo Halenſi fuerant communicata, inſeruit ipſe nonnulla *Ottonis* diplomata & bul-

& bullas Pontificum. PAVLI LENZII *Breuem & ſuccinctam Hiſtoriam ArchiEpiſcoporum Magdeburgenſium*, poſt fata auctoris, qui Friderico Landgrauio Haſſo-Homburgenſi a conſiliis fuerat, adiectis quibusdam notulis edidit SAMVEL WALTHERVS, *Magdeburgi 1738. 4.* WOLFGANGVS HENRICVS STEVERSDORF edidit *Primatum Magdeburgenſem, ſ. ſeriem Archiepiſcoporum Magdeburgenſium* vsque ad Guilielmum Leopoldum; acceſſit breuis refutatio hiſtoriæ Vdonis, *1633. 4.* IOANNES CHRYSOSTOMVS STERREVS *in Vita S. Norberti*, patriarchæ Magdeburgici *Antwerpiæ 1656. 4.* multa habet ſingularia, quæ ad hiſtoriam Magdeburgenſem faciunt. Multum eruditæ diligentiæ adhibuit in conquirendis illuſtrandisque monimentis ad hiſtoriam & *Vrbis* & *Prouinciæ Magdeburgicæ* Vir Clar. SAMVEL WALTHERVS, qui vsque huc edidit *Singularia Magdeburgica*, vernaculo maximam partem ſermone, cuius Pars *Prima* edita *Leipzig 1732. 4.* exhibet memorabilia, quæ Anno XXXII. Seculorum XV. XVI. XVII. XVIII. contigerunt, cum primis controuerſias cum *Gunthero* ArchiEpiſcopo & pœnam vtriusque banni in quod ciuitas incidit, enarrans. Parte *Secunda* edita *Magdeb. & L. 1733. 4.* extant: Recenſio præcipuorum ſcriptorum de rebus Magdeburgicis; Mapparum Geographicarum ſpecialium Ducatus Magdeburgici; Sciagraphia Hiſtoriæ vniuerſalis Magdeburgicæ atque expoſitio de vetuſtis & nouis Ducatus huius finibus atque de controuerſiis finium regundorum inter Electores Brandenburgicos & ArchiEpiſcopos. Parte *Tertia* quæ *l. c. 1734. 4.* prodiit legas disquiſitionem *Waltheri* de finibus antiquis inter ArchiEpiſcopatum Magdeburgenſem & Epiſcopatum Halberſtadtienſem, cum notitia Vnionum quarundam

rundam, Tranſactionum & adquiſitionum. Parte *Quarta* quæ *Magdeburgi* 1735. 4. lucem vidit de controuerſis finibus Sec. XIII. XIV. XV. inter Magdeburgenſes & Halberſtadenſes Præſules exponit. Pars *Quinta* eod. anno *ibid.* 4. excuſa de Præfectura *Weferlingenſi* & Sedes Marchionis Brandenburgenſis apanagiati ibidem conſtituta, agitur. Pars *Septima*, *ibid.* 1737. 4. exponit de fluuiolo *Obra*, *Sylua Drœmling*, & dynaſtiis prædiisque circumiacentibus, addita Mappa Geographica. Pars *Octaua* edita ibid. 1738. 4. controverſias finium perſequitur, inprimis eas, quæ agitatæ inter ArchiEpiſcopos & Duces atque Brunſuicenſem Domum, Sæc. XVI. ortæ & 1707. compoſitæ, cum Mappa Topographica. Pars *Nona ibid.* 1738. 4. ſiſtit mnemoſynon ſeculare, reſtituti poſt excidium in Vrbe Magdeburgo a. 1638. regiminis ciuitatenſis; Narrationem de Introitu Auguſti Ducis Saxoniæ, Adminiſtratoris, nummosque hæc illuſtrantes exponit. Pars *Decima Magdeburgi* 1739. 4. typis impreſſa *Hiſtoriam Monaſterii Veteris Haldensleben* dat, cum Mappa Topographica; Pars denique *Vndecima* ibid. eod. an. 4. agit de Comitatu & Burgo *Altenhauſen*, parte olim præcipua Comitatus Marchiæ veteris *Oſterburgici*, & qua ratione hic Burgus in poteſtatem ArchiEpiſcoporum, tandemque dominium Schulenburgiorum venerit, indicat. Solennia introitus, *Ioachimi Friderici* Marchionis Brandenburgici poſtulati Adminiſtratoris ArchiEpiſcopatus facti d. 26. Octobr. a. 1579. ſingulari libello deſcripſit IOANNES HEVSENERVS ſub titulo: *Eigentliche wahrhafftige und ordentliche Beſchreibung &c. Magdeburg* 4. Ad *Burggrauiatus Magdeburgenſis* illuſtrationem faciunt *Antiquitates Plocenſes*, & *adiunctarum Prezzin & Elbenau* Burg-

Burggrauiatus Magdeburgenſis Diœceſeos Gomeranæ, quas multo ſtudio inde ab Ottone M. Imp. eruit IVSTVS CHRISTIANVS THORSCHMIDT, *Lipſiæ 1725. 4.*

§. VII.

Halenſis vrbis vetuſtiſſimæ & iuſſu Caroli M. conditæ origines erudite inueſtigauit GVNDLINGIVS, qui auctor eſt libelli inſcripti *Alterthum der Stadt Halle*, 8. qui reperitur im *XIX. Eingange des curieuſen Bücher-und Staats-Cabinets*, Deſcriptionemque optime dedit GOTHOFREDVS OLEARIVS *in Halygraphia Topochronologica*, *ſ. Beſchreibung der Stadt Halle*, quæ primum prodiit *Lipſiæ 1667. 4.* poſtea cum ERNESTI BROTVFFII *aufrichtiger Chronica von denen Saltz-Bornen und Erbauung der Stadt Halle, nebſt Beſchreibung des Orts vornehmſten Merckwürdigkeiten, Halæ 1679. 4.* Accuratiſſima eſt FRIDERICI HOHNDORFS *Beſchreibung des Saltzwercks zu Halle, Halle 1670. 4.* Prodiit etiam: *gründlicher Bericht von der Belager- und Einnehmung der Stadt Halle, item apologie von der anno 1630. geleiſteten Huldigung, 1630. 4.* Oppidi *Aquenſis* in hoc Ducatu memorabilia legat qui voluerit in LAVDA DEI VALERIANI BRVNONIS *Beſchreibung der Stadt Acken, nach ihrem vorigen und iezigen Zuſtande, Zerbſt 1712. 4.* *Wettinenſis* Comitatus in eodem Archiepiſcopatu ſ. hodie Ducatu ſitus eſt. Scripſit autem CHRISTOPHORVS CELLARIVS, iunior, *de originibus & ſucceſſionibus Comitum Wettinenſium, Halæ 1697. 4.* quo erudito libello in Comitum Wettinenſium origines inquirit, eorumque ſucceſſiones vsque ad Friderici Bellicoſi tempora ducit. HENRICI MEIBOMII ſcripta vernaculo ſermone *Chronica des Iungfraulichen Kloſters Marienborn*, in lucem edita *Magdeburg 1720. 4.* cura IOA. GEORGII

LEVCK-

LEVCKFELDII, qui ipſe compoſuit produxitque *Antiquitates Præmonſtratenſes, oder hiſtoriſche Nachricht von zweyen ehemahls berühmten Præmonſtratenſer Klœſtern S. Marien in Magdeburg, und Gottes Gnade bey Calbe, Magdeburg 1721. 4.*

§. VIII.

Cliuiæ Ducatus & Comitatuum *Marcæ & Ravensbergæ* Geographiam & Hiſtoriam accuratiſſime deſcripſit WERNERVS TESCHENMACHERVS *in Annalibus Iuliæ, Cliuiæ, Montium, Marcæ & Ravensburgi antiquæ & modernæ, Arnhemii 1638. f.* Qui liber quum rariſſimus fuiſſet, cum notis & obſeruationibus IVSTI CHRISTOPHORI DITHMARI qui & inſignem Codicem Diplomaticum adiecit, editus *Francofurti ad Oderam 1716. f.* IOANNIS THOMAE BORSII, in Iuliæ & Montium Ducatibus Conſiliarii Intimi & Vice-Cancellarii *Iuliæ (Cliuiæ) Montiumque Annales Comitum, Marchionum & Ducum*, a primis primordiis ex claſſicis auctoribus, vetuſtis documentis Imperatorum Regumque plurimis diplomatibus, ad hæc vsque tempora deducti, quos gener Auctoris ADAMVS MICHAEL MAPPIVS Electoris Palatini Conſiliarius & Referendarius in ordinem digeſſit, illorumque defectus ſuppleuit, & *ſuis ſumtibus* luci dedit, *Coloniæ Agrippinæ, Tomus Primus 1731. f. Tomus II. & III. ibid.* qui omnes tres mediocre tantum volumen faciunt, & exhibent varia Collectanea ſtilo parum compto complexa, & non adeo apte diſpoſita, nec ex genuinis fontibus repetita, immixtis quidem variis Diplomatibus, quorum pars maxima iam edita, adiectis ſimul variis incertisque vulgarium librorum narrationibus. EGBERTI HOPPII *kurtze Beſchreibung des Landes ſampt Genealogia der Graven und Hertzogen von Cleue, Cliuiæ 1655. 8.* non ſolum ſitum & vrbes præcipuas

cipuas deſcribit, ſed etiam genealogiam & ſucceſſionem exhibet, maxime etiam cauſſam ſucceſſionis Clivienſis vltimæ pertractat. Anonymi *Stamm-Buch der berühmten Grafen und Hertzogen zu Cleue* prodiit *Arnhemii 1679. f.* ſed præter imagines Principum nihil fere habet ſingulare. Alias habemus *des Fürſtlichen Geſchlechts und Hauſes Iülich, Cleue, Berg und Marck Stamm-Regiſter, darinn derſelben regierenden Fürſten Ankunfft, Leben und Regierung, wie auch die Vereinigung gemeldter Fürſtenthümer kurtz und gründlich angezeiget wird, neben Genealogie und Contraſactur etlicher gemeldten Stamms, wie auch anderer prætendirenden Fürſtlichen Perſonen, Arnhem 1610. f.* ADELARII ERICHII *Gülichiſche Chronic* ſeptem libris abſoluta, ſed non in omnibus adeo iuſta, prodiit *Lipſiæ 1611. f.* laudanda tamen eſt ob varias nobilium genealogias, quas inſeruit. HERMANNVS EWICHIVS *Veſaliam* deſcripſit, *Veſaliæ 1668. f.* IOANNES NICOLAVS SELLIVS *in Veſalia obſequente*, inaugurationem Friderici Guilielmi, Electoris Veſaliæ factam enarrat, *Veſaliæ 1669. f.* *Duysburgum* tribus libellis verſibus elegiacis deſcripſit IOANNES IVLIVS *1579. 8.* *Embricam* vero in *Embricis*, ſiue ciuitatis deſcriptione Libris Tribus comprehenſa EBERHARDVS WASSENBERGIVS, *Cliuis 1667. f.* LEWOLDI a NORTHOF extant *Origines Marcanæ, ſeu Chronicon Comitum de Marka & Altena*, ab anno 1080. ad an. 1391. quod cum notis Meibomii prodiit *Hanouiæ 1613. f.*

§. IX.

De præcipuis Rerum *Pomeranicarum* Scriptoribus diligenter egit & libere cordateque ſententiam dixit V. C. CHRISTIANVS SCHOETTGEN in vtili Sylloge, quam inſcripſit *Altes und neues Pommerland P. I. p. 1. & P. II. p. 109. Parte*

III.

III. p. 287. P. IV. p. 407. & P. V. p. 541. Qui iuſſu Regis Poruſſorum apud pleraſque *Pomeraniæ Brandenburgicæ* vrbes, ciuitates, oppida inviſit IACOBVS PAVLLVS *de* GVNDLING, ex his notitiis ſibi comparatis produxit: *Pommeriſchen Atlas, oder Beſchreibung des Herzogthums Pommern und des daſigen Adels, Potsdam 1724. 8.* Ante hunc de Pomeranico ſtatu & ſimul rebus antiquis & moribus commentatus GREGORIVS LAGVS breui ſed bonæ frugis libello *de Pomerania, Witebergæ 1559. 8.* Aliqua ſubſidia ad illuſtrandas Hiſtoriæ *Pomeranicæ* partes exhibuit C. SCHOETTGENIVS in laudato iam libro, cui titulus: *altes und neues Pommerland*, cuius Pars *Prima Stargardiæ 1721. 8.* edita, exhibet:

1. Einleitung zur Kenntniſs der ***Pommeriſchen Hiſtorien-Schreiber*** p. 1.
2. Hiſtorie des Cartheuſer Kloſters ***Marien Cron*** vor ***Rügenwalde*** p. 25.
3. Einige alte ***Briefe*** mit Anmerckungen p. 42.
4. Leben Herrn ***Paul*** Freyherren von ***Fuchs*** p. 54.
5. Ein Exempel der Pommeriſchen Grobheit und Hœfflichkeit p. 117.
6. Nachricht von einem zu Stargard von Pulver angerichteten Vnglück p. 124.

Parte *Secunda* proſtant:

1. Einleitung zur Kenntniſs der ***Pommeriſchen Hiſtorien Schreiber***, Fortſezung des erſten Capitels p. 129.
2. Hiſtorie des ***Kalands*** zu ***Stargard*** p. 168.
3. Leben D. ***Mœuii Volſchouii*** General Superintendenten zu ***Greiffswalde***.
4. Einige ***alte Briefe*** mit Anmerckungen.

Parte *Tertia* legas:

1. Einleitung zur Kenntniſs der ***Pommeriſchen Hiſtorien Schreiber***.
2. Statuta Synodalia ***Henningi*** Epiſcopi ***Caminenſis*** p. 314.

3. Von

3. Von denen Archi Diaconatibus des hohen Stiffts *Camin* p. 334.
4. Nachricht von der alten Stadt *Groſſwin*.
5. Einige *alte Briefe* mit Anmerckungen.

Parte *Quarta* habes:

1. Continuationem Notitiæ Hiſtoricorum *Pomeranorum* p. 407.
2. Nachricht von dem Adelichen Geſchlechte derer von *Schlieff* p. 431.
3. Beylagen zum vorigen Artickel p. 462.
4. Leben *Samuelis Bohlii* Profeſſ. Theol. zu *Roſtock* p. 513.

Parte *Quinta*, quæ edita *1727. 8.*

1. Notitia de hiſtoricis Pomeraniæ continuata p. 541.
2. Leben des Cardinals *Matthæi* de *Cracouia* p. 632.
3. Næhere Nachricht von *Wintheri* Baltho Pomeranico Commentario ſc. eius hiſtorico nunquam edito p. 646.
4. Einige *alte Briefe* mit Anmerckungen.

Ante Cl. *Schœttgenium* varia opuſcula & diplomata res Pomeraniæ illuſtrantia conduxerat MARTINVS RANGO, eique Collectioni titulum dedit: *Pomerania Diplomatica ſiue Antiquitates Pomeraniæ, Francofurti ad Viadrum* 1707. 4. qua SCHVRZFLEISCHII & HARTKNOCHII Diſſertationes & AEGIDII *van der* MYLEN *Antiquam Pomeraniæ Rempublicam* iunctim edidit, & Annotationibus atque animaduerſionibus diplomaticis illuſtrauit, quibus Iuri publico ac feudali Pomeraniæ, tum & Tabulis progonologicis Ducum & Principum Pomeraniæ lux adfunditur, nec non Epiſcoporum *Caminenſium* vita resque geſtæ, vt & Familiæ Nobilium, quæ in Pomerania eſſe deſierunt, recenſentur. Primus, qui reſtauratis bonis literis, Hiſtoriam Pomeraniæ exponendam ſibi ſumſit IOANNES eſt BVGENHAGIVS, cuius *Pomerania*, *Gryphiswaldiæ 1728. 4.* ex MSCtis a *Iacobo Henrico Balthaſare* edita, a Bugenhagio, Bogislai X. Pomeraniæ

meraniæ Ducis iuſſu, ex documentis Principumque diplomatibus condita. Præmiſſa eſt genealogica Ducum Pomeraniæ tabula, in qua auctor ſæpe ab aliis auctoribus diſſentit. Acceſſerunt ſupplementa, quæ in epitome a. 1580. ab anonymo facta, comparuerunt. Huius curas ſuperavit ad archiua admiſſus Ducum Pomeraniæ citerioris Cancellarius VALENTINVS ab EICKSTEDT, qui *Epitomen Annalium Pomeraniæ* condidit & *Vitam Philippi Ducis Pomeraniæ cit.* compoſuit, quas ex MSC. edidit idem V. C. *Iacobus Henricus Balthaſar*, *Gryphiswaldiæ 1728. 4.* CONRADI SAMVELIS SCHVRTZFLEISCHII *Origines Pomeranicæ*, primum *Wittebergæ 1673. 4.* editæ, atque in Volumine Diſſertationum Hiſtorico-Politicarum extant, quibus præmittuntur ſcriptores de rebus Pomeranicis cum breui, ſed accurato iudicio. CHRISTOPHORI HARTKNOCHII Diſſertatiuncula *de originibus Pomeranicis* Diſſertatio ipſius Commentario de *Republica Polonica Lipſiæ 1687. 8.* edito adiecta, qua ſententias quasdam Schurzfleiſchianas tecte voluit confutare. GEORGII FRIDERICI SASSII Diſputatio Præſide CHRISTIANO GRÜNEBERGIO *de Pomerania* habita *Francofurti ad Oderam 1684. 4.* ad geographica potiſſimum facit. Doctiſſimum *Specimen Introductionis in Hiſtoriam Finium Pomeranicorum*, Diſſertatione academica propoſuit ANDREAS WESTPHALIVS, Hiſtoriarum in Academia Gryphica Profeſſor clariſſimus, *Gryphiswaldiæ 1721. 4.* IOACH. BALCKIVS *Pomeraniam* rhytmis Germanicis deſcripſit *1608. 8.* Certorum tantum temporum memorabiles res annotarunt, qui Calendariis hiſtoricis compoſitis Pomeranica maxime obſeruanda cenſuerunt, vtpote: DAVID HERLICIVS, qui edidit: *Prodromum*

mum vel primum ſpecimen ac Delineationem faſtorum vel Calendarii hiſtorici Pomeraniæ, lingua vernacula, *alten Stettin 8.* tribus plagulis. Eiusdem commatis ANDREAE HILDEBRANDI *Diarium Pomeranicum ſ. kurzer hiſtoriſcher Calender des Fürſtl. Hauſes zu Stettin Pommern, 1631. 8.* quo natiuitatem, nuptias, mortes illuſtres, annotauit. Horum veſtigia ſecutus Auctor *Anonymus*, qui ex *Schœttgenii* iudicio FRISIVS Conſiliarius Suecicus, cuius *Curieuſer Geſchichts Calender darinnen alles was ſich in Vor- und Hinter-Pommern von a. 1600. bis 1699. denckwürdiges begeben kürzlich erzeblet wird*, prodiit *Stettin 1700. 8.* ANDREAE HILDEBRANDI *Genealogia Ducum Pomeraniæ* ab anno 789. ad an. 1622. non contemnenda eſt, a *Lubitho*, qui Carolo *M.* imperante vixit, incipiens, quæ prodiit *Stettini 1622. f.* iungantur, quas idem ANDREAS HILDEBRANDVS compoſuit *Tabulæ Genealogicæ Pomeraniæ Ducum modernorum*, quæ editæ *Stetini 1618. f.* 3. plag. ſunt autem hi Duces Philippus II. Franciſcus I. Bugislaus XIV. & Vlricus I. cum quibus conferenda WOLFGANGI IOBSTENS *Genealogia oder Geburths-Linie der Fürſten und Hertzoge in Pommern, Francofurti 1573.4.* maximam partem ex NICOLAI *von* KLEMPZEN *Chronico MSCto* deſumta. Reliquis palmam præripit IOHANNIS MICRAELII *altes Pommerland, Stettin 1640. 4. & Stettin 1723. 4.* quo ſex Libris veterem Germanarum Slauicarum & Saxonicarum gentium, quæ ibi ſedes habuerunt nec non recentiorem hiſtoriam deſcripſit, licet in definiendis gentium migrationibus atque antiquiori hiſtoria quandoque errores admittat; res vero recentiores ex optimis ſubſidiis, accurate, dilucide, ordinate, prudenter, expoſuit. Miſcellanea quædam, ad hiſtoriam ciuilem & literariam Pomeraniæ fa-

 cientia,

cientia, v. gr. excerpta ex annalibus, deſcriptiones vitarum virorum celebrium, & ciuitatum &c. edidit FRANCISCVS WOKENIVS *im Beytrage zur Pommeriſchen Hiſtorie, mehrentheils aus geſchriebenen Vrkunden und Iahrbüchern zuſammen getragen, Leipzig 1732. 4.* Singularia fata prouinciæ Vrbiumque quarundam Pomeraniæ ſingularibus ſcriptis ſunt memoriæ commendata, ex quibus notamus ea in primis, quæ de calamitatibus Belli tricennalis exponunt, nimirum: Scriptum ſub titulo: *Triennales Pomeraniæ afflictiones, h. e. ſuccincta veriſſimaque Deſcriptio cauſſarum, quibus militaris præſidii iugum anno 1627. Pomeraniæ impoſitum, quique eius fructus & effectus fuerint 4.* quod & germanice hac forma prodiit, adiectis Actis publicis illuſtratum, locoque manifeſti vt vocant Ducalis Pomeranici fuit editum, quo calamitates triennio Ducatui per milites Cæſareos illatæ deſcribuntur. Defenſionem grauem Ciuitatis inclitæ *Sundenſis*, quæ in his turbis non receperat præſidium militis Cæſarei ſed auxiliis Danicis & Suecicis ſe firmarat, fecit ſummus poſtea ICtus tum Ciuitatis Syndicus DAVID MEVIVS egregio ſcripto, cui index: *Gründlicher Bericht von der Hanſe-Stadt Stralſund der Hauptſtadt in Pommern, wie anno 1627. die Einquartierung daſelbſt begehret &c. Stralſund 1631. 4.* Eiusdem argumenti & alii libelli plures editi querelas Ciuitatum oppreſſarum tum exponentes, veluti: *Stargardiſche wahre Vnſchuld und herzliche Quartier Klage &c. Alten Stettin 1634. 4.* Sæuitia porro militum patet ex libello inſcripto: *Laniena Paſwalcenſis*, vernaculo ſermone, auctore CHRISTIANO LOPERO teſte oculato, *Stralſund 1630. 4.* edito, quo excidium huius oppidi & cædes miſerorum hominum deſcribitur. Idem triſte argumentum tractauit

THO-

THOMAS BAHR alio libello, cui quoque titulus adſcriptus: *Laniena Paſewalcenſis, d. i. iammerliche Zerſtœrung der Stadt Paſewalck &c. Prenzlow 1705. 4.* Ad harum miſeriarum periodum & ſequutam liberationem per Suecos faciunt porro: LIBORII VVLTVRNI *Primitiæ Belli Pomerano-Suecici*, germanice editæ *1631. 4.* Ad res eccleſiaſticas facit *Chronicon* DANIELIS CRAMERI. Quod primum ſub titulo *groſſe Pommeriſche Chronic* prodiit *1602. 4.* dein auctum ſub titulo: *Pommeriſche Kirchen-Chronic, Stettini 1628. f.* quo catalogum epiſcoporum Caminenſium potiſſimum nectit, atque in hiſtoria reformationis multa habet. DAVID TIMAEVS explicauit *die Wapen des Fürſtlichen Hauſes Pommern, Soræ 1689. 4.* Illuſtrium & nobilium in Pomerania *Familiarum Genealogiæ* heic non omittendæ, qualis ANDREAE HILDEBRANDI *Genealogia Illuſtrium & generoſiſſimorum Comitum ab Eberſtein, Stetini 1623. f. Flemmingiorum* inclytæ Familiæ ramum *Bæckenſem* cum primis curate deſcripſit IOHANNES FRIDERICVS SCHMIDT in *Genealogia Flemmingiana, oder Genealogiſcher Ausführung der Flemminge in Hinter Pommern &c. Stargard* circa a. 1703. *f.* qua a Sæc. XIII. ad ſua tempora eum deduxit. De maioribus *Pomeraniæ Vrbibus* variæ quoque extant ſcriptiones. *Inclytæ enim Vrbis Stralſundæ origo & res geſtæ* ex veris hiſtoriis deſcriptæ carminice a ZACHARIA ORTHO editæ *Roſtochii 1562. 4.* Præſtantior, vtpote ex archiuo ex parte deſumta PAVLI FRIDEBORNI *Hiſtoriſche Beſchreibung der Stadt Alten-Stettin in Pommern, Stettin 1613. 4.* qua & egregiæ obſeruationes ad hiſtoriam Pomeraniæ omnis comparent. Breuius & neruoſius quæ ad notitiam Vrbis faciunt idem FRIDEBORNIVS complexus in *Deſcriptione Vrbis Stetinenſis, Topographico-Hiſtorica, cum Icone ge-*

nium loci adumbrante, Stetini 1624. & 1654. 4. Summa capita memorabilium Stetinenſium ex *Frideboriio, Cramero, Micrælio* decerpta propoſuit *Anonymus*, qui eſt LVDEWIG IACOB in libello: *Alt-Stettiniſche Pommriſche Geſchichte* ab a. 1600. *Alten-Stettin 1661. 4.* Priuilegia inclytæ Vrbi a Ducibus Pomeraniæ conceſſa recenſuit, doctisque obſeruationibus illuſtrauit IOANNES SAMVEL HERING in *Hiſtoriſcher Nachricht, welchergeſtalt die Stadt Alten Stettin von denen Herzogen in Pommern mit ſtattlichen Priuilegiis begnadiget worden, Franckfurt an der Oder 1726. 4.* De *Belgardia Pomeranorum* egregia eſt Diſſertatio C. S. SCHVRZFLEISCHII, *Witteberga 1684. 4. Acta Publica* quæ ad illuſtrandam *Pomeraniæ* omnis Hiſtoriam facere poſſint diligenter recenſuit Dn. *Schœttgenius des alten und neuen Pommerlands P. V. Cap. V. p. 597.* De *Rugia* celebri inſula & principatu proſtant: BARTHOLDI KRACKOVITZII Oratio de *Inſulæ Rugiæ præſtantia, Gryphiswaldiæ 1622. 4.* GEORGII CHRISTOPHORI LEMMII Diſſertationes binæ *de Rugia Inſula, Wittebergæ 1678. 4.* quarum primam Præſide GEORGIO GREENIO propoſuit. Præſtat longe ALBERTI GEORGII SCHWARTZII eruditiſſima *Hiſtoria finium Principatus Rugiæ*, cui acceſſit: *Specimen Diplomatum Rugianorum, Gryphiswaldiæ 1727. 4.* qua ſpecies finium antiquiſſima delineatur, & variæ mutationes, amplitudinis viciſſitudines, ceteraque memorabilia huc pertinentia ex probæ fidei monumentis, ſcriptis coæuis, diplomatibus aliisque vetuſtis chartis a medio XI. Sæculi ad vsque tempora hodierna, enarrantur. Ad fata viciſſitudinesque ſacrorum in primis repurgatorum noſcendas & vitas verbi diuini miniſtrorum, admixtis tamen & de ciuilibus rebus, narrationibus

bus adhibenda ERNST HENRICH WACKENRODERS *altes und neues Rügen 1732. 4.* cum quibus commentariis coniungenda IOHANN DAVID FABARII *Nœthige Erlæuterung des alten und neuen Rügens betreſſend die Præpoſitur Bergen und die darunter gehœrige Parochien*, qua præcedentem ſupplet & ad recentiora tempora continuationem addidit, prodiit *Greifswald und Stralſund 1738. 4.*

§. X.

De *Burggrauiatu* Noribergenſi infra dicemus, inter reliquorum Principum Germaniæ Hiſtoricos. De rebus *Halberſtadienſibus* diligenter commentatus Auctor obſeruationis XIII. quæ *Obſeruationum Halenſ.* T. X. extat. Confer *Auserleſenen Anmerckungen* T. II. *p. 207.* Primum notabilis CASPAR SAGITTARIVS breui quidem, ſed docta Diſſertatione, quæ inſcribitur: *Hiſtoria Halberſtadienſis, Ienæ 1675. 4.* Copioſior IOANNIS GEORGII LEVCKFELDII *Hiſtoriſche Beſchreibung des vormahligen Biſchoffthums Halberſtadt, Wolffenbüttel 1714. 4.* germanice edita, qua vitas Epiſcoporum deſcripſit, cum qua coniungendæ EI. *Antiquitates Nummariæ, Leipzig 1721. 4.* in quibus ex numis bracteatis lux rebus Halberſtadienſibus accenditur. Add. IAC. FRID. REIMMANNI *Grund-Riß der Halberſtædtiſchen Hiſtorie, Halb. 1702. 4.* GVILIELMVS BVDAEVS compoſuit Commentarios *vom Leben Wandel und Thaten Herzog Alberti zu Braunſchweig, des 20. Biſchoffs zu Halberſtadt, Halberſtadti 1624. 4.* qui liber eſt rariſſimus. Integrum *Catalogum Epiſcoporum Halberſtadtienſium* ab origine vsque ad annum 1558. nectit MELCHIOR NEOFANIVS, *Serueſtæ 1586. 4.* qui liber carmine heroico eſt ſcriptus, ſed non adeo magni momenti. Idem dicendum de PANCRATII CRVGERII in Academia Iulia Profeſ-

ſoris *Catalogo Epiſcoporum Halberſtadenſium*, a Caroli M. temporibus vsque ad *Henricum Iulium* Duc. Brunſuicenſem & annum 1578. metrice edito, *Henricopoli* 1578. 4. IOANNIS WINNIGSTADII *Chronicon Halberſtadienſe*, primus ex Codicibus MSˢᵗⁱˢ edidit CASPAR ABEL in *Sammlung etlicher noch nicht gedruckter alter Chronicken*, quæ edita *Braunſchweig* 1732. 8. in qua etiam *p.* 524. extat *Chronicon Aſcanienſe*, de antiqua ciuitate & Comitatu *Aſcharia ſ. Aſchersleben*; nec non *p.* 689. *Chronicon Ermslebienſe* a. 1580. cœptum. *Ideam Hiſtoriæ Aſcanienſis*, *Quedlinburgi* 1708. 4. exhibuit V. S. V. IOANNES FRIDERICVS REIMMANNVS, indicatis ſimul breuiter ſubſidiis, vnde hæc expoſitio peti poſſit. Diœceſeos Halberſtadienſis olim erat *Walbeccenſis* Comitatus, de quo omnino legenda HENRICI MEYBAVM *Walbeckiſche Chronica von den alten Hoch-Adlichen Geſchlecht der Grafen von Walbeck am Aller Strohm Halberſtædtiſchen Biſtuhms*, *Helmſtedt* 1619. 4.

§. XI.

Ad *Mindenſis* olim Epiſcopatus, hodie Principatus Hiſtoriam facit ANONYMI *Chronicon Epiſcoporum Mindenſium* ab an. 780. ad 1479. quod extat in Tomo *Primo* S. R. G. *Meibomiano*. Aliud *Chronicon* proſtat in *Piſtorii S. R. G.* Tomo *primo*. Sic & inter Opera *Meibomiana* reperitur *Chronicon Schauenburgenſe & Mindenſe*. Ex his aliisque ſubſidiis deductum IOHANNIS CRVSII *Chronicon Mindenſe*, *Mindæ* 1675. 4.

§. XII.

Familiæ Comitum Honſteiniorum Arborem Familiæ carmine complexus HENRICVS ECKSTORMIVS, *Ienæ* 1592. 4. MARCI quoque WAGNERI extat: *Hiſtoria Elgeri Comitis de Hohenſtein, wie er die Apoſtoliſche Lehre in Thüringen aufgerichtet,*

richtet, Iena 1582. 4. Ad augendam notitiam huius Comitatus & mutationem regnatorum eius faciunt ſcripta publica: *Gründliche Information was es mit den Graffſchafften Hohn- und Reinſtein, für eine eigentliche Bewandnis habe, Wolffenbüttel 1628. 4. Halberſtad 1703. 4.* nec non: *Schreiben an Ihro R. Kæyſerl. Maj. Leopoldum I. von Sr. Chur-Fürſtl. Durchl. zu Brandenburg, Friderich dem III. nebſt einer Informations-Schrifft die Einziehung der Graffſchafft Hohnſtein betreffend 1699. f.* quæ & inſerta LÜNIGII *Grundfeſte Europæiſcher Potenzien Gerechtſame T. I. p. 378. & Theatro Europæo T. XIV. p. 555.* Ex reliquiis Regni *Arelatenſis*, iure hæreditario atque ex decreto ſtatuum regionis ad Potentiſſimum Poruſſiæ Regem delatus Principatus *Nouicaſtri* & Comitatus *Valangin*, de quibus fundamentisque Iuris regii legendi eruditi commentarii ſub titulo PETER *von* HOHENHARD ſiue IOANNIS PETRI LVDEWIG *Preuſſiſches Neuburg und deſſen Gerechtſame, Teutſchenthal 1708. 8.* cum quibus iungenda NICOLAI HIERONYMI GVNDLINGS *Hiſtoriſche Nachricht von der Graffſchafft Neufchatel und Valangin, Franckfurt 1708. 8. Eiusdemque Erlæuterung des Hiſtoriſchen Berichts von der Graffſchafft Neufchatel und Valangin, ibid. 1708. 8.* quibus vtriusque regionis ſtatus feudalis & fata erudite exponuntur. Reliquos libellos publicos ad iura *Brandenburgica* illuſtranda exquire in LÜNIGII *Bibliotheca Deductionum.*

CAPVT VIGESIMVM TERTIVM

DE SCRIPTORIBVS HISTORIÆ BRVNSVICENSIS ET LVNEBVRGENSIS.

§. I. *Scriptores qui ad Topo- & Geographiam atque Genealogiam Domus Brunſuicenſis & Lüneburgenſis faciunt.*

§. II. *Scriptores, qui ad omnem Brunſuicenſis Lunæb. Domus Hiſtoriam faciunt.*

§. III. *Scriptores ſingulares de Hiſtoria & vita Henrici Leonis & Ducum aliorum.*

§. IV. *Scriptores Hiſtoriæ Electoratus Hannouerani.*

§. V. *Scriptores Hiſtoriæ Lüneburgicæ & Ciuitatum huius prouinciæ.*

§. VI. *Scriptores Hiſtoriæ Vrbis Brunſuicenſis & aliarum eiusdemque ditionis.*

§. VII. *Scriptores de Comitibus, quorum ditiones Ducatibus B. L. acceſſerunt, & Nobilibus.*

§. VIII. *Scriptores de Syluæ Hercynia atque metalliſodinis.*

§. I.

Scriptorum Rerum Brunſuicenſium ac Luneburgenſium quotquot hactenus innotuerunt & in lucem editi ſunt ſuccincta Notitia conquiſita, ordine diſpoſita ac digeſta eſt ſolerti cura doctiſſimi viri DANIELIS EBERHARDI BARINGII, editaque *Hanoueræ 1729. 8.* De his grauiter iudicat HENRICVS MEIBOMIVS *ad Saxoniæ inferioris inprimis Hiſtoriam Introductione* erudita *Helmſtadii 1687. 8.* In Topographicis adhibenda in primis. MARTINI ZEILERI *Topographia Brunſuicenſis & Lüneburgenſis*, cum figuris Meriani, *Francofurti 1644. f.* quæ accuratiſſime eſt elaborata, nam Auguſtus Dux Guelfer-

ſerbytanus doctiſſimus & ſapientiſſimus Princeps egregia parauerat ſubmiſeratque ſubſidia. Ad Origines Potentiſſimæ Familiæ noſcendas & res geſtas ab inclinatione Romani imperii ad annum 1476. faciunt REINERI REINECCII *Syluula de illuſtriſſima Billingorum Familia, concinnata e diuerſis annalibus*, item HIERONYMI FALETI *Genealogia Marchionum Eſtenſium & Ducum Ferrariæ*, addita Editioni *Reineccianæ* HELMOLDI, *Francofurti 1581. f. p. 211. ſeq.* Copioſiores ſunt iuueſtigationes quas fecit IOANNES BAPTISTA PIGNA, cuius prodierunt *italice de Principibus Ateſtinis Libri VIII.* in latinam vero linguam conuerſi *Ferrariæ 1595. f.* quædam exemplaria habent *1585.* quos in germanicum ſermonem tranſtulit *Tiburtius Dreyfelder, Moguntiæ 1580. f.* Rarus eſt liber, in quo origo Domus Lüneburgicæ ex principibus Ateſtinis deducitur, & res geſtæ principum enarrantur, ſed in Italorum rebus accuratior eſt auctor, quam Germanorum. Egregii plane ſunt commentarii, quos ad declarandas origines conduxit vir exquiſitæ plane doctrinæ & diligentiæ LVDOVICVS ANTONIVS MVRATORIVS, inſcriptos: *Delle Antichità Eſtenſe ed Italiane, in Modena 1717. f.* quibus Eſtenſis Domus primores ſolertiſſime cum in Italia tum Germania inueſtigauit, egregiaque monumenta medii æui probantia adiecit. Conferri poteſt: *Lettre ſur la connexion des Maiſons de Brunſuic & d'Eſte*, par Mr. LEIBNIZ, *à Hannover 1695. 4.* Iuſtis coæuorum probationibus inſtructa egregiarumque obſeruationum plena eſt IOACHIMI FRIDERICI FELLERI *des Kœniglichen Gros-Britanniſchen Chur- und Fürſtlichen Braunſchweig-Lüneburgiſchen Hauſes Genealogiſche Hiſtorie, Leipzig 1717. 8. à Welfone I.* Ludouici Pii Imp. ſocero ad Albertum & Iohannem Ottonis

Pueri Filios perducta, qua & de Regibus Burgundiæ Welſici & Carolingici ſanguinis, deque iis qui Ecbertinam & Nordheimenſem Lineas conſtituerunt erudite exponit. IOANNIS CHRISTOPHORI HARENBERGII *Analecta ad Genealogiam Ducum Saxoniæ ante Seculum XIII. & Ducum Brunſuicenſium ex obſeruationibus præcipue* PHILIPPI IVLII REHTMEIERI, & IOANNIS LVDOVICI LEVINI GEBHARDI *ac propriis coagmentata*, quæ inſerta legitur *Nouis Actis eruditorum Lipſienſibus Ann. 1733. p. 116.* IDEM *Hiſtoriam Genealogicam Ducum Saxoniæ vsque ad Henricum Longum, Ducumque Brunſuicenſium ex maſcula ſtirpe Italica, & fœminea Sueuica*, inſeruit *Hiſtoriæ Eccleſiæ Gandersbemenſis*, quam *Hanoueræ 1734. f.* edidit, in quibus multam quidem diligentiam adhibuit, in multis tamen accurationem deſideres. CASPAR SAGITTARIVS *Origines Ducum Brunſuicenſium & hiſtoriam* vsque ad annum 1235. *Ienæ 1684. 4.* multa cura deſcripſit. IOANNIS IVSTI WINCKELMANNI *Stamm-und Regenten Baum der Hertzoge von Braunſchweig 1675. f.* prodiit, ſed labore non adeo accurato. SIGISMVNDI *von* BIRCKEN *Guelfis oder Niederſæchſiſcher Lorber-Hayn* prodiit *Noribergæ 1669. 12.* ſed potius libellus eſt honori Domus Guelficæ dicatus, quam vt Principum genealogia accuratius explicetur. Sic quoque extat ANONYMI *kurze Erklærung der Hiſtorie der alten Teutſchen Sæchſiſchen Kœnige und Fürſten, und daraus entſproſſenen Fürſtlichen Braunſchweig-Lüneburgiſchen Stamm-Baums, Oſnabrüg 1674. f.* GOTTFRIED SIEGFRIED MEGANDER edidit *Hoch-Fürſtlichen gedoppelten Luſt-Spiegel, in welchen vorgeſtellet wird die Hoch-Fürſtliche Ankunfft, die Hoch-*

Hoch - Fürſtliche Blut - Freundſchafft, Gotha 1656. 4. Sic etiam GVILIELMVS MECHOVIVS ſcripſit *Laurum Guelphicam, Lüneburgi 1675. f.* MICHAEL GERINGERVS *Genealogiam Ducum Brunſuicenſium & Lüneburgenſium, lineæ Cellenſis, Cellæ 1630. f.* HENRICVS MEIBOMIVS Sen. breuiter expoſuit *de Ducum Brunſuicenſium Genealogia ex Actiorum ſanguine repetita, Helmſtadii 1588. 4.* HENRICI MEIBOMII præclara eſt *Commentatio de Sereniſſimæ Domus Brunſuico-Luneburgenſis affinitatibus auguſtis, Helmſtadii 1699. 4.* De *ſucceſſionibus in Sereniſſima Guelfica Domo vſitatis*, Præſide CAROLO OTTONE RECHENBERGIO docte commentatus CHRISTOPHORVS IOANNES de MÜNCHHAVSEN *Lipſiæ 1716. 4.* addita Tabula Genealogica.

§. II.

Ipſos fontes exhibent & inſignia illuſtrandæ antiquæ & mediæ Hiſtoriæ *Guelficæ* præbent ſubſidia, magnis ſumtibus multisque itineribus conducti GODOFREDI GVILIELMI LEIBNITII *Scriptores Rerum Brunſuicenſium*, quorum *Tomus Primus, Hanouerae 1707. Secundus* ibid. *1710. & Tertius ibid. 1711. f.* prodierunt, Indices copioſos confecit *Gothofredus Rühlmannus.* Seriem monimentorum ſingulorum, euoluat B. L. ſupra *Cap. XVI. §. XLIV. p. 820. ſeqq.* Eundem finem habuit HENRICVS MEIBOMIVS Iunior, dum aui HENRICI & ſua opuſcula vno corpore additis inſignibus ſcriptoribus Hiſtoriæ Saxoniæ inferioris inſeruientibus ederet: *Rerum Germanicarum Tribus Tomis*, excuſis *Helmſtadii 1688. f.* quorum Syllabum iam Cap. XVI. *§. XLII. p. 815.* exhibui, excitato loco euoluendum. Edita HENRICI MEIBOMII aui, commentationes erant iunctim vno faſciculo ſub titulo: *Opuſcula hiſtorica varia Res Germanicas concer-*

cernentia *Helmſtadii 1660. 4.* in qua maximam partem Brunſuicenſia & Lunæburgenſia, quæ repetiit in ſuo Corpore *Henricus* Nepos. Eodem fere tempore de rebus Brunſuicenſibus egregie ſane meritus alia Sylloge IOACHIMVS IOANNES MADERVS, quæ primum hoc in fronte habet elogium: *Vetuſtas, ſanctimonia, potentia atque maieſtate Sereniſſimæ auguſtiſſimæque Domus Ducum Brunſuicenſium ac Luneburgenſium antiquis aliquot monumentis oſtenſa, Helmſtadii 1661. 4.* & mutata ſaltim plagula quæ titulum habet, ita inſcripta: *Antiquitates Brunſuicenſes, ſiue variorum monumentorum Domus Brunſuico-Luneburgicæ vetuſtatem, ſanctimoniam, potentiam, maieſtatemque declarantium Sylloge, Helmſtadii 1678. 4.* qua continentur:

1. *Chronica* Sereniſſimorum Ducum Brunſuicenſium auctoris *anonymi* ſed vetuſti.
2. *Imperatorum* ex celſiſſima Ducum *Brunſuicenſium* Domo oriundorum Vitæ auctore THEODORO ENGELHVSIO.
3. Eorundem *Impp.* Vitæ auctore IOHANNE CRAWS.
4. Eorundem *Impp.* & Ducum *Brunſuicenſium* XII. Diplomata vetuſta.
5. Eorundem *Impp.* ab *Henrico Aucupe* ad *Henricum V.* res præclare geſtæ Auctoris incerti.
6. *Eiusd. Compilatoris Gregorius Papa V.* Saxo.
7. *Alterius cuiusdam* de cathedrali *Goslarienſium* Eccleſia ab *Henrico III.* fundata narratiuncula.
8. Ex libello, qui forte eſt *Lamberti Schaffnaburgenſis* de inſtitutione *Hersveldenſis* Eccleſiæ eiusdem excerpta &c.
9. De *fundatione* aliarum Germaniæ *Eccleſiarum* a temporibus *Caroli M.* ad *Ottonem* M. *autoris vetuſti.*
10. De Eccleſia collegiata *S. Blaſii* in *Brunswick* & Sereniſſimis *Brunſuicenſium* Ducibus.
11. *Copia* einer alten auf Pergament geſchriebenen Tafel, ſo in dem Duhm zu *Braunſchweig* offentlich hanget.

12. Ge-

12. *Genealogia* Celſiſſimorum Ducum *Brunſuicenſium* eorum qui *Eymbeck, Duderſtadt &c.* cum attinentiis poſſederunt.

His ſubſidiis ſed non omnibus, nam plura eorum tempore nondum erant edita, vſi, qui in condendis *Chronicis* & hiſtoriis *Brunſuicenſis L.* & Familiæ & regionis operam adhibuerunt. CASPAR ſiquidem CALVOER dedit *Saxoniam antiquam, oder altes Heydniſches und Chriſtliches Nieder-Sachſen, Goslar 1714. f.* quo quidquid ad hoc argumentum pertinens reperire potuit conduxit, quorum tamen magna pars coniecturis ſaltim nititur. Singularia quædam legas in IVSTINI GOBLERS *Chronica vom Herkommen, Stamm und Geſchlecht der Braunſchweigiſchen Fürſten, Franckfurt 1566. f.* HENRICI BÜNTING *Braunſchweigiſche und Lüneburgiſche Chronicke* ex variis aliis huius conditionis libris manu exaratis conquiſita prodiit *Magdeburgi 1584.* vel vt alii *1586. f.* cum figuris ligno inciſis & iterum *ibid. 1596. f.* ſed cum in multis lapſus fuiſſet & multa omiſiſſet vir bonus, recenſiti aucti & emendati prodierunt hi *Libri Chronici*, ſub titulo: H. B. *Braunſchweigiſche und Luneburgiſche Chronica, aufs neue überſehen, hin und wieder corrigiret, gebeſſert und bis 1620 ausgeführet durch M.* HENRICVM MEYBAVM, *Magdeburg 1620. f. Büntingii* huius & doctiſſimi *Meibomii* collectanea, operi ſuo amplo inſeruit ſolertiſſimus rerum Brunſuicenſium perueſtigator PHILIPPVS IVLIVS RETHMEYER, qui edidit *Braunſchweig Luneburgiſche Chronica, oder Hiſtoriſche Beſchreibung der Durchl. Herzoge zu Braunſchweig und Lüneburg, Braunſchvveig 1722. f.* ſed copioſiſſimas addidit acceſſiones ex *Leznerianis* ſcriptis deſumptas, quibus omnem Hiſtoriam Caroli M. quæ commode omitti poterat intulit, ex Chronicis

nicis MSCtis Ciuitatum Brunſuici, Lunæburgi, Hannoueræ plura, additis notis quæ de viri optimi diligentia inſigni teſtantur, atque continuatione ad tempora vsque editionis, multisque documentis, ſigillis, inſignibus, numis tam bracteatis quam ſolidis & monumentis publicis æri & ligno inciſis. A multis iam annis commemorabili Potentiſſimæ Domus Guelficæ munificentia ſubnixi, omnibusque ſubſidiis inſtructi, in condenda plena & omnibus numeris quantum in hiſtoricis fieri poteſt abſoluta *Hiſtoria* condenda elaborant ſummi eruditiſſimique viri Hiſtoriographi Brunſuicenſes lauto ſalario conducti, GODOFREDVS GVILIELMVS LEIBNITIVS, qui plures eruditos adiutores habuit, *Ioachimum Fridericum Fellerum; Gothofredum Rühlmannum;* IOANNES inde GEORGIVS ECCARDVS, SIMON FRIDERICVS HAHNIVS atque qui hodie hanc ſpartam ornat & anteceſſorum labores ad diplomatum & optimorum teſtium normam expendit augetque exquiſita accuratione illuſtris GRVBERVS, quod ſane opus ad artis regulas ſcriptum magnitudini Gentis de qua agit, par erit & exemplum dabit quod ſequantur reliquæ dulcis Patriæ, quarum pars gloriæ in Archiuis deliteſcit. Alii res geſtas Ducum *Brunſuicenſium & Luneburgenſium*, compendiis exhibuerunt. Leuioris momenti libelli ſunt: *Curieuſer Geſchichts-Calender, in welchem die vornehmſten Thaten und Geſchichte des Chur- und Fürſtlichen Hauſes Braunſchweig und Luneburg von 1624. bis 1699. vorgeſtellet*, ſine loci mentione *1699. 8.* atque *curieuſer Geſchichts-Calender des Herzogthums Braunſchweig und Lüneburg von 1600. bis 1699. Leipzig 1699. 8.* nec non *curieuſer Geſchichts-Calender darinnen die vornehmſten Thaten und Geſchichte der Durchl. Braunſchweig-Lüneburg. Herzoge*

Wolffen-

Wolffenbüttelischer-Linie von 1600. bis 1698. vorgeſtellet, ibid. 1699. 8. quibus libellis ſumma capita hiſtoriæ recentioris publicæ, expoſita. Breue quoque eſt compendium: *Hiſtorie des doorluchtigſten Huize van Brunſvvick Luneborg door* A. G. LVISCIVS, *t' Amſterdam 1716. 8.* Plena bonæ frugis eſt expoſitio, teſtimoniis ſcriptorum & actorum publicorum ſuffulta, quam multo labore conduxit laborioſiſſimus dum viueret IOANNES FRIDERICVS PFEFFINGERVS, cuius *Hiſtorie des Braunſchvveig Lüneburgiſchen Hauſes und ſelbiger Landen bis auf gegenvværtige Zeiten*, poſt eius mortem edidit IOANNES FRIDERICVS PFEFFINGERVS fratris filius, Pars *Prima Hamburgi 1731. 8.* Pars *Secunda ibid. 1732. 8.* & Pars *Tertia ibid. 1734. 8.* addidit auctor breuem narrationem de origine & fatis comitum, dynaſtarum ac nobilium familiarum, qui Landſaſſii Brunſuico-Luneburgenſes, monaſteriorum adhæc & præcipuarum Ciuitatium cumprimis Luneburgicæ, vellem tamen hanc hiſtoriam Familiarum exhibuiſſet ſingulari libro, nec admiſcuiſſet geſtis regnatricis Domus, quæ ſæpe turbantur hac ſpeciali enarratione, omiſiſſet quoque methodum per quæſtiones, quæ forte ex voluntate bibliopolarum fuit adhibita. Ad ſupplendas de geſtis narrationes Sereniſſimorum Guelforum faciunt exſcriptiones, quæ notitiam ſtatus eorum dant, quales ab exteris & germanis ſcriptæ, nimirum: *Relationi della Sereniſſima Caſa di Brunſuic e Luneburg,* in *Piazzola 1685. 8. & Relationi degli Stati e corti delli Sereniſſ. Duchi di Brunſvvich e Luneburg, d'Holſtein & Mecheburg deſcritta dal Conte* GALEAZZO GVALDO *Priorato*, in *Colonia*, ſine anno impresſionis, *8.* Ex anglico translata TOLANDI *Relation von dem Chur-Hannoveriſchen Hofe, Francfurt*

1706.

1706. 8. Inter notitias Rerum publicarum Halæ auctore GVDIO editas reperitur quoque: *Staat der Chur- und Fürſtlichen Hæuſer Braunſchvveig und Luneburg 8.* Alii docti viri dum argumenta ſingularia Hiſtoriæ *Guelſicæ* curate pertractarunt Gentis & Prouinciæ lumen attulerunt, quarum commentationum aliquas indicabimus. Sic enim expoſuit IOANNES VLRICVS PREGIZER ſiue CHRISTIANVS VLRICVS BLVMIVS Diſſertatione de *Sereniſſimis potentiſſimisque Ducibus Brunſuicenſibus & Lüneburgenſibus, Tubingæ 1687. 4.* V. C. IOA. LVDOVICVS LEVINVS GEBHARDI Præſide BVRCARDO GOTTHELFIO STRVVIO commemorauit *Facta Sereniſſimorum Ducum Brunſuicenſium heroica, Ienæ 1720. 4.* IOANNES porro ALBERTVS GEBHARDI *Decus Sereniſſimæ Ducum Brunſuicenſium ac Luneburgenſium Familiæ* propoſuit *Brunſuigæ 1708. 4.* oſtenditque hac ſcriptione illud a Friderico I. Imp. haut mediocriter labefactatum, noſtra autem ætate in ſummum ſplendorem adductum, præmiſſa Præfatione de innocentia Saxonum & inprimis Henrici Leonis in bellis per Secula X. XI. XII. ciuilibus. Lectu digna HENRICI MEIBOMII Commentatio hiſtorica *de Sereniſſimæ Domus Brunſuic. Lyneb. adfinitatibus auguſtis, Helmſtadii 1699. 4.* in memoriam auguſti coniugii Ioſephi Romanor. Regis, cum Wilhelmina Amalia Brunſuicenſi Lyneb. Principe initi. ADOLPHI WILHELMI HENICHII binæ proſtant diſſertationes, vna *de Itineribus religioſis quorundam Principum Guelphicorum in Palæſtinam, Helmſtadii 1724. 4.* altera, *de Itinere armato & curioſo quorundam Principum Guelphicorum in Palæſtinam, ibid. eod. anno 4.* HENRICVS MEIBOMIVS egregiam ſcripſit Narrationem *de Ducum Brunſuico-Lyneburgenſium contra infideles*

ſideles Saracenos & Turcos a ſexcentis amplius annis expeditionibus bellicis, *Helmſtadii 1646. 4.* Eſt quoque egregia commentatio HENRICI CONRADI AREND de *Domus Brunſuico-Lüneburgicæ aliquot Principibus, qui hinc inde ſingularia cognomina indepti ſunt*, *Brunſuigæ 1724. 4.* Subſidio etiam ex parte eſſe poterit, quæ cura GERH. WOLTERI MOLANI edita fuit: *Lipſanographia ſiue Theſaurus Reliquiarum Electoralis Brunſuico-Lunæburgicus*, *Hanoueræ* primum *germanice 1697.* dein *latine ibid. 1713. & 1724. 4.*

§. III.

De Henrici Leonis potentiſſimi Ducis geſtis plures commentati. De eius *poſtremis rebus geſtis, beatoque diſceſſu* commentatus fuit GERARDVS STEDERBVRGENSIS, ad quem Notas ſcripſit HENRICVS MEIBOMIVS, *Helmſtadii 1669. 4.* atque inter Scriptores Meibomianos. De *Henrico Superbo ſ. Magnanimo*, erudita extat Diſſertatio B. TOBIAE ECKHARDI *De Henrico Superbo Guelficæ Gentis in Saxonia ſtirpe*, *Quedlinburgi 1723. f.* Proſtat etiam HENRICI MEIBOMII oratio metrica de *Henrico Leone*, habita in Academia Iulia a. 1593. *Helmſtadii 1597. 4.* De eodem extat Diſſertatio CONRADI SAMVELIS SCHVRTZFLEISCHII ad *Ligurini VII. Witteb. 1675. 1682. 4.* TOBIAE ECKHARDI eſt elegans diatriba *De Henrici Leonis circa Sacra auctoritate, in conſtituendis & confirmandis Epiſcopis Quedlinburgi* primum programmate *1725. 4.* propoſita inde auctius edita *Guelpherbyti 1732. 4.* *Germanice* ſcripta prodiit IOACHIM MEIERS *Leben, Thaten und Tod Henrici Leonis*, *Leipzig 1694. 4.* De *Itinere Hieroſolymitano Henrici Leonis* legitur Diſſertatio IOA. FRIDERICI SCHMID, *Helmſtadii 1711. 4.* De *Ottone VI.* Imp. iam Scriptores ſupra C. XVI. §. LXXIV. p. 920. fuerunt indicati. Pereruditus

ditus eſt commentarius GODEFRIDI HECHTII de *Henrici Guelſi Boioariæ & Saxoniæ Ducis Inſignibus gentilitiis vnde Leonis elogium tulit, Vitembergæ 1715. 4.* quo ſimul de duobus iisque nouis Britannicis leonum inſignibus ſententiæ conferuntur. Ad hiſtoriam Henrici Iunioris facit ANDRONICI *aurea Bulla, data Henrici Mirabilis filio, Alberti M. nepoti* regiones Orientis perluſtranti ante annos CCC cum notis *Henrici Meibomii.* In hiſtoria *Henrici Iunioris*, qui ex hiſtoria reformationis notus eſt, plura occurrunt ſcripta apud Hortlederum. In Schardii Tomo ſecundo extat *Commemoratio ſuccincta cauſſarum belli a Smalcaldicis contra Henricum Brunſuicenſem anno 1542. ſuſcepti*, cum hiſtoriola, quomodo Ducatu exutus, & tandem a Smalcaldici fœderis ſociis captus ſit. De *Erneſto Duce Brunſuic.* extat Oratio HENRICI PAXMANNI quæ reperitur in *Tomo II. Orat. funebr.* SCHARDII, vbi & aliæ de Ducibus Brunſuicenſibus Orationes. De *Erneſto Duce Brunſuicenſi & Lunæburgenſi Auguſtanæ Confeſſionis aſſertore & vindice* præclara eſt Diſſertatio HENRICI PHILIPPI GVDENII, *Hanoueræ 1730. 4.* atque diligenter ſcripta IOANNIS GEORGII BERTRAMI *Leben* ERNESTI *Herzogs zu Braunſchweig und Lüneburg und in dieſen Landen erſten Beſchirmer des Glaubens, Braunſchweig 1719. 8.* Ampliſſimus eſt numerus Orationum panegyricarum in nuptias, felices alios euentus & obitus Sereniſſimorum Ducum & Electorum Brunſuico Lüneburgicorum, & a viris iuuenibus, & a doctisſimis hominibus habitarum ac typis impreſſarum, quæ & aliquid hiſtorici argumenti referunt, quas diligenter indicauit Dn. BAHRING laudata iam *Notitia Scriptor. Brunſuicenſium p. 27. ſeqq. & p. 54.* quas, qui tales amat, ibi legere poteſt. Sapientiſſimus

tiſſimus Princeps erat Auguſtus, de quo habemus IOACHIMI HILDEBRANDI *Auguſta Cæſaris Octauiani Auguſti & Ducis Auguſti Brunſuicenſis & Luneburgenſis, Helmſtadii 1662. 4.* quibus ex vtraque hiſtoria parallela ducit. HERMANNVS CONRINGIVS non ſolum in tractatu erudito *de bibliotheca Auguſta, Helmſtadti 1661. 4.* edita, ſed etiam in *Epiſtola gratulatoria ad Auguſtum, Luneburgi 1661. 4.* Auguſti laudes prædicat. MARTINVS GOSKIVS *in Arboreto Auguſti Principis, Guelferbyti 1653. f.* vitam eiusdem per figuras & emblemata explicat. *Georgii I.* Britanniarum Regis geſta ſummatim indicauit ESAIAS PVFENDORF, cuius *Vita & res geſtæ diui Georgii I. Regis Magnæ Britanniæ &c. Ducis Brunſu. & Luneb. S. R. I. Elect.* carmine heroico expoſita, adlegatis optimis ſcriptoribus, ex quibus res hæ latius cognoſci poſſunt, *Cellis 1728. f.* Commemorabile quoque eſt opuſculum POLYCARPI LEYSERI, inſcriptum: *Auguſtiſſimus & potentiſſimus Rex Georgius Magnus maioribus ſuis maior, ſolenni in panegyri expoſitus, Helmſtadii 1723. f.* cum eruditis notis, quibus inſerta inſignia Diplomata, ſubiunctæ ſunt Tabulæ Progonologicæ maiores Georgii quosdam ſiſtentes. Lectu quoque digna illuſtris Viri IOA. GOTTFRID *von* MEIERN *Betrachtung einiger Vmſtænde bey dem Tode des groſſen Friedens-Stiffters der Europæiſchen Welt Herrn Georg des I. Kœnigs von Groß-Britannien, Hannover 1727. f.* *Gynæceum* illuſtre Brunſuico-Luneburgenſe, ex hiſtoriis conduxit REINHARD BAKIVS in *Fürſtlich Braunſchweigiſchen Frauenzimmer aus bewehrten Chronicken und Hiſtoricis zuſammen geſuchet, Magdeb. 1623. 8.*

§. IV.

Ad hiſtoriam electoratus Hanouerani illu-

ſtrandam facit controuerſia, quæ de officio archivexilliferi cum domo Würtenbergica fuit agitata. Potiora hanc ad rem ſcripta congeſſit CASSANDER THVCELIVS *in electis Iuris publici curioſis, Francofurti 1694. 4.* Hoſce libellos copioſe indicauit Dn. BAHRING *l. c. p. 75. Gottingenſis* Vrbis, cui iam ornamentum attulit noua Academia regia *Georgia, Auguſta, Zeit und Geſchichtbeſchreibung* Pars *Prima Hanoueræ & Gottingæ 1734. 4.* prodiit, cuius priorem ſectionem hiſtoricam ſcripſit accurate ampliſſimus Vir FRIDERICVS CHRISTOPHORVS NEVBVRIVS; alteram Vrbis conditionem, ſitum, portas, fontes, plateas CYRIACVS HENRICVS EBELIVS; *Chriſtophorus* vero *Henricus Pape*, de äeris & aquæ Gottingenſis ſalubritate diſſeruit; in fronte vero conſpiciuntur illuſtris *Io. Danielis Gruberi Meditationes de antiquiſſimo Gottingæ ſtatu vicinæque regiones*, vbi variorum commiſſos errores ſolidiſſime refutat. Pars *Secunda ibid. 1736. 4.* edita auctorem habet HENRICVM PHILIPPVM GVDENVM, Principatus Gœttingenſis tum Superintendentem Generalem, qua origines & progreſſus Chriſtianiſmi hac in regione, & hiſtoria repurgatorum ſacrorum ad an. 1541. enarratur; *Pars* autem *Tertia* prodiit *ibid. 1738. 4.* auctore CHRISTOPHORO AVGVSTO HEVMANNO qua rei ſcholaſticæ in vrbe ſtatum, vitasque erudítorum hominum curate deſcripſit, præmiſſa continuatio *Meditationum de antiquiſſimo Gottingæ ſtatu & vicinarum regionum* cum primis de *Capella Regia* in Burgo *Grona*, illuſtris GRVBERI. Coniungendus huic Tertiæ *Parti* IVSTI *a* DRAVSFELD *Prodromus Monumentorum Gottingenſium, complectentium ſuccinctiorem hiſtoriam ſacrorum inprimis virorum, quos Gottinga tulit, aluitque, Gottingæ 1702. 4.* Egregium ſpecimen Deſcriptionis

ptionis *Vrbis* celebris dedit V. C. CHRISTIANVS VLRICVS GRVPEN hiſtoriæ Saxoniæ inferioris peritiſſimus, dum *Origines & Antiquitates Hanoverenſes, oder umſtaendliche Abhandlung von dem Vrſprunge und den Alterthümern der Stadt Hannover,* produxit, quæ editæ *Gœttingen 1740. 4.* iisdemque non vrbis ſolum, ſed in vicinia antiquorum Comitatum & Dynaſtiarum, Monaſteriorum quoque, & familiarum nobilium memoriam renouavit & quæ adſeruit chartis, diplomatibus, ſigillisque ornauit eruditeque illuſtrauit. Orationes *Niemeieri* & *Schraderi* aliasque de laude *Hanoueræ* vide apud *Bahringium p. 83. Hanoueranæ* ditionis eſt *Hamelenſis* vrbs, quæ nota ob exitum Liberorum, de quo inter hiſtoricos controuerſia. SAMVEL ERICHIVS *in Exodo Hamelenſi* eundem adſeruerat, *Hanouiæ 1661. 1655. & 1665. 8.* Contradixit tamen illi MARTINVS SCHOOCKIVS *de fabula Hamelenſi, Grœningæ 1660. & 1662. 8.* & huic oppoſita auctore FRANCISCO WOERGERO *Hiſtoria Hamelenſis contra Martinum Schoockium defenſa, Hamburgi* ſine anno impreſſionis *12.* & THEODORVS KIRCHMAIERVS *de inauſpicato egreſſu Hamelenſium, Wittebergæ 1671. 4.* IOANNIS LETZNERI perrara eſt *Einbeckiſche und Daſſeliſche Chronica, d. i. hiſtoriſche Beſchreibung der uhralten Grafen und Herren zu Daſſel, derſelben Graf- und Herrſchafften betreffend, Erfurt 1596. f.* vulgari Chronicorum modo alias ſcripta. Aliorum *Comitum* ac *Nobilium Dominorum* ſtemmata vt & *Equeſtrium Familiarum* multa diligentia congeſſit IOA. CHRISTOPHORVS HARENBERGIVS *Hiſtoria Eccleſiæ Gandershemenſis Hanoueræ 1734. f.* edita.

§. V.

In *Lüneburgenſi* Hiſtoria occupatus potiſſimum fuit Lüneburgenſis ciuis, ſed profeſſor hi-

ſtoriarum Academiæ Ienenſis meritiſſimus CASPAR SAGITTARIVS, cuius *Memorabilia Hiſtoriæ Lüneburgicæ* prodierunt. *Ienæ 1688. & Halæ 1714. 4.* Diſſertatio *de Originibus & incrementis Lüneburgi* prodiit *Ienæ 1682. 4.* quam poſtea adauxit magis atque ad annum 1598. vsque deduxit, ſed latet adhuc in manuſcripto. CONRAD *von* HOEVELEN edidit *der Stadt Lüneburg Vortrefflichkeit, Lubecæ 1668. 8.* LVCAE LOSSII *Luneburga Saxoniæ* edita *Francofurti 1564. & 66. 8.* Multo & eximio labore ex tot chartis, epiſtolis &c. eruta IOANNIS GEORGII BERTRAMI *Reformations- und Kirchen Hiſtorie der Stadt Lüneburg 1719. 4.* In *Luneburgenſi* vicinia inclitum & celebre olim extabat *Bardeuicum*, cuius origines, incrementa, fata, interitum & reliquias ſimul vero partem Hiſtoriæ Brunſuicenſis illuſtrarunt: HENRICVS MEIBOMIVS in ſcripto cui titulus: *Bardeuicum*, ſiue Hiſtoria Vrbis iſtius, *Helmſtadii* ex Editione Secunda *1654. 4.* Copioſius ediſſeruit de hoc argumento CASPAR SAGITTARIVS in *Bardeuico* edito *Ienæ 1674. 4.* quo libro, hiſtoria antiquiſſimæ huius Vrbis, traditur, ſimul & origines & incrementa variarum vrbium, in primis Lubecæ, Hamburgi, Luneburgi, nec non Henrici, Leonis vita & res geſtæ expenduntur. Supplementa horum opuſculorum leguntur in CHRISTIANI SCHLOEPKENS *Bardewickiſchen Chronica. Lübeck 1704. 4.* Eidem SAGITTARIO debemus quoque *Origines & Incrementa Sulziæ Lüneburgenſis, Ienæ 1675. 4.* Addatur HENRICVS SAMVEL MACRINVS *von dem Vrſprung, Güte und Gerechtigkeit der edlen Sülzen zu Lüneburg, Lüneburg 1710. 4.*

§. VI.

Brunſuicenſis Vrbis Hiſtoria atque iura controverſa ex parte patent ex ſcriptis variis, quæ vel a Ducibus

cibus vel Vrbe fuerunt publicata, cum vrbs olim ſubiectionem Ducibus denegaret, qualia recenſuit Dn. BAHRING *l. c. p. 88. & p. 90. ſeq.* ANDREAS KNICHEN quidem *in Encyclopædia Brunouici Imperii & iuriſdictionis, nec non ingenitæ hæreditariæ atque omnigenæ ſubiectionis Ciuitatis Brunouigæ, Hanouiæ 1608. 4.* vrbem eſſe municipalem contendit. Eadem demonſtrare voluit FRANCISCVS ALGERMANNVS *im kurtzen Bericht von Erbauung der Stadt Braunſchweig, 1605. 4. Knichenio* vero reſpondit nomine Reipublicæ Brunovicenſis IOANNES DAVTH *in der kurtzen Abfertigung, Brunſuici 1698. 4.* Reſpondit KNICHENIVS *in Epopſi Dauthinæ hypotheſeos & velitatione apologetica contra iura territorialia liberarum Imperii ciuitatum, Helmſtadii 1607. 4.* Præcipue vero iura Ducum in vrbem probantur *im ausführlichen hiſtoriſchen Bericht Braunſchweigiſcher Hændel, tribus Tomis 1607. f.* quibus pleraque ſcripta hinc inde agitata congeſta, documenta adducta atque ſimilia De obſidione prima vrbis Brunſuicenſis agitur *im Bericht von Braunſchweig, wie der Hertzog die Belagerung angefangen, auch was ſich darbey denckwürdig zugetragen, Hamburg 1615. 4. & Braunſchweigiſche Kriegshandlung, Francfurt 1616. 4.* Inde quoque prodiit *kurtze, iedoch gründliche Beſchreibung der Stadt Braunſchvveig, deren Erbauung, Gelegenheit, denckvvürdigſten Sachen, ſo darinnen zu ſehen, ſamt unterſchiedlich ausgeſtandenen Belagerungen, inſonderheit aber des eigentlichen Verlauffs der in Monath Iunio geſchehenen Vbergab an das Hochfürſtliche Haus Braunſchvveig, Francfurt 1671. 4.* Statum viciſſitudinesque ſacrorum in vrbe *Brunſuiga* ſummo ſtudio iuſtis ex ſubſidiis eruit PHILIPPVS IVLIVS REHTMEYER, cuius *Antiquitates Eccleſiaſticæ in-*

gi 1610. 8. edito, vt & in *Schardianis* Tomis *Orationum funebrium.* In CYRIACI LENTVLI *Germania Taciti* ſuis notis illuſtrata, *Marpurgi 1666. 8. p. 314.* extat breuis *vita VVilhelmi VI.* Illuſtrandis Haſſiæ rebus inſeruire aliquo modo poſſunt IOANNIS GEORGII LIEBKNECHT Diſſertatio Epiſtolica *de nonnullis bracteatis Nummis Haſſiacis* ad *Ioa. Andr. Schmidium* ſcripta, *Helmſtadii 1716. 4.* & NICOLAI SEELAENDERI *Abhandlung von Heſſiſchen Bracteatis 1725. f.* cum *figur.* Coniungendum CHRISTIANI SCHLEGELII *de Nummis Abbatum Hersfeldenſium*, Apotelesma, *Gothæ 1724. 4.* quibus in tabula vltima aliquot Haſſiaci adiecti. Ad ornamenta *Caſſellanæ* Vrbis primariæ pertinet *Mons Carolinus* olim *VVinterkaſten* dictus, ſumptuoſisſime extructus, cuius Delineationem dedit IOANNES FRANCISCVS GVEMERIVS, *Caſſellis 1706. f.* cum fig. æneis. Statum publicum Haſſiae & antiquiorem & recentiorem breuemque Haſſiae notitiam ſolide optimis ex monimentis deduxit celeberrimus Vir IOANNES GEORGIVS ESTOR, *Originibus Iuris Publici Haſſiaci, Ienæ 1738. 4.* nitide excuſis, quarum pars edita primum ſub titulo: *Speciminis I. de Statu & origine Landgrauiatus Haſſiæ, Gieſſæ 1729. 4. Eiusdem de antiqua Hasſiæ formula* Disquiſitio extat *Tomo II. Analector. Hasſiæ p. 347.* quibus ſucceſſit: *Ius publicum Haſſiacum hodiernum, Ienæ 1739. 4.* Diſſertatione auſpicali propoſitum. Elegans eſt, quæ ad hoc argumentum ſpectat V. C. IOA. FRIDER. KAYSER Diſſertatio *de Hasſia a ſubiectione Ducum libera, Gieſſæ 1737. 4.* Varia quoque ad notitiam Haſſiæ exhibent IMMANVELIS WEBERI *Emblemata Hasſiaca Sereniſſimæ Domus Titulos & Inſignia illuſtrantia, Giſſæ Haſſorum 1711. 4.* Qui in *Hasſia* fuerit quondam *Religionis* ſtatus cognoſces quantum ad tempora

pora antiquiſſima adtinet & paganicas ſuperſtitiones ex pereruditа Dn. IOA. HERM. SCHMINCKII Diſſertatione *de cultu religioſo Arboris Iouis præſertim in Haſſia*, *Marpurgi* 1715. 4. Conf. H. VAGEDES *de Arbore Iouis von der alten Eiche bey Geismar in Heſſen* Diſſertatiuncula, quæ inter Viri *Opuſcula* iunctim in 4. edita, extat. Introductæ vero chriſtianæ doctrinæ antiquitates illuſtrauit idem ſolertiſſimus Vir binis in diſquiſitionibus, vna *de Antiquitatibus Fritiſiarienſibus*, *Marpurgi* 1715. 4. altera de *Epiſcopatu Buraburgenſi*. Multam huic argumento lucem dabunt eruditiſſimi rerum Haſſiacarum inueſtigatoris IOANNIS PHILIPPI KVCHENBECKERI *Antiquitates Hersfeldenſes*, quas ſub manibus habet, quaſque, vt & B. CHRISTIANI SCHLEGELII *Annales Hersfeldenſes* MSCtos in Bibliotheca Ducali Gothana adſeruatos, in lucem typorum beneficio productos, videre enixe optamus. Eccleſiarum Haſſiacarum viciſſitudines & recentiora certamina enarrando expoſuerunt HELVICVS GARTHIVS im *gründlichen Bericht von dem Religions - VVeſen in Heſſen*, *VVittenberg* 1606. 4. & HENRICVS LEUCHTERVS, in libro, inſcripto: *Antiqua Heſſorum fides & vera*, *h. e. Hiſtoriſcher Bericht vom alten und wahren Glauben oder Religion der Heſſen*, *Darmſtadt* 1607. & 1620. 4. pro Lutheranis, contra Caſſellanos condita ſcripta. Quibus coniungenda: *Gründliche Ausführung und Wiederlegung der Heſſiſchen VVechſelſchrifften Marpurg & Gieſſen* 1636. & 47. f. V. C. CHRISTOPHORVS FRIDERICVS AYRMANNVS multum operæ nauauit in perueſtigandis *Monaſteriorum* in Haſſia ſitorum antiquitatibus & fatis, quam teſtatur ipſius *Diſſertatio præliminaris de notitia Monaſteriorum & Eccleſiarum Haſſiæ veterum*, quam primum licuerit euulganda, *Gieſſæ* 1728. 4. Singularia argumenta huc facientia expoſuit IOANNES

GEORGIVS LIEBKNECHT Diſſertatione de *Euangelicæ veritatis ante Reformationem præſertim Seculo XV. in Haſſia Confeſſoribus*, *Gieſſæ* 1728. 4. adiungendæ ipſius Disquiſitiones de *Henrico de Haſſia*; & ea, quæ inſcribitur: *Bina Sanctarum Eliſabetharum in Haſſia memoria*, rerum monumentis & nummis declarata. *Gieſſæ* 1729. 4. *Naturali* Hiſtoriæ *Haſſiæ* noſcendæ inſeruiunt celeberrimi Gieſſenſium Medici VALENTINI *Prodromus Hiſtoriæ Naturalis Haſſiæ*, *Gieſſæ* 1704. 4. De *Foſſilibus in Landgrauiatu Haſſo-Darmſtadino* expoſuit KLEINSCHMIDTIVS *Gieſſæ* 1701. 4. & LIEBKNECHTIVS *Haſſiam ſubterraneam* aperuit, qua foſſilia, antiquitates, fodinas, ſalinas indicauit, *Gieſſæ* 1731. 4. Egregiam quoque operam nauauit WOHLFAHRTIVS in *Natur-Geſchichten des Nieder-Fürſtenthums Heſſen*, cum figuris *æneis*, *Caſſel* 1719. *f.* cuius & extant: *Amoenitates Haſſiæ inferioris ſubterraneæ*, *Caſſel* 1711. *Eiusdem*que Opuſcula de *Acidulis Embſenſibus* latine & germanice edita 1715. 1716. 8. atque de *Acidulis Brabacenſibus*, *Herbornæ* 1721. & de *Acidulis Geiſmarienſibus Caſſellis* 1725. 8. Nec heic omittendi, qui de Dynaſtia, quæ *Haſſiæ* acceſſit *Pleſſenſi*, quædam conſignarunt. *Pleſſenſium* Dynaſtarum antiquitates primum inueſtigauit IOHANNES LEZNERVS *im Stammbuch der Herren von Schwanringen und Edlen zu Pleſſe*, quæ formis expreſſæ *Muhlhauſen* 1587. 4. quas inde multum auctas manu exaratas reliquit Vir diligentiſſimus, easdemque parti ſecundæ & tertiæ commentariorum ſuorum inſeruit IOACHIMVS MEIER, quos inſcripſit: *Origines & Antiquitates Pleſſenſes d. i. Pleſſiſcher Urſprung und Denckwürdigkeiten*, *Leipzig* 1713. 4. quæ vero *Leznero* nota haut fuerunt, ex variis monimentis addidit *Meierus*.

§. VII.

§. VII.

Ad *Badenſem* Hiſtoriam facit eruditisſima CONRADI SAMVELIS SCHVRTZFLEISCHII Diſſertatio *de rebus Badenſibus*, *Witteberga* 1677. 4. Reſpondente IOA. BVRCHARDO MAIO, qua de origine, antiquitate, genealogia, incrementis & hiſtoria Serenisſimorum Marchionum egregie agitur. Elegans eſt & lectu digna breuis de rebus Marggrauiorum & prouinciæ expoſitio, quæ ſub titulo edita: *Der Durchlauchtigſten Fürſten und Marggrafen von Baaden, Leben, Regierung, Grosthaten und Abſterben, Francofurti* 1695. 12. qua, res cum primis immortalitate dignisſimæ *Ludouici Wilhelmi* Herois copioſius, enarrantur. Aliqua capita ad notitiam vtriusque Marchionatus exhibet qui GVDIO compilatore editus: *Staat der Marck-Grafen von Baaden-Baaden und Baaden-Durlach, Halle* 8. Splendide figuris æneis ornatum eſt opuſculum MATTHAEI MERIANI *Genealogiſche Herführung der Hochfürſtlichen Hæuſer Baaden und Holſtein, Franckfurt* 1672. *f.* Sed ex Speneri Sylloge genealogica verſa eſt, in nuptiis *Friderici Magni* & *Auguſtæ* Holſaticæ exhibita. THOMAE WEGELINI extat *vera & authentica Relatio de diſcurſu Theologico inter Georgium Fridericum, Marchionem Badenſem & Franciſcum, Ducem Lotharingiæ inſtituto, deque eiusdem conuentus ſucceſſu & exitu, oppoſita falſis & fictitiis relationibus, Tubingæ* 1613. 4.

§. VIII.

Ad Hiſtoriam *Holſaticam* primo loco facit IOANNIS MOLLERI ſummo ſtudio conquiſita *Iſagoge ad hiſtoriam Cherſoneſi Cimbricæ, Hamburgi* 1691. 8. Hoc ἀποσπασμάτιον eſt Cimbriæ litteratæ, qua potisſimum recenſet ſcripta, quibus Ducatuum Sleſuicenſis & Holſatici topogra-

phia, hiſtoria atque reliqua continentur, de iisdemque haut male iudicatur, ita vt iuſta ad omnem Holſatiæ hiſtoriam introductio exinde petatur. Eiusdem ductum potisſimum ſequemur. Antiquisſimus *Chorographiæ* Holſaticæ ſcriptor eſt ADAMVS BREMENSIS *de ſitu Daniæ & reliquarum, quæ trans Daniam ſunt, regionum*, quæ cum eiusdem hiſtoria eccleſiaſtica prodiit cura *Ioachimi Ioannis Maderi, Helmſtadii 1670. 4.* Poſt hunc prodierunt *tres de Holſatia, eiusque ſtatu atque ordinibus claſſes Hamburgi 1592. 4.* quarum prima de prouinciis, altera de familiis, regia, ducali & equeſtribus, tertia de vrbibus vtriusque Ducatus epigrammata IONAE ELVERFELDII complectitur: acceſſit prolixior HENRICI RANZOVII *Narratio proſaica.* ANDREAE ANGELI *Holſteiniſche Chronica* edita *VVitteberga*, quem locum alia exempla non præferunt, *1597. f.* priori ſua parte alphabetico ordine familiæ equeſtres percenſentur: poſteriori autem de ſingularum ciuitatum nomine, ſitu, conditoribus, calamitatibus publicis & inſignibus agitur. Omnes vero induſtria vincit CASPARIS DANCKWERTH *Newe Landes-Beſchreibung der zwey Herzogthümer Schleswich und Holſtein 1652. f. mai.* cum plurimis *Mappis* Choro- & Topographicis, quas regius & ducalis Mathematicus IOHANNES MEIERVS elaborauit, *Matthias & Nicolaus Peterſen* fratres aurifices Huſumenſes ſculpſerunt. Tribus partibus abſoluitur, quarum prima notitiam Cimbriæ & Germaniæ veteris generalem, altera & tertia ſpecialem ſingulorum Ducatuum faciem exhibent. Certe, accuratisſima eſt topographia, qua etiam ſingulæ vrbes, pagi, arces, prædia, præfecturæ, incolarum numerus, ſtatus & ciuilia tanta cura deſcribuntur, vt plenior exinde hauriatur

riatur notitia. Accuratisſimus autem licet ſit in geographicis, in originibus autem & etymis nominum propriorum quandoque ludit, nec in hiſtoriis exponendis quum non omnia adhibuerit ſubſidia, vbique eſt accuratus. Magnam ſane inuidiam ſibi hoc ſcripto conciliauit, dum maxime illi obiiciatur, quod belli tempore per accuratiorem hanc deſcriptionem hoſtibus omnes aperiantur & viæ et prouinciarum vires. Duces vero Lineæ *Holſato-Sunderburgicæ*, qui iuribus ſuis ſcripto hoc quidpiam eſſe derogatum, perſuaſum ſibi habebant, oppoſuerunt: *Apologiam des Fürſtlichen Hauſes Schleſswigh Holſtein Soenderburgiſchen Linien ſambt und ſonders, wieder den zu Præiudiz Deſſelben, durch D. Caſpar Danckwarth, Burgermeiſtern der Stadt Huſum, in Druck ausgelaſſener Landes-Beſchreibung der Fürſtenthümer Schleswigh-Holſtein angeführten falſchen Bericht, Lübeck 1654. 4.* quam cum ipſo opere Amſtelodamenſes aliquando recudere volebant. Epitome laboris Danckwerthiani in *Noua Deſcriptione Holſatiæ*, quam *Daniæ regno* iunxit, dedit MARTINVS ZEILERVS, *Amſtelodami 1655. 12.* Eidem debemus vernaculo ſermone: *Topographiam Holſatiæ, Francofurti 1650. f.* cum figuris æneis MERIANI. Ex hiſce ſuam *Deſcriptionem Holſatiæ bipartitam Hiſtorico-Chorographicam* ſumſit RVTGERVS HERMANNIDES, *Amſtelodami 1669. 12.* Nouam *Topographiam chorographicam* promiſit IOANNES DANIEL MAIOR, in quam congerere voluit, quidquid ad notitiam Holſatiæ vel geographicam, vrbium deſcriptiones naturalem vel polymathicam facit. Idem quoque promiſit *Floram Cimbricam*, ſiue Catalogum plantarum circa Kilonium, & in locis Holſatiæ vicinis naſcentium, quam tamen cum priori adhuc expectamus.

ctamus. Varia ſcripta reperies quoque in perilluſtris Domini ERNESTI IOACHIMI *de* WESTPHALEN *Monumentis ineditis Rerum Germanicarum, praecipue Cimbricarum* &c. quorum *Tomus Primus*, editus *Lipſiae* 1739. *f.* quo extant:

1. MELCHIORIS GOLDASTI *ab* HAIMINSFELD *Memoranda vetera Holſatica, ſeu, de origine & indole vetuſti Comitatus & Principatus Holſatiae, deque ſuperioritate, iuribus, priuilegiis, praerogatiuis, Comitum Holſatiae & Schaumburgiae auitis, & haereditariis Libellus, additis obſeruationibus, teſtimoniis & diplomatibus*, quibus adducta *varia rerum germanicarum, ſpeciatim Holſaticarum probantur & ſtabiliuntur*, pro *Erneſto Schauenburgico* Principe, qui titulum *Holſatiae* adſumſerat, cui acerrime contradicebat *Chriſtianus IV.* Daniae Rex, ſcriptus.
2. HENRICI BANGERTI *Origines Lubecenſes.*
3. PETRI SAX, Eydora Friſii, *de praecipuis rebus geſtis Friſiorum Septentrionalium breuiter deſcriptis & iconice adumbratis Libri VI.*
4. De *veterum Cimbrorum aliorumque ſeptentrionalium Populorum migrationibus ſelecta commercii literarii* IO. BINGII & M. CORVINI.
5. CORNELII HAMSFORTII iunioris, *de rebus Holſatorum vicinarumque gentium praeclare geſtis* Libri IV.
6. LAMBERTI ALARDI *Nordalbingia, ſiue, Hiſtoria rerum praecipuarum in Nordalbingia a temporibus Caroli M. ad an. 1653. a principibus & populis geſtarum ſuccincte iuxta annorum ſeriem comprehenſa.*

Aquatilium Holſatiae hiſtoriam exhibuit STEPHANVS a SCHONEVEDE in *Ichtyologia & nomenclatura animalium vtriusque Ducatus Marinorum, Fluuiatilium & Lacuſtrium, Hamburgi* 1624. 4. *Pinacothecam Gottorpienſem* & quae in eadem reperiuntur curioſa, vernaculo ſermone publicauit ADAMVS OLEARIVS, *Sleſuici* 1666. 4.

§. IX.

§. IX.

Ad *Antiquitates Cimbricas* & præcipue cultum gentilem faciunt TROGILLI ARNKIELII *Alte Cimbriſche Heydenthümer*, *Hamburgi 1703. 4.* & quæ multa cura ſunt elaboratæ atque conquiſitæ ſummo ſtudio CHRISTIANI DETLEV patris, & ANDREAE ALBERTI filii RHODIORVM (Rhode) *Cimbriſch-Holſteiniſche Antiquitæten - Remarques*, cum Præfatione B. *Ioa. Alberti Fabricii*, *Hamburg 1720. 4.* adiectis quoque *Ottonis Sperlingii* aliorum antiquitatum patriæ cultorum ineditis epiſtolis, quibus erutæ ex collibus veterum Cimbrorum conditoriis vrnæ, arma, ornamenta, annuli, alia, curioſe deſcribuntur. Huc etiam ex parte referri poſſunt IOANNIS GEORGII KEYSLERI *Antiquitates Septentrionales & Celticæ*, eruditisſimæ cultisſimæque *Hanoueræ 1720. 8.* editæ. Nec non NICOLAI PETREII de *Cimbrorum & Gothorum originibus*, *migrationibus*, *bellis atque coloniis* Libri duo, *Lipſiæ 1695. 8.* quibus maxime migrationes deſcribit. Varias antiquitates atque epitaphia inſerta videmus in PETRI LINDENBERGII *Poematis iuvenilibus & hypotypoſi arcium*, *palatiorum*, *librorum*, *pyramidum*, *obeliſcorum*, *cipporum*, *molarum*, *monumentorum & epitaphiorum ab Henrico Rantzouio conditorum*, *Roſtochii 1590. 4.* & auctius *Francofurti 1592. 4.*

§. X.

In ipſa hiſtoria adhibenda ERPOLDI LINDENBRVCHS *Chronicka von dem ſcheuzlichen Kriege, den die Cimbri mit dem Roemiſchen Volcke geführet*, *Hamburg 1589. 4.* & CHRISTOPHORI CELLARII Diſſertatio erudita de *Cimbris & Teutionibus Halæ 4.* Res porro commemorabiles, quantum potuit deſcripſit, immixtis tamen prout

in

in libris huius argumenti & temporis fieri ſolebat fabulis & rebus non magni momenti IOANNES PETRAEVS, ſiue PETERSEN in *Chronico Holſatiæ &c.* Translatum hoc *Chronicon* ex dialecto *Saxonica* in *Miſnicam a Dominico Dreuero*, atque editum ſub titulo: *Chronica, oder Zeit-Buch der Lande zu Holſten, Stormarn, Ditmarſchen und VVagern, Francofurti 1557. f.* recuſum *Lubecæ 1599. f. & 1614. 4.* Prodierunt quoque *Cherſoneſi Cimbricæ, quæ hodie Holſatia vocatur, Annales* ab vltima eius antiquitate, ex hiſtoriis fide dignis, a viro quodam magni nominis collecti, variis familiarum inſignibus exornati, & nunc a quodam antiquitatis ſtudioſo auctiores in lucem editi per K. P. F. *Hamburgi 1606. 4. Holſatica* attingit CYRIACI SPANGENBERGII *Chronicon Comitum Schauenburgicorum* vernaculo ſermone, *Stadthagen 1614. f.* In hoc chronico autem originem, genealogiam & geſta Comitum multa induſtria expoſuit. CHRISTIANVS SOLINVS *Chronologiam* edidit Saxonico idiomate ſcriptam atque deductam vsque ad 1614. *Hamburgi 1615. 8.* inde deducta: *Holſteiniſche Chronica aus* CHRIST. SOLINI *Chronologia zuſammen gezogen nebſt* A. O. *kurtzen Begriff einer Holſteiniſchen Chronicke 1674. 4.* Hac tamen præter res Cimbricas, etiam alia, quæ ad vniuerſalem hiſtoriam faciunt, continentur. NICOLAVS HELVADERVS germanice ſcripſit *Syluam circuli Balthici Chronologicam, Hamburgi 1624. 4.* qua non ſolum Cimbriæ ſed reliquarum etiam prouinciarum ſimul Codano conterminarum deſcriptionem breuem & memorabilia exhibet. Ab induſtria & fide maxime commendantur PAVLI & IOANNIS ADOLPHI CYPRAEORVM *Annales Epiſcoporum Sleſuicenſium*, vnius, veræ, ſanctæ, catholicæ & apoſtolicæ eccleſiæ ſtatum

ſtatum, quoad eius originem, propagationem ac mutationem in regno Daniæ & finitimis Sleſvici ac Holſatiæ Ducatibus, aliasque res, quovis ſeculo in eccleſia ac politia admirandas, vereque memorabiles, illic geſtas & perpetratas, vna cum inſerta breui ac rotunda regum Daniæ & Ducum Sleſuici ac Holſatiæ genealogia, *Coloniæ 1634. 8.* in quibus omnem hiſtoriam ciuilem & eccleſiaſticam videmus expoſitam, atque ex monumentis variis illuſtratam, ita vt plures rerum Holſaticarum Scriptores ex hiſce fontibus agros ſuos irrigauerint. Pereruditа & egregia eſt HENRICI MVHLII *Commentatio Hiſtorico-Theologica de Reformatione Religionis in viciniis Daniæ regionibus & ſpeciatim in Cimbria recepta variisque modis ſtabilita*, egregiis ex Diplomatibus illuſtrata, quæ comparet primo loco ipſius *Diſſertationum Hiſtorico-Theologicarum Kiliæ 1715. 4.* editarum. Vt taceam alios ſcriptores adhuc ineditos, de quibus pleniorem notitiam dedit Mollerus in Iſagoge ſua p. 129. & ſqq. Nec hic omittenda *Sylloge*, quæ prodiit ſub indice: *Der Herzogthümer Sleswig-Hollſtein, ingleichen der herumliegenden Nordiſchen Länder Geſchichte, Franckfurt 1703. 4.* qua continentur:

1. CHRISTIANI SOLINI *Holſteiniſche Chronica, vom erſten Kœnige Dan bis auf Kœnig Chriſtianum IV. 1606.*
2. ADAMI OLEARII *Fortſetzung von beſagtem Iahre bis 1662.*
3. *Continuirte Fortſetzung von der Zeit an bis zum Ausgange des 1702. Iahres.*
4. *Stammbaum der Kœnige in Dennemarck und Herzogen von Sleswig-Holſtein.*
5. *Beſchreibung der Gottorffiſchen Raritaten- und Naturalien-Kammer.*

No-

Noſtro tempore multa cum expoſitionis tum ſtili accuratione germanica lingua compoſitam dedit eruditisſimus Vir ADAMVS HENRICVS LACKMANNVS *Einleitung zur Schleswig-Holſteiniſchen Hiſtorie*, cuius *Pars Prima Hamburgi & Kiliæ 1730. 8.* edita, *Secunda, ibid. 1633. 8.* prodiit, vtraque res Sleſuico-Holſaticæ ad a. 1626. enarrantur; *Tertia Hamburgi 1739. 8.* qua narratio ad initium Seculi XVIII. producta & addita Hiſtoria ordinationis Eccleſiaſticæ Daniæ & Ducatuum Sleſuici ac Holſatiæ.

§. XI.

Ad Hiſtoriam particularem & primo quidem Sleſuicenſem facit MARTINI CHEMNITII *Bericht von der Gelegenheit und Vnterſcheid der beyden Herzogthümer, Schleswig und Holſtein, worinn erwieſen wird, daß Schleswig eine pertinentz und Lehn der Krohne Dennemarck ſey, das Rœmiſche Reich aber kein Recht darauf zu prætendiren, 1629. 4.* quo ſcripto potiſſimum hiſtoria antiquior Sleſuicenſis explicatur. NICOLAI HELDVADERI *kurtze Beſchreibung der alten Stadt Schleswig, Sleſuici 1603. 4. Epiſcopatus* autem hiſtoriam debemus CYPRAEI *Annalibus Epiſcoporum Sleſvicenſium, Coloniæ 1634. 8.* & qui hos exſcripſit ANTONIVS HEIMRICHIVS *in hiſtoria eccleſiaſtica Sleſuicenſi.* HIERONYMVS CYPRAEVS ſcripſit *Epigrammata, ſiue tetraſticha de XXXVI. Epiſcopis Sleſuicenſibus, qui ab Erico vsque ad Adolphum, Ducem Holſatiæ eccleſiæ præfuerunt. Epiſcopatus Ripenſis Præſules* deſcripſit IOANNES LAVRENTIVS, *Hafniæ 1591. 4. Ripæ Cimbricæ, ſeu Vrbis Ripenſis in Cimbria ſitæ Deſcriptio*, quam ſummo ſtudio conquiſiuit PETRVS TERPAGER edita *Flensburgi 1736. 4.* ex antiquis monumentis, bullis, Diplomatibus eruta, cuius

cuius Libri Tertii Capitibus III. & ſeqq. Epiſcopatus qui olim fuit Ripenſis eiusque Epiſcopi deſcribuntur. In hiſtoria Friſiæ Borealis, vulgo ſic dictæ Nordſtrandiæ occurrit ANTONII HEIMRICHII *Nordfreſiſche Chronica, darinn die Beſchreibung derer dem Schleswigiſchen Hertzogthum incorporirten Freſiſchen Landſchafften, Heiligland, Eiterſtedte, Nordſtrand, Suder und Norgosharde Karr und Böckingharde, Fohre, Sylt und Amrum und deren Stadte, Flecken und Schlößer vorgeſtellet werden, Sleſuici 1666. 12.* Sed vel quadruplo, & multis tabulis chronologicis atque genealogicis auctior prodiit *Sleſuici 1668. 4.* MATTHIAS BOETHIVS libros III. commentariorum ſcripſit *de Cataclyſmo Nordſtrandico, Sleſvigæ 1623. 8.* CASPARIS HOYERI *deſcriptionem Eiderſtadtiæ* latinam germanice vertit *Iacobus Sachſius, Hamburgi 1610. 8.* BENIAMIN KNOBLOCHIVS dedit *Helgolandiam* ſiue *Chorographiſche Beſchreibung der Inſul und Feſtung Heiligeland, Hamburgi 1643. 4.* tribus plagulis. CHRISTIANVS KORTHOLTVS edidit *Femariam deſolatam, ſ. hiſtoriſche Beſchreibung, was geſtalt vor drittehalb hundert Iahren anno 1420. die Inſul Femern von König Erich in Dennemarck iæmmerlich ſey verwüſtet worden, Kiloni 1673. 8.* De Flensburgo vrbe poema elegiacum extat ZACHARIAE WIDINGII, *Sleſuigæ 1592. 4.* ſed præferenda eſt OTTONIS BEYERI Diſſertatio *de originibus atque incrementis Flensburgi, Ienæ* habita *1684. 4.* Accuratior longe eſt IOANNIS MOLLERI *digreſſio de eadem vrbe,* quam inſeruit capiti tertio partis tertiæ Iſagoges ſuæ, qua non ſolum origo vrbis, ſed etiam annales ad noſtra vsque tempora, & viri in eadem celebriores recenſentur accuratiſſime. Inclytæ *Ciuitatis Rendsburgenſis Hiſtoriam* ſub præſidio CAS-

PARIS SAGITTARII in hac academia propoſuit GEORGIVS FRIDERICVS EGGERS, *Ienæ 1684. 4.* Kilonii deſcriptionem ſub titulo: *Kiloni noui Holſatiæ Parnaſſi* edidit CAESO GRAMMIVS *Kiloni 1665. 4.* *Hiſtoriam fundationis Academiæ* exhibuit ALEXANDER IVLIVS TORQVATVS *in panegyrica deſcriptione academiæ in Cymbrica Cherſoneſo a Friderico, Duce Holſatiæ meditatæ, & a Chriſtiano Alberto, filio eius, Kiloni fundatæ, Sleſvici 1666. f.* Continentur in eadem icones fundatorum atque inaugurationis pompa, cum variis panegyricis in academiæ inauguratione habitis. Plura qui de Scriptoribus Holſatiæ deſiderat, adeat MOLLERI *Iſagogen*, ex qua pleniorem adquiret notitiam.

§. XII.

Ad Hiſtoriam *Saxo-Lauenburgicam* præter KRANZII *Vandaliam* & CHYTRAEI *Saxoniam* facit IOANNIS MITHOFII *Geſchlechts-Tafel der Herzogen zu Sachſen-Lauenburg 1636.* recuſa *1689. f.* plagula una. DANIELIS MITHOVII *kurtzer Hiſtoriſcher Bericht, wie die Hertzogen von Lauenburg umb die Sächſiſche Chur-Gerechtigkeit kommen 1629. 4.* & LEVINI VON AMBEER *Sachſen-Lauenburgiſcher Stammfall, und ſtreitiger Landes-Anfall, worinnen aller Durchlauchtigen Competenten ihre fundamenta erzehlet werden, Hamburgi 1690. 4.* Statum Religionis cognoſcere ex parte licet ex CHRISTIANI SCLOEPKENS *Nachricht von dem Heydenthum, erſten Chriſtenthum und Reformation des Fürſtenthums Lauenburg, Lübeck 1724. 8.* recentiorem faciem ſiſtit: *Nachricht von denen Pfarr-Kirchen, Capellen und deren eingepfarrten auch Superintendenten* &c. *Ratzeburg 1722. 8.*

§. XIII.

Ad Notitiam & Hiſtoriam Principum *Anhaltinorum* faciunt: *Staat der Fürſten von Anhalt, ſamt einem Anhang vom Hertzogthum Sachſen-Lauenburg 1708. 8.* ſtilo HENRICI LVDOVICI GVDII congeſta, nec ſine erroribus. ERNESTI BROTVFFII *Genealogia & Chronica der Fürſten von Anhalt, Grafen von Ballenſtædt und Aſcanien bis auf 1555. Lipſiæ 1556. f.* cum Præfatione *Philippi Melanchthonis. Brotuffius* hanc Genealogiam curis ſecundis retractauit, ſed hæc nondum eſt edita, fuitque in Bibliotheca celeberrimi Dn. *Reimmanni*, qui in *Idea* ſua *Hiſtoriæ Aſcanienſis p. 73.* teſtatur toto quod aiunt cœlo ab exemplo impreſſo differre. CHRISTIANI KNAVTHII *Antiquitates Comitatus Ballenſtadienſis & Aſcanienſis, Coethen 1698. 4.* quibus antiquiſſimi hi Comitatus Nord-Thuringiæ, & origines nobilium Dynaſtarum & Comitum Beringorum, familia, vita, res geſtæ, bella &c. ex optimis ſcriptoribus et Archiui monimentis, quantum fieri potuit, deſcribuntur. Sed hos longe ſuperauit inſignibus Archiuorum ſubſidiis & cunctis fere quæ requiruntur dotibus inſtructus ornatusque hiſtoriæ plenioris Aſcaniæ conditor IOANNES CHRISTOPHORVS BECKMANNVS in nobiliſſimo opere, inſcripto: *Hiſtorie des Fürſtenthums Anhalt, Zerbſt 1710. f. Septem Partibus*, quibus de antiquis regionis incolis, vetuſtisque eorum monimentis, choro- & topographia, gente regnatrice heroumque rebus bello, pace, religione geſtis eorundem adminiſtris & officialibus, familiis generis nobilitate conſpicuis doctis hominibus, omnibusque quæ ad plenam regionis gentisque hiſtoriam pertinent copioſe diligenterque expoſuit. Illud dolendum, certis de cauſſis Coethenen-

ſis Archiui ſubſidia doctiſſimo ſcriptori fuiſſe negata. Subſequutæ eiusdem viri eruditiſſimi cura: *Acceſſiones Anhaltinæ* variorum auctorum; *Continuatio* quoque ſtilo BECKMANNI rerum *Anhaltinarum* ab anno 1709. ad 1716. & ſupplementa notitiarum de familiis nobilibus harum prouinciarum, *Zerbſt 1716. f.* Continentur autem hoc *Tomo* ſiue *Volumine* præſtantisſimæ Hiſtoriæ *Tertio*, ſequentes:

1. HENRICI BASSE Monachi Ballenſtadienſis Panegyricus Genealogiarum Principum & Dominorum in *Anhalt*, cum Notis nonnullis, editus alias *1519. 4.* f. 1.
2. ANDREAE POPPERODII Annales *Gernrodenſes* correctiores & variis Diplomatibus aliisque Notis auctæ p. 27.
3. Varia ad Principes *Anhaltinos* ſuperiorum temporum pertinentia p. 83.
4. Stamm-Tafeln des Hoch-Fürſtlichen Hauſes *Anhalt*, ſamt einigen Anmerckungen über dieſelbe p. 309.
5. Fortſetzung der Geſchichte der ietztlebenden Durchlauchtigſten Fürſten von *Anhalt* von Anno 1709. bis 1716. p. 335.
6. Diarium *Anhaltinum.* p. 377.
7. Miſcellanea de variis rebus *Anhaltinis* ſacris & ciuilibus p. 493.
8. Beſchreibung etlicher zu dem Fürſtenthum *Anhalt* gehoeriger Adlicher Familien der *Brande* von *Lindow*; der von *Hanſtein*; der von *Koetſchau*; der von *Latorf*; der von *Plotho*, nebſt einem Anhang von unterſchiedenen Verænderungen bei den Hoch-Fürſtl. Ræthen, auch Kirchen und Rath-Hæuſern p. 583.

Illuſtrationes quasdam adferunt ſequentia ſcripta minora eriſtica, horum titulorum: CHRISTIANI KNAUTHII *Fürſtellung etlicher in D. Beckmanni Hiſtorie des Fürſtenthums Anhalt befindlichen begangener genealogiſch- und hiſtoriſcher Irrthümer &c. Halle 1710. 4.* cui libello oppoſita: *Vbelgegründete Vorſtellung der von Herr D. Knauthen*

then vorgegebener Irrthümer in Beckmanns Hiſtorie des Fürſtenthums Anhalt, Zerbſt 1710. 4. ſecutæ: *Actenmæßige Anmerckungen über das unter dem Nahmen der Hoch-Fürſtlichen Fr. Vormünderin zu Anhalt-Koethen publicirte Patent, belangend die Hiſtorie des Fürſtenthums Anhalt*, Zerbſt 1711. 4. Ille quem iam laudauimus, cuique conceſſa *Koethenſia* ſubſidia KNAVTHIVS in illuſtranda historia *Anhaltina* ſ. *Aſcania* multum eruditæ poſuit operæ, ſed pleraque viri perdiligentis latent in MSCtis & forte quædam tantum ſunt affecta. Memorauit talia S. V. *Reimmannus* excitata iam *Idea Hiſtoriæ Aſcanienſis p.* 71. nimirum; KNAVTHII huius *Hiſtoriam Marchionum Brandenburgenſium* ex ſtirpe *Aſcanienſi* oriundorum; Ei. *Hiſtoriam Electorum Saxoniæ* e ſtirpe hac; Ei. *Hiſtoriam Ducum Saxoniæ* e ſtirpe Aſcanienſi; Ei. *Calendarium rerum geſtarum Comitum Ballenſtadenſium & Aſcanienſium*; nec non: *Hiſtoriam Ciuitatis Aſcherslebienſis*. Ex *Vitis* ſingularibus Principum *Anhaltinorum* ſequentes notamus. Pietate & virtute maxime illuſtris erat *Georgius*. De quo extat breuis ſed plena bonæ frugis Oratio PHILIPPI MELANCHTHONIS de *Vita Georgii Principis Anhaltini*, recitata a *G. Maiore*, quæ extat in *Declamat. T. III. p.* 699. 714. & in alia Edit. *Tomo IV. p.* 597. vt & in SCHARDII *Oratt. Funeb. T. I. p.* 172. 181. recuſa *Lipſiæ* 1696. 8. & in RICHARDI *Vitis aliquot Principum p.* 16. 26. Scripta ſtilo exarata IOACHIMI *Narratio de Georgio Principe Anhaltino*, præfixa primum *Concionibus Synodicis in Eccleſia Merſeburgenſi habitis* editisque *Lipſiæ* 1555. 8. & recuſa *Lipſiæ* 1696. 8. Extat quoque GEORGII VICTORIS MOEHRINGII Diſſ. de diuo *Anhaltinorum Principe Georgio, Præpoſito Magdeburgenſi & Miſnenſi, Witteberga* 1704. 4.

IOANNIS GESE ſtilo condita: *Hiſtoria und kurtzer Bericht von dem Abſchied aus dieſem Leben Herrn Ioachims, Fürſten zu Anhalt, Wittenb. 1562. 4.* adiecta orationi ſacræ funebri G. MAIORIS. Eiusdem quoque eſt: *Hiſtoria und Bericht von dem Chriſtlichen Abſchied Fürſtens Bernhard zu Anhalt* cum *Oratt. Funebr. 1560. 4.* & *Berolini 1584. 8.* CASPARIS edita eſt PEVCERI Oratio *de Vita & obitu D. Bernhardi Principis Anhaltini, Witteb. 1570. 8.* Adfecta tantum ſcriptio fuit MARTINI MILAGII ſub titulo: *Chriſtianus Senior Anhaltinus, ſiue Hiſtoria de Chriſtiano I. Principe Anhaltino MSC.* Comta eſt Oratio GEORGII BERSMANN *de Vita ac morte Ioachimi Erneſti Principis Anhaltini Serueſtani*, edita 1587. 4. & in KIRCHNERI *ſuperioris æui heroum, ducum &c. Vitis Marpurgi 1610. 8.* p. 235-268. Ex Deſcriptionibus *Vrbium* & *ciuitatium* notandæ: CHRISTIANI BROMBEII Oratio *de Origine & incrementis Vrbis Cothoniæ, Witteberga 1617. 4.* & in BECKMANNI *Acceſſ. Hiſt. Anhalt. p. 558-565.* de *Aſcanienſi* Ciuitate ſupra inter *Halberſtadenſes* ſcriptores indicatum. Extat porro BALTHASARIS MENZII *kurtze Erzehlung vom Vrſprung und Herkommen der Chur- und Fürſtl. Stämme, Sachſen, Brandenburg, Anhalt und Lauenburg, Witteberg 1597. 8.* & leuis libellus BARTHOLOMAEI CLAMORINI *hiſtoriſche Beſchreibung des Fürſtlichen Anhaltiſchen Stamms, Dresden 1587. f.* Elegans compendium rerum Anhaltinarum præbet CASPARIS SAGITTARII *Hiſtoria Principum Anhaltinorum, Ienæ 1686. 4.* quam ab origine vsque ad ſua tempora deduxit, inſignia quoque atque regiminis formam explicans.

§. XIV.

Principum, qui nunc ſunt *Zolleranorum* Hiſto-

ſtoriam deſcriptam videmus in CASPARIS HELMERICI *libris III. de inſigni antiqua familia Comitum Zollerenſium & Burggrauiorum Noribergenſium, Magdeburgi 1636. 4.* De *Hohenzollerana* Gentis vetuſtis originibus, iuribus & prærogatiuis multa induſtria compilata legas in IOANNIS VLRICI PREGIZERI libro commentario qui ſplendido ſuperbit titulo: *Teutſcher Regierungs- und Ehren-Spiegel, Berlin 1703. f.* cum fig. æn. quo præmiſſis generalibus de Francorum Regno, Regibus, Maioribus Domus Hohenzolleranos ex ſtemmate Regum Francorum, Agilolfingico atque Ducum Alemanniæ & Alſatiæ deducit. NICOLAVS REVSNERVS edidit *Anathemata, ſ. Aras ſepulcrales familiæ Salmenſis, Argentorati 1586. f.*

§. XV.

Ad Genealogiam vetuſtæ Domus *Naſſouicæ* plures faciunt. Habemus quidem IOANNIS ORLERI *Genealogiam Comitum Naſſouiæ, Lugduni Batauorum 1616. f.* nitide eleganterque excuſam, quæ etiam *gallice* edita ſub indice: *Genealogie & Lauriers des Comtes de Naſſau, à Leiden 1615. f.* TOBIAS WEBERVS *de origine & incrementis illuſtris proſapiæ Comitum Naſſouicorum,* ſcripſit heroico carmine. Item deſcriptio *pugnæ Wormatienſis inter Adolphum, Comitem Naſſouienſem & Albertum Ducem Auſtriæ commiſſæ, Vrſellis 1561.* Præcipue vero æſtimanda eſt IOANNIS TEXTORIS *Arbor genealogica familiæ Naſſouicæ, Francofurti 1625. f.* atque *Eiusdem: Naſſauiſche Chronica, in welcher des Hauſes Naſſau Geburt, Leben, Heyrath, Kinder und Thaten beſchrieben werden, Dillenburg 1617. 4.* alii *Herbornæ 1619. 4.* editam ſcribunt, atque iterum in capita & paragraphos diuiſa *Wezlar 1712. f.* ANDREAE CHRISTIANI extat *Oratio de vita & obitu Ioannis*

nis Senioris, Comitis in Naſſau, Marpurgi 1608. 4. germanice verſa per *Ioannem Gratium, Marpurgi* 1612. 4. VBBO EMMIVS exhibuit *Guilielmum Ludouicum Comitem Naſſouiæ*, i. e. λόγον ἐπιτάφιον *quo genus, vita, res geſtæ Guilielmi Ludouici, Comitis Naſſouiæ & mors* expoſita, *Gröningæ* 1621. 4. *Louis Henry de Naſſau, Panegyrique, a Herborn* 1667. 4.

§. XVI.

Ex hac *Naſſouiorum* familia oriundi recentiores Principes *Arauſionenſes*. Horum cum recentiorum, tum & antiquiorum, Principatus Arauſionenſis regnatorum & prouinciæ res ſummo ſtudio deſcriptæ in præſtantisſimo opere cui titulus: TABLEAV *de l' Hiſtoire des Princes & Principauté d' Orange, diviſe en quatre Parties*, cuius auctor IOSEPH *de la* PISE, *a la Haye* 1640. *f.* qui ab an. 793. orſus expoſitionem ſuam ad *Fridericum Henricum* deduxit. De his quoque prodiit *Malus Aurantia Naſſouica*, continens ſimulacra Heroum ex ſtirpe Naſſouica oriundorum, *Arnhemi* 1615. 4. ARNOLDI MONTANI *Auriaco-Naſſouica domus*, ſ. *vita illuſtrium virorum in illis familiis ſpeciatim Guilielmi I. Mauritii, Friderici Henrici, Wilhelmi II. Guilielmi III. Schonhouiæ* 1662. 12. *Amſtelodami* 1677. 12. atque *belgice t' Amſterdam* 1664. 8. In compendio *origines & ſucceſſionem Principum Arauſionenſium* vsque ad Wilhelmum III. explicauit CASPAR SAGITTARIVS, *Ienæ* 1691. 4. *Fata nouisſima Principatus Arauſionenſis* ſingulari diſſertatione expoſuit IOANNES PETRVS LVDOVICI *Hagæ* 1694. 4. Eidem quoque debemus: *Arauſionem ſupremo Imperio vindicatum von der Souverainitæt des Fürſtenthums Orange, wieder die Anmaſſung des Königs in Franckreich über dieſes Fürſtenthum*, 1702. 4.

Quæ

Quæ & in *Opuſculis Miſcellis* Viri illuſtris proſtant. Alias prodiit: *Hiſtoire de Guillaume I. Prince d' Orange, deſcendu des premiers fondateurs de l' ancienne Maiſon de Naſſau, avec les actions les plus remarquables de Guillaume III. Amſterdam 1689. 12.* Idem liber eſt, ſed omiſſis ſuperfluis, quæ deerant ſuppletis, ita vt nouum videri poſſit opus, cui præfixus titulus: *Hiſtoire des Princes d' Orange de la Maiſon de Naſſau, Amſterdam 1692. 12.* quæ compendium Hiſtoriae Arauſionenſis ſiſtit. Singularibus ſcriptis quorundam Principum Comitum res fortiter prudenterque geſtæ literarum ſunt monimentis commendatæ. IOANNIS enim MEVRSII *Guilielmus Auriacus*, Libris Decem ſpecimen exhibet vitæ magni viri pragmatice ſcriptæ, *Amſtelodami 1638. f.* Ad hiſtoriam *Mauritii Arauſionenſis* facit: *Naſſauiſcher Lorbeerkranz, oder wahrhaffte Beſchreibung und eigentliche Abbildung aller Züge und Victorien zu Waſſer und zu Lande, die Gott der vereinigten Niederlanden Provintzien durch Rath und That Herrn Mauritii von Naſſau verliehen, Leiden 1617. f.* & GASPARIS ENS *Mauritiados Libri Sex, Coloniæ 1612. 8.* GERHARDVS GELDENHAVRIVS *Expeditionem Mauritianam Flandricam* ſcripſit, *Coloniæ 1617. 4.* CASPARIS BARLAEI extat *Hiſtoria rerum per octennium & alibi geſtarum ſub præfectura Ioannis Mauritii, Naſſouiæ Comitis 1647. f.* mai. ſplendidiſſime & *Cliuiæ 1660. 8.* Eadem geſta feliciter laudauit Poemate heroico qui *Mauritio* a ſacris erat FRANCISCVS PLANTE editis *Mauritiados Libris XII. Leyden 1647. f. m.* cum tabulis æri inciſis, ornate formis expreſſis. Breuis eſt: *Hiſtoria Mauritii Naſſouii* conſcripta a IOANNE BOGERMANNO, *Vtrecht 1625. 4.* Orationem fu-

nebrem *Mauritio* habuit ſplendide ſcriptam DANIEL HEINSIVS, quam in gratiam *Aemiliæ de Solms* Principis Arauſionenſis vertit *gallice Andreas Riuetus* ediditque *Lugduni Bat. 1625. 4. Friderici Henrici Arauſionenſis Principis Hiſtoriam* deſcripſit IOANNES COMMELINVS, belgico ſermone ſub indice: *Frederick Hendrick van Naſſaw, Prince van Oranien, zyn Leven &c. tot Amſterdam 1651. f.* & *gallice Amſterdam 1656. f.* ad quæ ſupplenda maxime faciunt lectu dignæ: *Memoires de Frederic Henry Prince d' Orange, qui contiennent ſes Expeditions militaires depuis 1621. iuſqu' à l' annee 1646. à Amſterdam 1733. 4. Iuſta Fœderati Belgii, ſ. exequias Friderici Henrici Auriaci Principis* deſcripſit CASPAR BARLAEVS, *Amſtelodami 1647. f.* DAVBERVS Orationem *in obitum Friderici Henrici, Bredæ 1647. f.* IOANNES SKYTTE *Panegyricum in laudem Friderici Henrici, Amſtelodami 1631. f.* FRIDERICVS SPANHEMIVS *Laudationem funebrem Friderici Henrici, Principis Arauſionenſium, Leidæ 1647. 4.* quam ipſe *Gallice* conuerſam edidit *Lugduni B. 1647. 4.* Vitæ *Guilielmi III.* Regis Angliæ Scriptores ſuperius inter rerum Anglicarum ſcriptores recenſuimus.

§. XVII.

Ad hiſtoriam Principum *Fürſtenbergenſium* facit CHRISTOPHORI WOLFGANGI tractatus *de Principis Fürſtenbergii detentione, 1674. 4. Lettres & autres pieces concernantes l' enlevement du Prince Guillaume de Fürſtenberg, à Bruxelles 1674. 12.* De *Friſiæ Orientalis* regnatorum geſtis & Prouinciæ fatis iam ſupra *Cap. XIV. §. XXI. pag. 551.* ſcriptores indicati. Ad *Lichtenſteiniam familiam* facit *Iſagoge chronologica Lichtenſteiniæ; Geneſis ex Cuſpiniani Auſtria a* WERNERO Comite

TIL

TILLIO collecta & edita *Ingolſtadii 1631. f.* Extat porro de *Lambergenſibus* IOSEPH MAYERS *vortrefflich-Hochadliches Controfee d. i. vollkommner Adel des Hochfürſtl. und Hochgræfl. uralten Hauſes von Lamberg, Wien 1709. 4.* leuiter ſcripta. De ceteris inter *Comites* quos inter votum & ſeſſionem in Comitiis habent, exponendum.

CAPVT VIGESIMVM QVINTVM.

DE SCRIPTORIBVS HISTORIÆ

PRINCIPVM RECENTIORVM, COMITVM, CIVITATVM IMPERIALIVM, CIRCVLORVM ET PROVINCIARVM IMPERII ROMANO-GERMANICI.

§. I. *Scriptores de Comitibus Imperii in genere.*

§. II. *Scriptores Hiſtoriæ Comitum Hanouienſium, Hatzfeldiorum, Glichenſium & Leiningenſium.*

§. III. *Scriptores Hiſtoriæ Comitum Mansfeldicorum, dynaſtiæ Querfurtenſis, Comitum Ortenburgicorum & Ruthenorum.*

§. IV. *Scriptores Hiſtoriæ Comitum Schwartzburgicorum & Solmenſium.*

§. V. *Scriptores Hiſtoriæ Comitum ſcamni Sueuici.*

§. VI. *Scriptores Hiſtoriæ Comitum circuli Franconici & Weſtphalici.*

§. VII. *Scriptores Hiſtoriæ Comitum Oldenburgicorum.*

§. VIII. *Scriptores Hiſtoriæ ciuitatum Imperialium.*

§. IX. *Scriptores Hiſtoriæ Noribergenſis.*

§. X. *Scriptores Hiſtoriæ Francofurtenſis.*

§. XI. *Scriptores Hiſtoriæ Auguſtæ Vindelicorum.*

§. XII. *Scriptores Hiſtoriæ Aquisgranenſis.*

§. XIII. *Scriptores Hiſtoriæ Ciuitatis Hamburgenſis.*

§. XIV. *Scriptores Hiſtoriæ Sueuicæ.*

§. XV. *Scriptores Hiſtoriæ Alſaticæ.* §. XVI. *Scriptores Hiſtoriæ Weſtphalicæ.*

§. I.

COmitum Imperii noſtri ſtatum generalem expoſuit GEORGIVS ADAMVS STRVVIVS in Diſſertatione ſua, *de Ducibus & Comitibus S. Rom. Imperii*, quam ſub præſidio HERMANNI CONRINGII defendit *Helmſtadii 1643. 4.* inſertam poſtea Diſſertationibus *Conringianis*. In Volumine tertio diſcurſuum Iuris Publici ARVMAEI extat CHRISTOPHORI BEINDORFII *Diſcurſus de Romani Imperii Comitibus & Baronibus*, atque alius CHRISTOPHORI BESOLDI *Diſcurſus* in opere eius politico. IOANNES SCHILTERVS ſingulari atque erudito ſcripto *de Sacri Romano-Germanici Imperii Comitum prærogatiua ac iure inter ipſos & ordinem equeſtrem Imperii immediatum controverſo* ſcripſit *Argentorati 1702. 4.* quo Comitum prærogatiuam præ ordine equeſtri clare deducit. Maiori eruditionis adparatu & argumentorum pondere idem argumentum tractauit illuſtris Vir IOANNES ADAMVS KOPPIVS Tractatu egregio *de inſigni Differentia inter S. R. I. Comites & Nobiles* immediatos, qui primum editus *Argentorati 1725. 4.* & iterum cum multis acceſſionibus *ibid. 1728. 4.* Cumque IOA. STEPHANVS BVRGERMEISTERVS in compilatione ſua inſcripta: *Grafen- und Ritter-Saal* edita *Francofurti ad M. 1721.* varia inſeruiſſet minus grata Comitibus S. R. I. cenſores accepit B. LVCIVM *in vorlæuffig doch gründlichem Bericht vom Adel in Teutſchland, Franckfurt 1721. 4.* & DANIELEM SCHNEIDERVM, qui ſcriptor eſt libelli, cui titulus: *Adeliches Ritterfeld, Franckfurt 1721. 4.*

ta-

taceo alios, qui non tam hiſtorice quam iuridice de Comitibus expoſuerunt, & ad *Bibliothecas* potius *Iuridicas* pertinent. Hiſtoricas commemorationes varias de Familiis Comitum maxime emortuis, multa induſtria conduxit FRIDERICVS LVCAE in *des Heil. Rœmiſchen Reichs uhralten Grafenſaal, Francofurti ad Mœnum 1702. 4.* Liber eſt elegans & multo labore conſcriptus. In præfatione de originibus, fatis & differentia Comitum antiquorum quæ fuit à Carolingorum temporibus, agit. Deinde illos Imperii Comites perſequitur, quorum ſtirpes atque illuſtres familiæ deſierunt. Hos autem, eorundemque familias ad litterarum ordinem ſeriemque enumerat, deque originibus, prærogativis, iuribus, dignitatibus, rebus geſtis aliisque diligenter egit.

§. II.

Diuiduntur *Comites S. I. R. G.* in quatuor *Scamna, Wetterauicum, Sueuicum, Franconicum* & *VVeſtphalicum.* In Scamno Wetterauico occurrunt Comites *Hanouienſes*, quorum ſtirps maſcula haut ita pridem exaruit, ſucceſſione Comitatus *Hanouienſis* ad Domum *Haſſo-Caſſellanam* deuoluta. In condenda Hiſtoria potentium Dynaſtarum & Comitum de *Hanau* occupatus, dum viveret, perinduſtrius Vir IOANNES ADAMVS BERNHARDVS, vti ipſe indicauit Præfatione *Antiquitatum VVetterauiæ*, editarum *Hanouiæ 1731. 4.* vernaculo ſermone. Idem BERNHARDVS dedit *VVetterauiſcher Alterthümer Partem Specialem, Hanau 1734.* qua quidem maxime deſcriptionem hiſtoricam Coenobii Numburgenſis, quod Comitibus Hanouiæ olim ſubiectum erat, exhibuit, varia tamen ſimul attulit ad Hiſtoriam Hanoicam facientia. Inſigniora autem ſubſidia peti

poſ-

poſſunt ex ſcripto publico a peritisſimis rerum & terrarum Hanoicarum viris condito, quod prodiit hoc elogio: *Beſchreibung der Hanau-Münzenbergiſchen Landen, welche zum Verſtændniß der Reichs-Lehn-Briefen und anderer Documenten dienlich iſt 1720. f.* aliisque libellis publicis in celeberrima Succeſſionis Hanoicæ cauſſa a Sereniſſimis Electore Saxoniæ, Landgrauiisque Haſſo-Caſſellanis & Darmſtadienſi, editis. IOANNES APPELIVS quidem *de morte Philippi Ludouici, Comitis Hanouienſis* ſcripſit, *Londini 1612. 4.* extat quoque MELCHIORIS WEISSENBERGERI Oratio in obitum *Philippi Ludouici I. Comitis ab Hanau, Francofurti 1580. 8.* PHILIPPI PARAEI extat *Oratio pro Muſis Hanouicis inſtaurandis, Hanouiæ 1640. 4.* In Hiſtoria Comitum *Hatzfeldicorum* occurrit PHILIPPI BEHNTE *calathiſcus roſarum gentilitius Franciſco, Hatzfeldiæ Comiti, episcopo Bambergenſi & VVürtzburgenſi oblatus 1638.* Poſſident *Hatzfeldiæ* Comites partem Comitatus *Glichenſis*, cuius Domini inter Thuringiæ Comites incliti plures rerum ab ipſis geſtarum Scriptores acceperunt. In parte prima *Theatri Saxonici* LAVRENTII PECKENSTEINII continetur: *Gleichiſche Chronica, worinnen der wohlgebohrnen und edlen Grafen von Gleichen, Spiegelberg und Pyrmont, Herren zu Tonna uhralte Ankunfft &c. von anno Chriſti 450. angezogen, und in ein Chronicon verfaſſet iſt, Iena 1607. f.* Inſignem plane in conſcribenda hiſtoria *Glichenſi* induſtriam adhibuit Archiuo Tonnenſi aliisque præſidiis adiutus CASPAR SAGITTARIVS, quam, cum in MSCto per tempus longum delituiſſet, præfixa Præfatione produxit, de hiſtoria immortaliter meritus ERNESTVS SALOMO CYPRIANVS Sacri Senatus Gothani hodie Præſidis vices ſuſtinens

nens ſuo indice: CASPARIS SAGITTARII *gründliche und ausführliche Hiſtoria der Grafſchafft Gleichen, Franckfurt am Main 1732. 4.* tabulis æneis & ſtemmatum, indicibusque ornata atque inſtructa, quæ ſane omni Germaniæ & Thuringiæ cum primis hiſtoriæ lucem adfundit. *Solmenſium* Comitum Stemmata compilauit ALBERTVS OTTO BILGEN *Genealogia Comitum Solmenſium, Gieſſæ* ſiue ut alii, *Francofurti 1622. 4.* & CHRISTOPHORVS HENRICVS ZEIBICHIVS in *Genealogiſchen Tabellen vom Hochgræfflichen Hauſe Solms 1709. 4. Genealogiam Comitum Leiningenſium* deſcripſit CHRISTIANVS WEISE, *VVeiſſenfelſæ 1677. 4. & Coburgi 1696. 8.* Ad memorabilia iam extinctorum Dynaſtarum *Limburgicorum* ex parte faciunt: IOANNIS GENSBEIN *Faſti Limburgenſes*, curante IOA. FRIDERICO FAVST *ab* ASCHAFFENBVRG *1617. 8.* editi & apud *VVezlarienſes 8.* paucis abhinc annis recuſi. *VVartenbergicorum Comitum* extat *Hiſtoria & origines S. R. I. Comitum a VVartenberg, Amſtelodami 1710. 8.* auctore GEORGIO HELWICHIO cum addit I. E. HEVBEL.

§. III.

Hiſtoriæ *Mansfeldicorum* Comitum inſeruientia collectanea ſummo ſtudio conquiſiuerat CYRIACVS SPANGENBERG, quæ in VII. Tomos digerere apud animum conſtituerat, ſed horum Pars prima ſub titulo: *Mansfeldiſche Chronica*, ſaltim edita, *Eisleben 1572. f.* & recuſa ſub titulo: *Sæchſiſcher Chronick Franckfurt 1576. 1585. f.* in qua tamen varias Germaniæ & Saxoniæ hiſtorias atque antiquitates deſcripſit potius quam Mansfeldicas, quibus ceteræ Partes deſtinatæ erant, quarum commentationum commentarii indicto optimo Viro exilio forte perierunt.

rierunt. Eidem adſcribitur: *Hiſtoria von Ankunſſt, Stifftung und andern Sachen des Cloſters Mansfeld, Eisleben 1575. 8.* quam tamen ipſe non vidi. IOANNES porro GOTTFRIEDVS ZEIDLERVS edidit *achthundertiæhrigen an einander hangenden Stamm-Baum der Grafen und Herren zu Mansfeld von 800. bis auf 1703. Halle 1703. 8.* vbi errores Genealogorum in Genealogia Mansfeldica emendare voluit. Editus inde libellus ſub titulo: *Staat von Mansfeld 8,* auctior quidem aliquot plagulis, ſed auctis ſimul erroribus, cum primis in deſcriptionibus præfecturarum & locorum. *Petri Erneſti* Principis & Comitis *Mansfeldici* & Gubernatoris Ducatus *Luxemburgici* res geſtæ expoſitæ in *Hiſtoire du Comte de Mansfeld, Luxembourg 1702. 12.* cuius libelli verſio adiecta eſt B. CHRISTIANI GOTTFRIED HOFFMANNI *Ehre des Fürſt und Græflichen Hauſes Mansfeld, Leipzig 1717. 8.* ſtilo panegyrico ſcriptæ. Et familiæ huius inſignis & terrarum Mansfeldenſium deſcriptionem bonæ frugis compoſuit EVSEBIVS CHRISTIANVS FRANCKE in der *Hiſtorie der Graffſchafft Mansfeld, Leipzig 1723. 4.* qua Comitatus & dynaſtiarum nomen, incolas, indolem regionis, metallifodinas, inſignia, & alia quæ ad notitiam faciunt deſcripſit nec non hiſtoriam Genealogicam Comitum & Dynaſtarum, adiecit. *De vita & geſtis Principis Caroli Mansfeldenſis* ſcripſit NICOLAVS GABELMANNVS, *Francofurti 1601. 4.* GEORGII SCHERERI habemus *Orationem de virtutibus Heroicis, factisque Caroli, Principis & Comitis Mansfeldenſis, Viennæ 1596. 4. Acta Mansfeldica, oder Ritterliche Thaten Graf Ernſten von Mansfeld,* prodierunt *1624. 4.* Eorundem olim fuit Dynaſtia *Querfurtenſis*, de qua exſtat CYRIACI SPANGENBERGS *Querfurtiſche*

Chro-

Chronica, Erfurti 1590. 4. & CASPAR SCHNEIDERS *kurtze Beſchreibung der löblichen alten Herrſchafft und Stadt Querfurt, Halle* 1654. 4.

§. IV.

Hiſtoria Genealogica Dominorum & Comitum de Wolffſtein, auctore IOANNE DAVIDE KOELERO, V. C. *Francofurti & Lipſiæ*, 1726. 4. ex chartis, diplomatibus, codicibus tabularii gentilitii variisque aliis fide dignis monimentis eruta, exemplum nobile accurate ſcriptæ hiſtoriæ genealogicæ præbet, cui ſimiles plures habemus in votis. *De Comitibus Ortenburgicis* egit WIGVLAEVS HVND *im Bayeriſchen Stammbuch, Ingolſtadii* 1598. *f.* Alias extant: *Epitaphia quorundam Comitum ex antiquisſima Ortenburgenſium familia oriundorum, eorundemque Coniugum, quorum quædam Patauii ad Danubium, quædam Mattioſii, quædam Ortenburgi, vnicum vero Veronæ extat, Noribergæ* 1589. 4. & MICHAELIS REDERI *Oratio funebris in obitum Leonhardi, Comitis in Ortenburg, Hamburgi* 1589. 8. Ad hiſtoriam *Ruthenorum* Dominorum & Comitum in *Plauen* faciunt ALETOPHILI *von* SELENEN i. e. CASPARIS SAGITTARII *Reuſſiſchen Stammes Betrachtung, Schlaitz* 1682. fol. mai. cuius & *Obſeruationes Hiſtorico-Genealogicæ de Comitibus Ruthenis* extant in FELLERI *Monumentis ined. p.* 631. 634. Plenius & egregiis chartis inſtructum PETRI BECKLERI *Illuſtre Stemma Ruthenicum, oder Græfliche Reus-Plauiſche Stamm-Tafel, Schleitz* 1684. *f.* quo genealogiam, ſtemma & res accurate deduxit. Accuratisſima eſt: *Genealogia Ruthenorum, Comitum & Dominorum in Plauen, Noribergæ* 1715. *f.* quæ auctorem habuit celſiſſ. Comitem HENRICVM XIII. Dominum in *Vnter-Graiz*. De *Nomine Rutheni, quo illuſtrisſima hæc Familia* utitur, extat

Diſſ. HENRICI SIGISMVNDI MARQVARDI, *Ienæ 1691. 4.* quæ & inſerta des *Erlæuterten Voigtlands P. I. p. 23. 35.* add. PAVLLINI in *Zeitkürzender erbaulichen Luſt p. 229. 233.* & IO. FRID. KOEBERI Schediaſma *de Henrici nomine praecelſæ Ruthenorum proſapiæ familiari, Geræ 1678. 4.* & in *Erlæut. Voigtl. P.I. p. 35. ſeq.* Ad prærogatiuas excelſæ Familiæ noſcendas, faciunt binæ ſcriptiones: *Diploma Fridericianum, quo nobilibus Aduocatis in Plauen Ius monetandi ac metallifodinarum conceditur integritati ſuæ reſtitutum variisque obſeruationibus illuſtratum, Graizæ 1731. 4.* & *Gründlicher Beweiß, daß das Hochgræfliche Hauß der Reuſſen von Plauen ſchon von vielen Seculis her unter die vornehmſten und anſehnlichſten Hæuſer ihres Standes gerechnet worden, Græz 1729. 4.* quarum auctor V. C. IOANNES GEORGIVS BÜCHNERVS, qui *des Hochgræffl. Reuß-Plauiſchen Hauſes Annales oder Iahr- und Tage-Bücher von Anno 500. bis 700.* promiſit. Ad particularem hiſtoriam faciunt IOANN CASPAR ZÖPFENS *Reußiſche Gerauiſche Stadt- und Land-Chronica, Leipzig 1672. 8.*

§. V.

Hiſtoriæ Principum & Comitum *Schwartzburgicorum* inſeruiunt: LAVRENTII PECKENSTEINI *Græfliche Schwartzburgiſche Chronica,* quæ in parte tertia Theatri Saxonici continetur, qua de Comitum origine ab anno 450. ad ſua tempora, quædam annotauit. AHASVERVS FRITSCHIVS *de antiqua origine, dignitate & praeeminentia, iuribus ac priuilegiis Comitum Schwartzburgenſium* egit, *Rudelſtadii 1667. 4.* IO. FRIDERICI TREIBERI *Genealogia & Chronographia Schwarzburgica, i. e. des Durchl. Hauſes Schwarzburg Stamm- und Land-Regiſter, Arnſtadt 1718. 8.* vtrumque argumentum, quod ad res recentiores æuibene expoſuit. IOANNIS

NIS ERNESTI GERHARDI Diſſ. *de Comitibus in genere & in ſpecie de Schwartzburgicis*, *Ienæ 1652. 4.* paucula pro inſtituti ratione exhibet. Quorundam ex celſiſſima Familia illuſtrium maxime, res ſingillatim deſcriptæ. GODOFREDVS enim RÜHLMANNVS qui Archiui ſubſidiis vtebatur Narrationem compoſuit : *Von Sizzen Grafen in Thüringen erſten Grafen von Schwarzburg 4. Guntheri* cum primis in Regem Romanorum electi virtus poſteris commendata ſcriptis. AHASVERI enim FRITSCHII extat : *Guntherus Schwartzburgicus in Imp. Romanorum electus*, *Ienæ 1672. 4.* qui libellus additis quibusdam recuſus *Lipſiæ 1720. 4.* HVLDERICI ab EYBEN *Syntagma hiſtoricum de Gunthero Schwartzburgico Romanorum Rege ſiue Imperatore*, editum *VVezlariæ 1695. 4.* recuſum *ibid. 1703. 4. Acta Electionis* Guntheri, extant in B. STRVVII *Hiſtoriſch-Politiſchem Archiv P. I. p. 214. 218.* Bellicæ virtutis gloria commendabilis alter *Guntherus*, de quo annotanda : IMMANVELIS WEBERI *kurzgefaßte Memoire vom Leben und Thaten Güntheri Bellicoſi Graffen von Schwarzburg, Herrn zu Arnſtadt, Gieſſen 1720. 8.* quo in libello ſingularia de rebus Dano-Suecicis, Erici maxime XIV. IOANNIS STIGELII *Oratio in funere Alberti Schwarzburgenſis Comitis* legitur in SCHARDII *Oratt. Funebrib. T. I. p. 158. 276.* Vitæ rerumque expoſitio *Alberti Antonii Comitis Schwarzburgici* vernaculo ſermone edita eſt *Rudelſtadii f.* Ex libellis publicis & forenſibus in cauſſa *Seſſionis & Voti* in Senatu Principum; atque cum Sereniſſima Domo Saxonica ob *Landſaſſiatum*, aliasque controuerſias editis, quos recenſet LVNIGIVS *Bibliotheca Deduct.* multa lux ad ipſas res Familiæ peti poteſt. Ad Hiſtoriam Vrbis *Arnſtadienſis*

facit IEREMIAE WITTICHII *Geographia metrica Arnſtadii, Erfurti 1660. f.* & in OLEARII *Synt. Rer. Thur.* P. I. p. 11. 17. adde eiusdem *P. I. p. 1. 33.* & *P. II. p. 273. 303.* ſed breuis eſt. ANDREAS TOPPIVS germanico ſermone hanc vrbem deſcripſit, quæ ſigillatim *Erfurti* prodiit *1658. 8.* & præmiſſa quoque IOANNIS CHRISTOPHORI OLEARII *Hiſtoriæ Arnſtadienſi*, quæ germanico idiomate prodiit *Arnſtadii 1701. 8.* in qua iuſto ordine atque debita fide ſtatum omnem atque hiſtoriam vrbis, Comites, magiſtratus, ſacerdotes aliosque viros claros deſcribit. Ceterorum opidorum notitia ex laudato *Syntagmate* OLEARII peti poteſt. MATTHAEI GOTHI *inclytæ familiæ Stolbergicæ fragmentum* editum eſt *Lipſiæ 1620. 8.* *Antiquitatum VValdecciarum Stricturas* dedit Diſſertatione ſingulari CONRADVS SAMVEL SCHVRZFLEISCHIVS, *VVittebergæ 1704. 4.* *Hiſtoria der Reichsgraffſchafft Falckenſtein ienſeit Rheins am Donnersberg gelegen* Diplomatibus ſuffulta *f.* edita, quæ & *Tomo III. Symphorematis rerum in Camera* iudicatarum perilluſtris Domini de LVDOLF inſerta.

§. VI.

Inter *Comites* Circuli *Sueuici* occurrunt Comites *Cronbergenſes*, de quibus prodiit GEORGII HELWICHII *Genealogie des uhralten Adel-Ritterlichen Geſchlechts derer Schwæbiſchen Graffen von Cronberg von 1620 bis 1625. Mayntz 1625. f.* Ad Genealogiam Comitum *Fuggerorum* faciunt ex parte *Contrafehe der Herren Fugger und Frauen Fuggerin zu Augſpurg 1620 f.* quibus 60. virilis & 64. fœminei ſexus manu *Kilianorum* factæ icones exhibentur, cum breuiſſima de vitæ conditione annotatione. Extat porro *wohlgegründete Information, Ausführung und Bericht, wie es mit denen zwiſchen den VVohlgebohrnen*

Herr

Herrn, Herrn Chriſtoph Fuggern, Frey-Herrn von Kirchberg und VVeiſſenhorn, Herrn zu Mindelheim: ſo denn auch dem VVohlgebohrnen Herrn, Herrn VVolf Veit von Mindelheim, Frey-Herrn zu VValdeck andern Theils, der Mindelheimiſchen Reichs-Leben und Regalien, auch anderer Fronsbergiſcher eigenthümlichen Verlaſſenſchafft halber ſchwebender Rechtfertigung in Grund der VVahrheit eigentlich beſchaffen, *Augſpurg* 1612. *f.* ANDREÆ ARTZELTI *Genealogia Comitum Montfortiorum* tabulis æneis inciſa & *Anonymi geſta Simonis, Comitis Montfortii* peculiari Chronica deſcripta a quibusdam laudata, ſed mihi nondum viſa. De perantiqua Comitum & Dominorum de *Pappenheim*, S. I. R. G. Mareſchallorum hæreditariorum gente ex *Rudolphi* de *Bappenheim* Caſtellani & Præfecti Donawerdenſis Collectaneis MSCtis, ortus ex hac gente & eruditione inclitus, I. V. D. & Canonicus Auguſtanus MATTHAEVS a PAPPENHEIM perraro hodie libro commentatus *de origine & familia illuſtrium Dominorum de Calatin, qui hodie ſunt Domini a Pappenheim, S. R. I. Mareſchalei hæreditati, Auguſtæ Rhetiæ* 1553. *f.* editore IOANNE a PAPPENHEIM in Biberach, Elgau & Wildenſtein, qui eodem loco & tempore hos commentarios vernacula verſione donatos edidit inſcriptos: *Von dem uralten Stammen und Herkommen der Herren von Calatin iezund zu unſer Zeit die Edlen zu Bappenheim, Bieberbach &c. des H. R. Erb-Marſchælck, aus den uralteſten Hiſtorien gezogen, Augſpurg durch Philipp Vlhart.* Singulari exquiſitoque ſtudio origines & res excelſæ familiæ indagauit eruditiſſimus vir IOANNES ALEXANDER DOEDERLEIN editis luculentis commentariis, quibus titulus: MATTHAEVS a BAPPENHEIM *enucleatus, emendatus*, d. i. *Hiſtoriſche Nachrichten*

von dem uralten Hauß der Kayſerlichen und des Reichs Marſchallen von Calatin, und der davon abſtammenden ehe- und dermahligen Reichs-Erb-Marſchallen, Herren und Grafen zu Pappenheim, Erſter Theil, Schwabach 1739. 4. qua hiſtoriam Genealogicam horum Dynaſtarum & Comitum ſiſtit; altera Sedes, dominia, iura, prærogatiuas, res ceteras illuſtraturus; Tertia dabit probationes & Documenta.

§. VII.

In Scamno *Franconico* Comites ſunt *Leoſtenii*, quorum *Stemma Leoſtenianum* deſcripſit HVBERTVS THOMAS LEODIVS, *Francofurti 1634. 4.* Quod additum ſæpe reperitur ipſius de *Vita Friderici II. Palatini commentario. Erpacenſium* Comitum vetuſtæ familiæ origines, res, terras, addito diplomatum & monimentorum apparatu diligentiſſime conduxit Vir ſumme reuerendus DANIEL SCHNEIDERUS, cuius *Hiſtorie und Stamm-Tafel des Hochgræflichen Erbach* cum Præfatione perilluſtris GEORGII MELCHIORIS LUDOLFI edita *Franckfurt am M. 1736. f.* qua inter alia fabuloſæ origines ab Imma fuerunt exploſæ. In *Scamno Weſtphalico* ſunt Comites *Benthemenſes*. In horum hiſtoria occurrit: *Ordentliches Manifeſt und Rechtliche Deduction, betreffend die Uneinigkeit in dem Græflichen Hauſe Bentheim von der Græfin zu Bentheim an den Kayſer, Chur- und Fürſten und Stænde des Reichs zu Beſchützung ihr und ihrer Græflicher Kinder, &c. ausgeſchrieben, Amſtelodami 1679. 4.* In qua deductio cauſſæ Comitiſſæ de Bentheim contra maritum ipſius, ratione filiorum ſuorum ex hoc legitimo matrimonio natorum, quibus abiudicare voluerunt Comitatum Benthemenſem, agitur. Gallico etiam ſermone prodiit: *Abregé du Manifeſt de Madame la Com-*

Comteſſe de Bentheim contenant l' hiſtoire des differens de cette famille là: iuſtiſicant l' innocent procedé de la dite Dame & ſon legitime mariage, & maintenant le droit d' avoir à heritage Paternel la Comté de Bentheim &c. pour Meſſieurs les ieunes Comtes ſes fils, à la Haye 1679. 12. f. Sic etiam extat IOANNIS PAGENSTECHERI *Oratio de vita & morte Arnoldi, Comitis in Bentheim, Steinfurti 1606. 4.* Comitum *Bentheimenſium* fuit Comitatus *Tecklenburgicus.* Singularis de eodem extat commentatio GERHARDI ARNOLDI RVMPII, *Bremæ 1672. 4.* quo præter ſtatum geographicum, ſucceſſionem etiam Comitum & præcipuos miniſtros deſcribit. *Lippienſis* Hiſtoria deſcribitur in IVSTINI LIPPIENSIS *Lippiflorio, ſ. poëmate de primordiis Comitatus Lippienſis, & rebus geſtis aliquot Comitum Lippienſium.* HERMANNVS de LERBECKE *Chronicon Comitum de Schovenberg* ſcripſit. Hæc quoque ſcripta in collectione Meibomiana extant, vbi & *Chronicon Mindenſe* incerti Auctoris, in quo mentio fit Comitum *Schowenburgenſium;* HENRICI *Aquilonipolenſis Adolpheis,* reperitur. Primum in lucem producta cura *Henrici Meibomii Francofurti 1620. 4. Primitias Schauenburgicas* inueſtigauit ediditque EBERHARDVS DAVID HAVBERVS, quarum *Faſciculus Primus* & *Secundus* prodierunt *Guelferbyti 1728. 8.* ibique de rebus Schauenburgicis alios ſcriptores indicat recenſetque. Quos inter CYRIACVS SPANGENBERGIVS, cuius *Holſtein-Schauenburgiſches Chronicon,* poſt mortem auctoris, *Stadthagen 1614. f.* editum, atque vsque hunc annum editionis fuit continuatum. IOANNES PIDERITIVS edidit *Chronicon Comitatus Lippiæ, das iſt, eigentliche und ausführliche Beſchreibung aller Antiquitaten und Hiſtorien der uralten Graffſchafft*

Lipp, *Rinteln 1627. f.* quo etiam agit *von Aſcenas Geſchlechte*, *Quintilii Vari Niederlage*, *Wittikind und Caroli Magni Kriegen.* Ad Hiſtoriam *Ranzouianam* facit PETRI ALBINI *Wipertus*, *ſ. Origines Ranzouianæ*, *Witteberga 1588. 4.* HENRICI ERNSTII *Genealogia Ranzouiana*, *Soræ 1646. 8.* ALBERTI LOMBIERI *Deſcriptio hæreditarii Ranzouiorum prædii ab Henrico Ranzouio inſtaurati & in Arcis ſublimitatem educti*, *Islebiæ 1593. 4.* & PETRI LINDENBERGII *hypotypoſis Arcium*, *Palatiorum &c. Henrici Ranzouii 1591. 4.* NICOLAI REVSNERI prodierunt *Anathemata*, *ſeu aræ ſepulcrales familiæ Salmcnſis*, *Argentorati 1586. 8.* *Schaffgotſchiorum* in *Sileſia* Comitum memorabilia comte deſcripta in THEODORI KRAVSENS *Bericht von dem Geſchlecht der Schaffgotſchen*, *Striegau 1715. 4.*

§. VIII.

Weſtphalici Scamni eſt Comitatus *Oldenburgicus*, ad cuius hiſtoriam præ cæteris facit HERMANNI HAMMELMANNI *Oldenburgiſches Chronicon*, *d. i. Beſchreibung der uhralten Grafen von Oldenburg und Delmenhorſt*, *von welchen die ietzigen Könige von Dennemarck herſtammen*, *Oldenburg 1599. f.* quod multa fide atque induſtria ſcriptum eſt. Hunc autem cum in multis refutaret VBBO EMMIVS, ad mandatum Ioannis, Comitis Oldenburgici *Apologiam pro Hammelmanno* ſcripſit GEBHARDVS GISEKENVS, *Lemgouiæ 1600. 4.* Commendat quoque *Hammelmannus* varia Chronica quibus vſus fuerit: HENRICI WOLERI, IOANNIS SCHIFHOVWERI, IOANNIS von HARNE & LAVRENTII MICHAELIS, ſed manuſcripta adhuc latent ſingula. IOANNES IVSTVS WINCKELMANNVS *Arboretum Genealogicum* ſcripſit *Heroum Europæorum ex vnica Oldenburgica*

gica familia, & quidem a Dieterico Fortunato deſluentium, Oldenburgi 1664. f. EIVSDEM ſunt: *Oldenburgiſche Friedens- und der benachbarten Oerter Kriegshandlungen, Oldenburg 1671. f.* cum multis figuris æneis, quo opere plenior Comitatuum Oldenburgi & Delmhorſt & vicinarum Dynaſtiarum Iever & Kniphuſen, deſcriptio, resque in his & vicinia ab anno 1603. ad an. 1667. geſtæ cum primis autem copioſa vitæ expoſitio vltimi Comitis Antonii Guntheri, inſertis variis documentis, reperitur. IOANNES PAVELSEN *de familia regali & ducali domus Oldenburgicæ* ſcripſit, *Lubecæ 1657. 12.* Hiſtoriæ *Delmenborſtenſi* inſeruit *Nachricht was wegen des Hauſes Herr- und Graffſchafft Delmenborſt zwiſchen denen erſten Erbauern und ubralten Beſitzern den Grafen von Oldenburg und Delmenborſt, und dem Ertz-Stifft Bremen und deſſen Ertz-Biſchoffen, wie auch dem Stifft Münſter und deſſen Biſchoffen vorgangen, ſamt ietziger Beſchaffenheit: Neben angehængten catalogis aller Ertz-Biſchoffen zu Bremen, wie auch aller Biſchoffen zu Münſter von 300. Iahren her, und einer Stamm-Tafel der Grafen von Oldenburg und Delmenborſt, 1665. 8.*

§. IX.

Ad ſtatum *Ciuitatum Imperii immediatarum* pernoſcendum facit primum: *Kurtzer doch gründlicher Diſcurs über die emporgehende Frage: Ob die alten Reichsvogteyen dieſer Zeit bey den Reichs-Stædten mit berechtigten Fug und des Heil. Ræmiſchen Reichs verhoffender Wohlfahrt wieder an und zu Werck gerichtet werden ſollen und kænnen oder nicht?* In hac commentatione Auctor, quisquis ſit, non ſolum officium præfectorum imperii, quod olim fuit, ex hiſtoriis erudite declarat, ſed etiam probat, quod Ciuitates imperiales eo-

dem ac Principes modo autonomiam adeptæ fuerint, cum antea æque ac Principes Imperatoribus addictæ. Contra hunc librum alius edidit: *Beſtændige und wohlgegründete Wiederlegung eines über die in den Reichs-Stædten von Alters herkommende Reichs-Vogteyen in Druck ausgeſprengten Diſcurſus, ſo viel darinnen die Vogtey der Stadt Augſpurg zum vermeynten Exempel in unterſchiedlichen Stellen angezogen wird, 1643. 4.* in quo iura epiſcoporum in Ciuitates ſuas metropoles, multum extendit, & iura ciuitatum maxime ſupprimit. Contra hunc prodiit: *Gründlicher hiſtoriſcher Bericht von denen alten Reichs-Vogteyen, bey denen Erb-Frey und Reichs-Stædten, wie auch bey denen hohen und andern Stifften und Clöſtern, Stutgard 1655. 4.* paucis abhinc annis cum rarior eſſet in 4. recuſus, cuius auctorem communiter faciunt DANIELEM HEIDERUM. Hic non ſolum notabilem eſſe differentiam declarat inter præfectos & aduocatos, ſed etiam in iura ciuitatum imperialium inquirit. Egregius eſt Tractatus PHILIPPI KNIPSCHILDII *de Ciuitatum Imperialium Iuribus ac Priuilegiis*, qui *Vlmæ 1687. f.* editus, pleniſſime res Ciuitatum tractauit, ad ſingulas etiam ciuitates deſcendit, quas ordine alphabetico perſequitur, harumque originem, hiſtoriam, iura, immunitátes, priuilegia & ſtatum breuiter recenſet. Reliquos, qui *Iura Ciuitatum Imperialium* pertractarunt, percenſuimus in *Bibliotheca Iuris capite vndecimo* §. *XIX.*

§. X.

Varios de *ſpecialibus Ciuitatibus immediatis Germaniæ Scriptores* ſuperius iamdum inter Scriptores *de Epiſcopatibus Germaniæ* plures recenſuimus, cum quædam in nexu quodam ſint epiſcoporum, reliquos

liquos hic indicabimus. *Circuli Franconici* ornamentum eſt *Noribergæ*, de qua habemus ERAMI MICHAELIS LAETI *de Republica Noribergenſi* libros IV. ad Senatum ſermone ligato conſcriptos, *Francofurti* 1574. 4. Elegans eſt CONRADI CELTIS *de origine, ſitu, moribus & inſtitutis Norimbergæ* libellus, qui additus ipſius *Quatuor Libris Amorum*, expreſſis primum formis *Noribergæ* 1502. 4. *mai.* & cum operibus *Bilibaldi Pirckheimeri* extat, adiectus quoque nouæ Editioni *Exegeſeos Germaniæ Irenici*, quam curauit *Io. Adamus Bernhard*, *Hanouiæ* 1728. *f.* HELII EOBANI HESSI *Noriberga illuſtrata* carmine heroico, *Francofurti* 1564. 8. MICHAEL ROTENBECK *epitaphia Noribergenſia* collegit, *Noribergæ* 1622. Breuis ſed diligenti ſtudio conquiſita CASPARIS SAGITTARII *Hiſtoria antiqua Noribergæ*, *Ienæ* 1679. 4. qua non ſolum nomen & originem, ſed etiam hiſtoriam vrbis vsque ad annum 1190. deducit. Cetera, volente ita perilluſtri Senatu inclitæ Vrbis non fuerunt edita. IOANNIS CHRISTOPHORI WAGENSEILII Commentatio *de Sacri Romani Imperii libera Ciuitate Noriberga Altdorfii* 1697. 4. edita eſt, cuius priori parte nomen, ſitum, incrementa, immunitatem & prærogatiuas, in altera vero controuerſiam, quæ a ducentis prope annis inter Marchiones Brandenburgicos, tanquam Burggrauios Noribergenſes, & ipſam Rempublicam fuit agitata, exponit, ſed defenſorem potiſſimum patriæ ſuæ agit. Subnexa eſt Diſſertatio *de Phonaſcis Germanorum, von Meiſterſængern.* Ad hiſtoriam Academiæ *Altorffinæ* faciunt IOANNIS IACOBI BAIERI *Beſchreibung der Nürnbergiſchen Vniuerſitæts-Stadt Altorf, Altorf* 1714. 4. cum fig. æn. *Actus promulgationis priuilegiorum Vniuerſitatis Altorfinæ Noricæ indulgentiſſime*

me confirmatorum & amplificatorum feſto ſolenni Petro Paulino 3. Kal. Iulii CIↃ IↃCXCVIII *celebratus.* Acceſſit *renuntiatio Doctorum Theologiæ prima, cum programmatum & actionum gratiarum auctario, Altorfi 1698. 4.*

§. XI.

Francofurtenſis vrbis *ad Mœnum* res antiquiores conſignatæ dicuntur a Diacono *Entrando* Libris VII. quorum mentionem facit Irenicus Exegeſi Germ. L. XI. digni, ſi extarent adhuc qui ederentur. Breuiter hæ deſcriptæ a IOANNE FRIDERICO FAVSTO ab Aſchaffenburg *in der Stadt Francfurt Herkunfft und Aufnehmen, item Kayſerlichen Wahl und Crœnungs-Chronica, Francfurt 1660. 12.* & GEBHARD FLORIANS *Chronica der Stadt Francfurt, 1664. 12,* qua potiſſimum comitia vel vniuerſalia vel particularia in hac vrbe celebrata deſcribuntur. Hos libros Chronicos copioſiſſime auxit ACHILLES AVGVSTVS *de* LERSNER *in der Freyen Reichs-VVahl und Handels-Stadt Franckfurt am Mayn Chronica*, cuius Tomus *Primus* prodiit *Francofurti 1706. f.* Tomus vero *Secundus* ex MSCtis prioris editus curante GEORGIO AVGVSTO de LERSNER ſub titulo: *nachgeholte vermehrte und continuirte Chronica der Reichs-VVahl und Handels-Stadt Franckfurth am Mayn, ibid 1734. f.* De *VVetzlarienſi* Vrbe, ſede auguſti Cameralis Iudicii breue eſt & leue ſcriptum, ſub titulo: IOHANNIS PHILIPPI CHELII, *kurze Beſchreibung der Stadt VVetzlar, Gieſſen 1664. 4.* qua ex oratione latina *Ioannis Danielis Chelii* Wetzlarienſis Gieſſæ 1664. habita varia decerpſit, auxitque quibusdam, iterum eandem edidit atque adnotationibus plenis egregiæ frugis, additis multis Diplomatibus & chartis ornavit perilluſtris Dominus GEORGIVS MELCHIOR de

de LVDOLF *Obſeruationum Forenſium Continuatione*, *VVetzlariæ 1722. 4. Appendice*, qua comparent: *Sicilimenta ad Hiſtoriam & Iura Ciuitatis Imperialis VVetzlarienſis.*

§. XII.

De *Scamni Sueuici Ciuitatibus Imperialibus* plures commentati. Qui *Auguſtæ Vindelicorum* res conſignarunt ex parte iam ſupra *Cap. XVII. §. XII. p. 1009.* indicati, his adiungendi varii libelli publici ſtatum cum primis Religionis aſſerentes, recenſiti in ill. MOSERI *Bibliotheca Scriptor. de rebus Sueuicis p. 3.* & quod ad antiquitates huius Vrbis attinet CONRADI PEUTINGERI *Romanæ vetuſtatis fragmenta in Auguſta Vindelicorum & eius Diœceſi*, *Auguſtæ Vind. 1508. f.* & iterum ſub titulo: *Inſcriptiones vetuſtæ Romanæ & eorum fragmenta in Auguſta Vindelicorum & eius Dioeceſi cura & diligentia* CHUONRADI PEUTINGERI, *Auguſtani*, *antea impreſſæ*, *nunc denuo reuiſæ*, *caſtigatæ & auctæ*, *Moguntiæ 1520. f.* Addantur MATTHIAE FRIDERICI BECKII *Monumenta Iudaica Auguſtæ Vindelicorum reperta*, *Auguſtæ Vind. 1686. 8.* quibus tria monumenta Romana, tanquam ſupplementa Sylloges *VVelſerianæ* ſupra iam laudatæ, addita. De *Nummis Auguſtanis* annotauit quædam CHRISTIANVS SCHLEGELIVS in Diſſertationibus *de nummis antiquis Gothanis*, *Cygneis &c. Francof. 1717. 4.* *Stricturas Antiquitatum Auguſtanarum* eruditas exhibuit C. S. SCHVRTZFLEISCHIVS *VVitteberga 1740. 4.* De *Vlmenſi* nobiliſſima Imperii Ciuitate F. FELICIS FABRI extat Liber *de Ciuitate Vlmenſi*, quem poſſedit manu exaratum B. *Vffenbachius.* Vir eruditiſſimus LVDOVICVS BARTHOLOMAEVS HERTENSTEIN elegans dedit *Specimen Hiſtoriæ patriæ de Vlma per Lotharium Saxonem A. D. 1129. obſeſſa*,

occu-

occupata, deſtructa & per Cunradum Svevum A. D. 1140. reſtaurata atque amplificata, Vlmæ 1732. 4. Idem ampliorem elaborauit *Commentarium de illuſtris Reipublicæ Vlmenſis origine, antiquitate, rebus geſtis, iuribus & priuilegiis peculiaribus*, ſed quod dolendum archiuo tantum deſtinatum. Inter *Notitias Halæ* editas extat: *Nachricht von der Stadt Vlm 8.* ſine temporis mentione. Ad ſtatum eccleſiaſticum facientia quædam exhibet ELIAE FRICKII *Templum Parochiale Vlmenſium* vernacula deſcriptum *Vlmæ 1718. 4. & 1731.* cum fig. æn. cui ſecundæ editioni acceſſit deſcriptio cærimoniarum ſacrarum Iubilæi 1730. ibi celebrati. De *Reutlingenſis* Ciuitatis ſtatu extat: *Hiſtorie der Stadt Reutlingen vor, in und nach 1517. Reutlingen 1717. 8.* cuius auctor *Begerus* Syndicus Reutlingenſis. De *Noerdlingenſis* Ciuitatis ſtatu immediato breuiter ſed docte commentatus D. E. DOLP, qui tamen nomen non addidit *in gründlicher Ausführung, daß die Reichs-Stadt Noerdlingen nicht erſt a. 1251. zur Reichs-Immedietæt gelanget, Noerdlingen 1735. 8.* contra Dn. *de Falckenſtein Antiquit. Nordgav.* P. II. directa.

§. XIII.

Aquisgranum, metropolis regia, Imperialis deſcripta prodiit *Coloniæ 1614. 4.* Sed præſtat longe PETRI BEECK Imperialium Eccleſiarum in Aquis B. Mariæ Canonici & ad D. Adelbertum Præpoſiti *Aquisgranum ſiue, hiſtorica narratio de Ciuitatis Aquisgranenſis regiæ S. R. I. & Coronationis Regis Roman. Sedis Aquenſis origine & progreſſu, de rebus Caroli præclare geſtis, de ritu coronandi reges Romanorum &c. Aquisgrani 1628. 4.* Inter meliores libros Chronicos referenda eſt quoque IOANNIS NOPPII *Acker Chronica*, qua Annales & memorabilia in hac vrbe geſta a prima fun-

ſundatione, vsque ad annum 1630. deſcripta, additis priuilegiis vrbis atque ſtatutis, *Coloniæ 1643. f.*

§. XIV.

Goslarienſis Ciuitatis in Circulo Saxoniae Inferioris viciniarumque Regionum *Antiquitates* ex vetuſtis monimentis conquiſiuit, adiectisque variis Pontificum, Imperatorum, Epiſcoporum & Principum Diplomatibus ab anno C. 918 illuſtrauit, auctuariumque rerum ab ineunte Seculo XVII. vsque ad Pacem Osnabrugenſem & *Syllogen Numorum Goslarienſium* antiquorum pariter ac recentiorum, nec non Diſſertationem *de antiquiſſimo Regionis Goslariam ambientis ſtatu & Crodone Harzburgico*, addidit IOA. MICHAEL HEINECCIVS, qui Commentarius *Francofurti ad Moenum 1707. f.* editus inter ipſius & *Leuckfeldii* Scriptores Rerum Germanicarum comparet.

§. XV.

Hamburgenſis inclytæ *Ciuitatis Origines* accurate indagauit & expoſuit duobus Libris quorum ſeptem meditatus ab V. C. 808. ad A. C. 1292. PETRVS LAMBECIVS, quorum prodiere Liber *Primus Hamburgi 1652. 4. Secundus, Ibid. 1661. 4.* recuſi iunctim cura IOANNIS ALBERTI FABRICII *Hamburgi 1706. f.* multis Diplomatibus referti. Acceſſere hac in Editione THEODORI ANCKELMANNI *Inſcriptiones Hamburgenſes, Heidelbergæ* primum 1663. editæ, cum nouo Auctuario recuſæ. De *Hamburgo veteri in Connoburgo Smeldingorum perperam inuento* eruditiſſima eſt Diſſ. V. C. MICHAELIS RICHBY, *Hamburgi 1737. 4.* Varia ad res ſtatumque huius vrbis compelata, bona & vulgaria legas in ANONMI *Verſuch einer zuverläßigen Nachricht von dem Kirchlichen und Politiſchem Zuſtande der Stadt Hamburg*, cuius *Pars Prima* a Carolo M. ad Fridericum III. *1731. 8. Pars II. ab anno 460.* ad Ferdinandum vsque II, & *Pars III.*

1733.

1733. 8. ſub Ferdinando II. et Leopoldo & Pars IV. reliqua ſub Leopoldo, & des *Beſchluſſes Erſter Verſuch 1739.* ſub Carolo VI. acta, usque ad a. 1736. exhibet,

§. XVI.

Franconiæ ſiue *Franciæ Orientalis* tanquam ſingularis Germaniæ prouinciæ antiquitates & res ſacras & profanas omnium optime colluſtrauit IOANNES GEORGIVS *ab* ECKHARD præſtantiſſimis *Commentariis de rebus Franciæ Orientalis*, qui *Wirceburgi* prodiere *Tomis duobus 1729. f.* cui ex parte coniungendus, licet ſæpe ad omnem euagetur Germaniam & vulgaria ſubinde tradat *Ioannes Henricus de* FALCKENSTEIN *in Nordgauiſcher Alterthümer und Merckwürdigkeiten Tomo Primo, Suobaci 1734. f.* edito, quod opus diverſum eſt ab aliis eodem titulo ſignatis, iisque quibus res *Aureatenſis* ſiue *Eichſtadtenſis* Epiſcopatus commemorauit iam ſupra laudato, & quo de Burggrauiatu *Norico*, expoſuit.

§. XVII.

Multa diligentia generalem *Sueuiæ Topographiam* qualis erat ipſius æuo, nam multa poſtea mutata ſunt, dedit MARTINVS ZEILERVS, *Francofurti 1643. f.* cum MATTHAEI MERIANI *Iconibus* quarum ſunt 63. Auctior illa atque emendatior poſtea, ſed ſine figuris æneis acceſſit Eiusdem *kleiner Schwæbiſchen Chronick, Vlmæ 1653. 4.* quo annales breues continentur ab anno 503. vsque ad illa tempora ex Cruſio decerpti. Ex hac *Zeillero-Meriana* Topographia decerptus ſed meliore ordine, ſecundum Principatus, Dynaſtias digeſtus libellus vernaculo ſermone, ſub titulo: *Sueuici Circuli ſuccincta Deſcriptio, Nürnberg 1703. & Rotenburg 1705. 12.* ſed manca tamen & imperfecta omnia ſunt in hoc libello. De his aliisque ad accuratiorem Sueuiæ notitiam eruditæ & accuratæ extant obſervationes in V. C. EBERHAR-

HARDI DAVID HAUBERS *Verſuch einer umſtandlichen Hiſtorie der Land-Charten nebſt einer Hiſtoriſchen Nachricht von den Land-Charten des Schwabiſchen Creyßes, Ulm 1724. 8.* *Encomium Sueuorum* inter *Melanchthonianas Declamationes* Tomo Primo, *Edit. Argent.* d. a. *1555. & 1564.* extat. In ipſa Hiſtoria occurrunt MELCHIORIS GOLDASTI *Scriptores aliquot Veterum rerum Sueuicarum*, partim primum, partim emendatius & auctius editorum, in quibus Sueuorum origo, migratio, regna, Principes, bella, fœdera, religio, monaſteria, ciuitates, Comitatus, Duces, Imperatores, inde ab initio vsque ad Maximilianum I. ſumma fide, pro æui illius hiſtoria, memoriæ mandantur, *Francofurti 1605. 4.* & cum rariſſima eſſet hæc Sylloge, recuſa *Vlmæ 1727. f.* Continentur hac collectione ANONYMI *Scriptoris de Sueuorum origine libellus.* VELLEII GALLI *fragmentum de victoria Sueuorum contra Romanos.* ISIDORI Hiſpalenſis *hiſtoria Sueuorum.* IOANNIS BOEMI *Sueuia.* HENRICI BEBELII *laudum Sueuorum epitoma.* FELICIS FABRI *hiſtoria Sueuorum.* Inter varias fabulas, prouti in libris huius ſeculi fieri ſolet, utilia leges in THOMAE LYRER ſiue LEYRER Ranckuilenſis, qui circa initia Sec. XIII. vixit *Chronico*, rerum Sueuicarum & Germanicarum, formis impreſſo *Vlmæ 1486.* hodie inter raros libros connumerando, de quo vide iudicium HEIDERI in *Lindauiſcher Außführung p. 611.* Cum his coniungendi eiusdem GOLDASTI *Rerum Alamannicarum Scriptores*, quorum *Editiones* & ſeriem auctorum ſupra *Cap. XVI. §. XXXIX. p. 809.* exhibuimus. Ex recentioribus eſt ERNESTI GOECKELII Liber *de Sacri Romano-Germanici Imperii Circulo Sueuiæ, Receſſibusque circularibus, Auguſtæ*

Vindelicorum 1672. 4. & additis quibusdam ſub titulo: *De Maieſtatico S. R. I. Suevia & Franconia Comitiorum Iure, Lindauia 1684. 4.* quo potiſſimum ſtatum politicum, & quem habeat in Imperio conſiderauit, admixtis multis quæ ad argumentum plane non pertinent, & omiſſis plurimis neceſſariis, in eodemque libro Circuli Sueuici ordines multa obelo digna cenſuerunt. Inſigne ad Sueuicas hiſtorias ſubſidium præbent MARTINI CRVSII *Annales Sueuici*, quorum *Pars Prima & Secunda Francofurti 1595. f.* edita. Acceſſit *Pars Tertia* cum Libro *Paralipomenon*, quem quidam *Quartam Partem* appellant, *Francofurti 1596. f.* Diligentiſſimus Scriptor eſt, qui perquiſitis monaſteriorum monumentis ſua congeſſit, a Laurentio Friſæo quoque, Conſiliario Herbipolitano multa ad ſcribendum ſubſidia accepit & non minima certe vrbium, arcium, monaſteriorum Ducum atque nobilium notitia ex eodem hauritur, licet non deſint nugæ, & narrationes a rebus Sueuicis plane alienæ, quas hinc inde immixtas videmus. Cum rariſſimi hi *Chronicorum* eſſent libri, eosdem in germanicum idioma vertendos curauit, atque Continuatione ab anno *1596.* ad annum *1733.* auxit, vitamque auctoris, nec non Bibliothecam copioſam *Scriptorum Rer. Sueuicar.* præmiſit ill. IOA. IACOBVS MOSER, ſub titulo: MARTINI CRVSII *Schwæbiſche Chronick, Franckfurt 1738. f. 2. Voll.* Quæ bello ob Hiſpanicam ſucceſſionem geſto Sueuiam preſſerunt mala ex parte conſignauit *Anonymus* libello, cuius titulus: *Das unter Chur-Bayern und Frantzœſiſcher Gewalt hartgedruckte aber nicht unterdruckte Schwaben, Freyburg* ſiue *Nürnberg 1705. 12.* inſertis quibusdam actis libellisque publicis. LVDOVICI BARTHOLOMAEI HERTENSTEIN præ-

præclarum dedit *Specimen Iuris Publici Sueuici de Ducatu Sueuiæ & Alemanniæ, Argentorati 1731. 4.*

§. XIII.

Alſatiæ Topographiam cum aliis quoque nobis dedit MARTINVS ZEILERVS additis figuris æri inciſis MATTHAEI MERIANI, *Francofurti 1644. 1654. f.* HELISAEVS ROESLINVS edidit *des Elſas und gegen Lotharingen græntzenden Wasgauiſchen Gebürgs Gelegenheit und Comoditæten in Victualien und Mineralien, Straßburg 1593. 8. Deſcription de l' Alſace Françoiſe* par PIERRE *du* VAL edita *Paris 1662. 12.* Sed præſtat his FRANCISCI RVPRECHTI *ab* ICHTERSHEIM Banneresii *Hochfeldii ganz neue Elſaßiſche Topographia, Regensburg 1710. 4.* quo non vtriusque ſolum Alſatiæ, ſed vicinarum etiam regionum ciuitates, monaſteria, arces, villas, pagos, montes, fluvios, ſyluas &c. accurate ſatis deſcripſit. Non ſolum naturam locorum, ſed etiam thermas Alſatiæ atque antiquitates perquirit, licet in illis potior ſit, quam in hiſce. HIERONYMI GEBVILLERI extat *Panegyris Carolina* cum notis, in quibus Alſatia & Argentoratum deſcriptione illuſtrantur, *Argentorati 1641. 4.* In Hiſtoria primum occurrunt *Dominicanorum Colmarienſium Faſti*, continentes Alſaticarum rerum Annales, & vberiorem enarrationem, nec non ALBERTI *Argentinenſis Chronicon rerum geſtarum ſui temporis*, vtrique extant in Tomo ſecundo rerum Germanicarum *Vrſtiſii.* IACOBI *a* KOENIGSHÖVEN *alteſte Elſaßiſche und Straßburgiſche Chronica*, cum eruditiſſimis *Ioan. Schilteri* annotationibus edita, *Argentorati 1698. 4.* Iuſſu Aulæ Franciæ ſuppreſſus hodieque rarior atque electæ do-

ctrinæ plenus eſt commentarius VLRICI OBRECHTI *Prodromus Rerum Alſaticarum*, *Argentorati* 1681. 4. Copioſa ſed non in omnibus accurata BERNHARDI HERTZOGS *Elſaßiſche Chronica*, *Straßburg* 1592. *f.* IOANNES autem IACOBVS CHIFFLETIVS in *Alſatia vindicata*, *Antwerpiæ* 1650. *f.* Alſatiam iure proprietatis & protectionis Regi Catholico vindicare voluit. Plenioris demum Hiſtoriæ Alſaticæ conſcribendæ prouinciam ſuscepit, licet non ſit a partium ſtudio liber R. P. LOVIS LAGVILLE in *Hiſtoire de la Province d'Alſace a Strasbourg* 1727. *f.* & 8. *mai.* a Iulio Cæſare vsque ad Ludouici XV. matrimonium.

§. XVI.

Weſtphaliæ deſcriptionem plures dederunt. De *Nomine Weſtphaliæ* extat Diſſertatio CASPARIS SAGITTARII, *Ienæ* 1686. 4. *Topographiam, oder Beſchreibung des Weſtphaliſchen Creyſſes* dedit MARTINVS ZEILLERVS cum figuris *Merianis f.* ſine anni mentione. IOANNES GOES *Opuſcula varia de Weſtphalia*, eiusque doctis aliquot viris collegit atque edidit *Helmſtadii* 1668. 4. Continentur iisdem DAVIDIS CHYTRAEI *oratio de veteris Saxoniæ prouincia ampliſſima, quæ Weſtphalia nominatur.* Eiusdem *epiſtola ad Henricum Meibomium.* HERMANNVS HAMMELMANNVS *de vita Hermanni Buſchii.* HENRICVS MEIBOMIVS *de vita Hermanni Tulichii.* IVSTI LIPSII *quatuor de Weſtphalia epiſtolæ*, quibus multa inſunt in opprobrium gentis Weſtphalicæ. IOANNIS DOMANNI *ſcriptum pro Weſtphalia, contra Lipſium.* IVSTI LIPSII *quatuor de Weſtphalia epiſtolarum aliqualis excuſatio.* NATHANAELIS CHYTRAEI *oratio de vita & obitu Arnoldi Burenii.* IOANNIS CASELII *ad Ioannem*

Rec-

Reccium epiſtola, in qua laudat aliquot viros, non vulgari doctrina præditos, nationis Weſtphalicæ. IOANNIS GOES *ad Dauidis Chytræi de VVeſtphalia orationem adnotata*. REINERI REINECCII *epiſtolæ duæ de VVittekindo M.* Eiusdem *appendix de Angriuaria, Angarii oppido, & ibidem VVittekindi M. monumento*, cum animadverſionibus Ioannis Goes. Eiusdem *de patria ſua, oppido Steinhemo, ditionis Paderbornenſis commentariolus*. Eiusdem *de vita ſua ad Henricum Meibomium narratio*. Præter hos WERNERVS ROLEWINCK *de Weſtphalorum, ſeu antiquorum Saxonum ſitu, moribus, virtutibus & laudibus* ſcripſit, *Coloniæ 1639. 12.* IOANNES NEOWALDVS commentarium *de antiquis Weſtphaliæ colonis, ex editione ſecunda, Osnabrugæ 1674. 4.* dedit IOANNES IVSTVS WINCKELMANNVS *Notitiam Hiſtorico-Politicam veteris Saxo-Weſtphaliæ finitimarumque regionum IV. libris abſolutam, Oldenburgi 1667. 4.* HERMANNVS STANGEFOL *Annales Circuli Weſtphalici* promulgauit, *Coloniæ 1656. 4.* laudemque induſtriæ & ſtudioſæ compilationis meretur, affectibus tamen indulſit, edens manifeſta in diverſæ religioni addictos odii indicia. NICOLAVS SCHATENIVS *Hiſtoriam Weſtphaliæ* edidit *Neuhuſii 1690. f.* prodromum quaſi Annalium Paderbornenſium. In hac non ſolum de origine gentis agit, ſed etiam tribus partibus totum opus diſtinxit, quarum priori Weſtphaliam Romanam, altera Francicam & Saxonicam, tertia Weſtphaliam chriſtianam perſequitur, atque in hac parte præcipua eſt, licet non in omnibus perfecta. Notitiam rerum Weſtphalicarum inſigniter ſupplent, HERMANNI HAMELMANNI *Opera Genealogico-Hiſtorica de Weſtphalia & Saxonia* inferiori, cura *Erneſti Caſimiri Waſſerbachii*

 iun-

iunctim cum perrara eſſent edita *Lemgouiæ* 1711. 4. quibus Commentationes extant: *de Populis olim in VVeſtphalia habitantibus* atque de Saxonibus & Weſtphalis; De antiquæ Weſtphaliæ Ducatibus, Principatibus, Comitatibus & Dynaſtiis, Vrbibus & oppidis Weſtphaliæ; illuſtribus, ſcientia, virtute, pietate & ſcriptis Weſtphaliæ viris; Genealogiæ Ducum, Principum, Comitum & Baronum Libris II. Chronici Libri Monaſterienſes, Oſnabrugenſes, Mindenſes; De Familiis emortuis Principum, Comitum, Heroum & illuſtrium Familiarum Weſtphaliæ Libri III; *Hamelmanni* Hiſtoria Eccleſiaſtica renati Euangelii per Weſtphaliæ varias prouincias, denique *Lipſius* contra VVeſtphaliam; & *Hamelmannus* ac *Domannus* pro VVeſtphalia & *Iuſti Lipſii* quatuor de VVeſtphalia Epiſtolarum aliqualis excuſatio. His omnino coniungendus HERMANNI ADOLPHI MEINDERS pereruditus *Tractatus hiſtorico-politico-iuridicus de Statu Religionis & Reipublicæ ſub Carolo M. & Ludouico Pio in veteri Saxonia, ſiue VVeſtfalia & vicinis regionibus*, *Lemgouiæ* 1711. 4. acceſſerunt Commentarius ad Capitulationes binas Caroli M. de Partibus Saxoniæ, nec non ad indiculum Superſtitionum ac Paganiarum Saxonicarum. Idem ſolertiſſimus Vir Sciagraphiam edidit: *Theſauri Antiquitatum Francicarum & Saxonicarum* tam ſacrarum, quam prophanarum, in VVeſtphalia potiſſimum, *Lemgouiæ* 1710. 4.

CAPVT

CAPVT VIGESIMVM SEXTVM.

DE SCRIPTORIBVS HISTORIÆ HELVETICAE.

§. I. *Scriptores qui ad Chorographiam Heluetiæ faciunt.*
§. II. *Scriptores generalis Hiſtoriæ Heluetica.*
§. III. *Scriptores Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ H. & particulares.*
§. IV. *Scriptores, qui ad Statum politicum Heluetiorum faciunt*
§. V. *Scriptores Hiſtoriæ Baſileenſis.*
§. VI. *Scriptores Hiſtoriæ Rhaticæ, Monaſterii S. Galli & Reip. Geneuenſis.*

§. I.

INter Scriptores Rerum *Heleuticarum* primo loco veniunt memorandi, qui topo- & chorographias dederunt. a De *finibus veteris Helvetiæ, longius quam vulgo ſolet, protrahendis* pereruditа extat ad *G. G. Leibnitium Epiſtola* IOANNIS CONRADI SCHWARZII, *Coburgi* 1710. 4. In *Schardii* Tomo primo reperitur HENRICI LORITI GLAREANI *Heluetiæ Deſcriptio, cum quatuor Heluetorum pagis, verſibus complexa, & commentario* philologico-hiſtorico, *Oswaldi Myconii* edita ſingillatim *Baſileæ* 1519. 4. CONRADI TVRSTII librum *de ſitu confœderatorum, ſeu Deſcriptionem Heluetiæ* cum adiuncta tabula topographica inter MSCta Bibliothecæ Ambraſianæ indicauit *Lambecius.* MARTINI ZEILERI *Topographia Heluetiæ, Rhætiæ & Valeſiæ*, cum appendice & figuris MATTHAEI MERIANI prodiit *Francofurti* 1642. 1653. *f.* Breuis tantum eſt

IOANNIS CASPARIS STEINERI *kurz deutliche Grundzeichnung des alt teutſchen Spartierlandes, das iſt, Schweitzerland, Rothweil 1680. 12.* qua non ſolum ſtatus antiquus & initia fœderis, ſed etiam ſingulorum pagorum confœderatorum deſcriptio chorographica continetur. Gallico ſermone extat *Deſcription des Cantons, villes, Bourgs &c. du pais de Suiſſes avec les figures & cartes, à Paris 1635. 4.* Recentiora tradunt GILBERTVS BVRNETVS cuius *Itinerarium* per Heluetiam & Italiam atque aliquot loca Galliæ & Germaniæ *anglice* primum *Rotterdam 1684. 8.* dein gallice *1687. 12.* & germanice verſum prodiit *Lipſiæ 1687. 12.* eodemque de Statu regiminis & rebus recentioribus Helveticis, ſingularia multa obſeruauit, libereque ſententias ſuas aperuit. Nec plane omittendum IOANNIS IACOBI GRASSERI *Itinerarium hiſtorico-politicum* ex Francofurto vrbe, per celebriores Helvetiæ & regni Arelatenſis vrbes in vniuerſam extenditur Italiam, *Baſileæ 1624. 8.* in quo Heluetorum vrbes breuiter deſcribuntur. Elegans nitidisſimisque tabulis æneis exornatus *l' Etat & Delices de la Suiſſes*, par GOTTLIEB KYPSELER *de Münſter*, ſiue potius Dn. RVCHAT *V. D. M.* editus primum à Leyde *1714. 12. mai. IV. Vol.* & ex editione *Secunda* duplo auctiore, quæ plures quoque tabulas habet *Amſterdam 1730. 12. mai. IV. Voll.* Naturales res plane commemorabiles in montoſis hiſce regionibus obſeruandas, curioſe indagarunt & deſcripſerunt IOANNES IACOBVS WAGNER in *Hiſtoria naturali Heluetiæ curioſa, Tiguri 1680. 12.* maiori ſolertia, apparatu & eruditione id præſtitit, vir curioſiſſimus IOANNES IACOBVS SCHEVCHZER in elegantisſimo libro, cui titulum dedit: ΟΥΡΕΣΙΦΟΙΤΗΣ *Heluetícus, ſiue Itinera per Heluetiæ Alpinas Regiones facta annis*

1702.

1702. 1703. 1704. 1705. 1706. 1707. 1709. 1710. 1711. Lugduni Batauorum 1723. 4. additis multis figuris æri inciſis elegantibus. Priora *tria Itinera Londini 1708. 4.* iam edita fuerant.

§. II.

Alii vero Hiſtoriæ Heluetiorum deſcribendæ ſubſidia comparanda & exhibenda ſibi ſumſerunt. Vtili enim inſtituto collectus expoſitusque eſt: *Theſaurus Hiſtoriæ Heluetica*, cuius *Tomus primus*, expreſſus formis *Tiguri 1735. f.* præmiſſis eruditisſimis Prolegomenis, quibus de editis Scriptoribus ſententiæ dictæ, auctore licet nomen non additum IOA. CONR. FVESLINO. continet lectiſſimos Scriptores, qui per varias ætates Reipublicæ Helueticæ rationem, inſtituta, mores, diſciplinam, fata & res geſtas, ſermone latino explicarunt & illuſtrarunt, quorum Pars ante hac edita, ob raritatem recuſa, & ex ipſorum Auctorum chirographis, vel aucta vel correcta, nonnulla vero primum in lucem producta nimirum:

1. IOHANNIS VITODVRANI, ſiue de oppido *Winterthur*, *Chronicon*, a Friderico II. Imp. ad An. 1348. procedens.
2. FELICIS MALLEOLI vulgo HEMMERLEIN Dialogus de *Suitenſium* ortu, nomine, confœderatione & quibusdam (utinam bene!) geſtis.
3. BILIBALDI PIRCKEIMERI Hiſtoria Belli *Suitenſis* ſiue *Heluetici*, duobus libris comprehenſa.
4. IOSIAE SIMLERI *Valleſiæ* deſcriptio Libris duobus.
5. EIVSD. Commentarius de *Alpibus*.
6. EIVSD. de Republica *Heluetiorum*.
7. EIVSD. Appendix Deſcriptionis *Valleſianæ* nempe Martyrium B. *Mauritii* & ſociorum eius. Elogium *Matthæi* Cardinalis *Sedunenſis* ex Paulo Iouio; De ther-

thermis & fontibus medicatis *Valleſianorum* Liber; CASPARO COLLINO, Pharmacopæo Sedunenſi auctore.

8. FRANCISCI GUILLIMANNI *Heluetia*, ſiue de rebus *Heluetiorum* Libri Quinque.
9. EIUSD. *Habsburgiaca*, ſiue, de antiqua & vera origine Domus *Auſtriae*, Vita & rebus geſtis Comitum *Vindoniſſenſium*, ſiue *Altenburgenſium* in primis *Habsburgiorum* Libri Septem.
10. IOA. HENRICI SUICERI Chronologia *Heluetica* res geſtas *Heluetiorum* breviſſime complectens.
11. IOANNIS BAPTISTAE PLANTINI *Heluetia* antiqua & noua.
12. Succedit Index copioſus.

Helueticæ omni hiſtoriæ ciuili, eccleſiaſticæ & literariæ inſeruientes varias perdoctas obſeruationes, recenſiones operum maioris molis, & fragmenta atque excerpta ex Manuſcriptis Codicibus ediderunt doctiſſimi viri auctores der *Helvetiſchen Bibliothek, beſtehend in Hiſtoriſchen, Politiſchen und Critiſchen Beytrægen zu den Geſchichten des Schweizer-Lands*, cuius Pars *Prima* edita *Zürich 1735. 8.* exhibet:

1. Abſonderliche Nachrichten von D. *Felix Hemmerleins* Leben.
2. Verzeichnis von D. *Malleoli* huius Schrifften p. 59.
3. Recenſio *Theſauri Heluetici* Scriptorum Hiſtoricorum p. 108.
4. Von dem Anſehen und der Hochachtung, in welcher die Eidsgenoſſen ſich durch die Burgundiſche Siege geſetzet p. 150.

Parte *Secunda*, *ibid.* eod. anno edita vero extant:

1. Nachricht von dem Richte Briev der Burger von *Zürich* p. 5.
2. Der Richte Briev der Burger zu *Zürich* p. 13.
3. Erklærung der veralteten Wœrter und Redens-Arten

ten in dem Richte - Brieve der Burger zu *Zürich* p. 84.

4. Gründliche Nachricht von *Iohann Vlrich Kriegen*, Codice Manuſcripto p. 129.

5. Prob - Stücke von des Herrn Prof. *Lauffers* Geſchichten der *Schweitzer* p. 183.

Parte *Tertia, eod. anno & loco* edita, legas:

1. D. DÜRING FRICKARDS Beſchreibung der Streitigkeit zwiſchen der Stadt *Bern* und den *Twingherren* unter *Peter* Kiſtlers Regierung p. 11.

Pars *Quarta* & *Quinta* editæ *Zürich 1736. 8.* IOANNES HENRICVS HOTTINGERVS *Methodum legendi hiſtorias Helueticas* inter alia opuſcula propoſuit *Tiguri 1654. 8.* & in Theſauro Heluetico. Introductionis loco in *Heluetiorum* hiſtoria eſſe poſſunt magna prudentia ſcripti IOSIAE SIMLERI Libri duo *de Heluetiorum Republica, pagis, fœderatis, ſtipendiariis oppidis, præfecturis, fœderibus tam domeſticis, eorumque origine ac legibus, tam externis, pagorumque ſingulorum priuata reipublicæ ratione, Tiguri 1577. 8.* & *Pariſiis 1577. 8.* Origo non ſolum cuiuslibet pagi, ſed etiam potiora Heluetiorum bella atque hiſtoriæ vsque ad Caroli V. imperium exponuntur, idque multa prudentia ac debita fide. Præclaros hos commentarios recuſos dedit adiuncto *Compendio Hiſtoriæ Heluetica Antiqua*, & addita *Hiſtoria Heluetiorum ab auſpiciis reformatæ fidei ad recentiora tempora*, ex magni nominis Scriptoribus collecta, ſimul nonnullas in Ciuitatibus Helueticis mutationes factas paucis enarrans V. C. IOANNES CONRADVS FVESLINVS, *Tiguri 1734. 8. mai.* acceſſit Proceſſus tumultuarius conſulis *Waldmanni*. *Germanice* etiam prodiit *Tiguri 1645. 8.* & iterum hac lingua, cum copioſis diligentiſſimisque notis & obſeruatione eorum quæ mutata ſunt, nec non con-

continuatione curante IOANNE IACOBO LEV, *Zürich* 1722. 4. ſub titulo: *von dem Regiment der lœblichen Eydgenoſſenſchaft.* Recentior eſt IOANNIS BAPTISTAE PLANTINI *Heluetia antiqua & noua*, *Bernæ* 1656. 8. & in *Theſauro Heluetico*, qua Heluetiorum antiquitates, origines, nomina, mores, lingua antiqua, religio, politia, virtus bellica, antiquiora Heluetiæ loca, & populi Heluetiæ finitimi deſcribuntur. Inſtitutum plane diverſum habet a *Simlero*, cum generalem Heluetiæ hiſtoriam potius enarret, & ad vrbium deſcriptionem faciat. *Gallice* hæc verſa prodiit ſub titulo: *Abregé de l' Hiſtoire de Suiſſes*, *avec une Deſcription particuliere de leur Pais*, *Geneve* 1666. 8. Eximii ſunt FRANCISCI GVILLIMANNI *de rebus Heluetiorum ſ. Antiquitatum Libri V. Friburgi* 1598. 4. & in *Theſauro Heluetico*. Inter *Chronica Heluetica* germanico idiomate exarata habemus PETERMANN ETTERLEINS *Chronica der löblichen Eydgenoſſenſchafft*, *Baſel* 1507. *f.* MICHAELIS STETTLERI *Annales oder Beſchreibung der vornehmſten Geſchichte, ſo ſich in Heluetia nach Erbauung der Stadt Bern in Nüchtland zugetragen bis anno* 1626. *Bern* 1627. *f.* Sed præſtat ſingulis IOANNIS STVMPFII *Hiſtoria Heluetiorum*, quæ germanice ſcripta prodiit *Tiguri* 1548. 2. *Voll. f.* & auctius emendatiusque per *Ioh. Rudolph. Stumpſium*, *Zürich* 1586. *f.* & *ibid.* 1606. ap. *Ioa. Wolſium*. Inſignis eſt & rara, licet in rebus antiquioribus communes chronicorum errores erret. Vſus inter alia ſubſidia erat *Stumpſius* egregiis collectaneis AEGIDII TSCHVDII Præfecti (Land-Ammans) Glaronenſis, qui præclaram plane operam illuſtrandæ patriæ hiſtoriæ nauauit, diplomata chartasque inſignes conquirendo, cui addidit connexio-

xionem rerum hiſtoricam vir patriarum rerum peritisſimus, ex quibus ortum ipſius inſigne *Chronicon Helueticum, oder gründliche Beſchreibung der ſowohl in dem H. Rœm. Reich als beſonders in einer lœbl. Eydgenoßſchafft und angrænzenden Orten vorgeloffenen merckwürdigen Begegniſſen*, cuius *Partem Primam* ab anno C. 1000. ad an. 1415. res geſtas exhibentem ex Bibliothecis & Archiuis congeſtam, & Præfatione atque neceſſariis annotationibus ornatam produxit eruditisſimus vir IOHANNES RVDOLPHVS ISELIN, *Baſel* 1734. *f. mai.* Succeſſit *Pars Secunda*, quæ geſta ab an. 1415. ad 1470. ſiſtit, *ibid.* 1736. *f.* Solida eruditione expolitus rerumque Helueticarum peritisſimus quondam Gymnaſii Bernenſis Profeſſor LAVFFERVS nobile Heluetica Hiſtoriæ Syſtema condidit eleganter & pragmatica exponendi ratione ſcriptum, vti ſpecimina illa docent, quæ *Bibliothecæ Hiſtoricæ Helueticæ* inſerta legas *Parte Secunda N. V.* p. 183. ſeqq. Audio amicorum indicio, præſtantisſimum opus apud Heluetios typis eſſe excuſum, cuius tamen exempla apud nos nulla vsque huc venalia extitererunt. Concinne res Helueticas exhibuit IOANNES HENRICVS SVIZERVS *Chronologia Heluetica res geſtas Heluetiorum a gentis origine ad annum 1607. complectens*, quæ prodiit primum *Hanouia* 1607. 4. & *Theſauro Heluetico T. I.* inſerta eſt. Breuis commemoratio legitur in IOA. HENRICH RAHNS *Eydgenöſſiſchen Geſchichts-Beſchreibung, Zürch* 1690. 8. Eleganter & ita vt Ius publicum patriæ tractaturis inſeruire poſſit ex iuſtis actorum publicorum fontibus deductum hiſtoriæ Helueticæ compendium dedit vir celeberrimus IOANNES RVDOLPHVS *de* WALDKIRCH *in gründlicher Einleitung zu der Eydgenoßiſchen*

Bunds-

Bunds- und Staats-Hiſtorie, Baſileæ 1721. 8. quo non hiſtoriam tantum, ſed ſingulorum pagorum ſtatum, fœdera, iura breuiter expoſuit.

§. III.

Res *Eccleſiaſticas Heluetiæ* ex impreſſis & manu exaratis ſubſidiis multa eruditæ diligentiæ laude decerptas exhibuit IOAN IACOBVS HOTTINGER in *Heluetiſchen Kirchen Geſchichten*, quorum *Pars Prima* edita *Zürich 1708. 4.* a primis paganiſmi Heluetici temporibus ad Friderici II. Imp. tempora perducta. *Secunda* ibid. eod. an. ad Maximiliani I. imperium has res exponit; *Tertia ibid.* eod. a. expreſſa, inſtaurationem & repurgationem ſacrorum ad an. 1700. vsque commemorat & *Quarta, Zürich 1729. 4.* memorabilia harum Eccleſiarum ab a. 1700. ad a. 1728. ſiſtit cum ſupplementis, libros ſeptem priores illuſtrantibus & emendantibus. Gallico ſermone idem argumentum ex parte tractauit ABRAHAM RVCHAT in *Hiſtoire de la Reformation de la Suiſſe, Geneue 1727. 1728. IV. Tom. 12. mai.* qua memorabilia Eccleſiæ XIII. Pagorum & ſtatuum fœderatorum reliquorum quibus Corpus Heueticum componitur, ab a. 1516. ad a. 1556. exponit, & ſingularia quandoque annotauit, nec tamen omnia ſubſidia, quæ Germania dedit, adhibuit. Singulares euentus & pagos deſcripſerunt alii. Sic extant BILIBALDI PIRCKHEIMERI *Hiſtoriæ Belli Suitenſis* Libri Duo, edita inter opera viri illuſtris cura *Melchioris Goldaſti Francofurti 1610. f. p. 63.* & *Theſauro Hiſtoriæ Heueticæ*, ſumma fide ſcripti. In libro, qui auctore FRIDERICO SPANHEMIO celebratiſſimo inter Reformatos Theologo ſcriptus ſub indice *le Mercure Suiſſe*, prodiitque a *Geneve & a Paris 1634. 8.* ea curioſe exponuntur quæ

quæ in Heluetia & vicinis Sueuiæ & Auſtriacis regionibus acta, diſputata, geſta, cum Suecorum arma in has prouincias fuiſſent illata in bello tricennali. PEREGRINI SIMPLICII AMERINI *Bellum ciuile Helueticum An. 1656.* in eodem *Theſauro Scriptor. Helu.* reperitur.

§. IV.

Ad *Statum politicum Heluetiorum* facit *Heluetiorum Reſpublica* variorum auctorum, *Lugduni Batauorum 1627. 12.* inter *Elzeuirianas*, quo libello extant: 1. *Geographica Deſcriptio* ex GVILLIMANNO, MOLITORE & aliis; 2 *Heluetiæ* natura ex GLARENO & aliis; 3. *De Heluetiæ* Fluuiis; 4. SIMLERI de *Rep. Heluetiorum* Libri duo. 5. DAN. EREMITAE de *Heluetiorum, Rhætorum, Sedunenſium ſitu, republica & moribus.* EIVSD. *Epiſtola ad Ferdinandum Gonzagam Ducem Mantuæ.* Germanicum ſcriptum extat ſub titulo: *der groſſe Helvetiſche Bund, Noribergæ 12.* In libello: *das entlarvete Schweitzerland 1680. 12.* continetur quid Heluetis interſit cum Gallo, atque proponitur fore, ipſos plane a Gallis circumcludi. Addatur ſcriptio: *ordentliche Beſchreibung, wie die nachbarliche Bündniß und Vereinigung der Städte Zürich, Baſel, Straßburg anno 1588. iſt erneuert, Straßburg 1588. 4.* Curioſus & perrarus eſt libellus, qui inſcriptus: *Heutelia ſiue Iter per Heluetiam inſtitutum*, & germanice editum *1658. 8.* ſine appoſito loci nomine, quo morbi varii Reipublicæ libere & ſatyrice indicantur. Auctor huius opuſculi, quod relatione nobilium quorundam Bernatium indicatum, fuit GRAVESET de LANDECK ſubditus Reipublicæ Bernenſis, gente Gallus ex regione *Pais de Vaud* dicta, ideo multas perſecutiones perpeſſus, adeo vt neceſſum ei fuerit auitis præ-

prædiis relictis Baſileam commigrare, vbi ne ſic ab ira eorum quos ſcripto offenderat ſecurus, aſſaſſinio periiſſe, dicitur. Qui multos per annos inter Heluetios verſatus Legatus Britannicus Dn. auctor eſt libri: *L' Etat de Suiſſe, à Amſterdam 1714. 12.* quo libere de conditione Reipublicæ quætum erat ſententiam dixit. Ad Statum & ſecularem & Eccleſiaſticum cumprimis Pontificiorum Heluetiorum noſcendum adhiberi poteſt: RANVTIO SCOTTI *Heluetia Sacra e Profana, cioe Relatione del Dominio temporale de XIII. Cantoni Svizeri & de Veſcovati, Abbatie, e altre Dignità ſubordinate alla Nunciatura Heluetica, Macerata 1642. 4.* & quod recentiora tempora attinet legenda omnino Eminentiſſimi ingenio, doctrina & prudentia Cardinalis DOMINICI PASSIONEI *Acta Legationis Heluetica*, 4. edita, qua quibus dum apud Heluetios Nuncium ageret acta, curate exponuntur, adiectis orationibus quibusdam & epiſtolis eruditisſimi Præſulis.

§. V.

Inſignis *Heluetiorum* pagus eſt *Baſileenſis*, etiam Epiſcopatu clarus. Præcipuus huius ciuitatis ſcriptor eſt CHRISTIANVS VRSTISIVS, ſ. germanice WVRSTEISEN, cuius *Baßler Chronick Baſel 1580. f.* non vrbis ſolum, ſed eximiam partem Hiſtoriæ Heluetiæ complectens. Eiusd. *Epitome hiſtoria Baſileenſis* vna cum epiſcoporum catalogo prodiit *Baſileæ 1569. 1577. 8.* qua vrbis primordia, antiquitates, res memorandas, clarorum ciuium monumenta, & his ſimilia, exhibuit, addita eſt AENEAE SYLVII *Epiſtola Baſileæ* deſcriptionem continens. Præterea habemus PETRI RAMI orationem *de Vrbe Baſilea.* IOANNIS GEORGII GROSSII habemus *Basler Chronica, oder Summari-*

riſchen Begriff aller denckwürdigen Sachen, ſo ſich von anno 1400. bis 1624. in und bey der Stadt Baſel zugetragen, Baſel 1624. 8. Præter hæc ſcripta IOANNIS RUDOLPHI GLAUBERI *Nachtigal, ſ. Hiſtoriſche Beſchreibung der Straffen, mit welchen Gott der Herr die Stadt Baſel heimgeſucht, Baſel 1618. 8.* Collegium *Bruntrutanum* ſcripſit *Baſileam ſacram, ſ. epiſcopatum & epiſcoporum Baſileenſium ſeriem, Bruntruti 1658. 4.* IO. GEORGII GROSSII habemus *Vrbis Baſileæ Epitaphia & Inſcriptiones, Baſileæ 1622. 8.* continuata ſub titulo: *Baſilea ſepulta & retecta*, ſtudio IACOBI TONIOLAE, *Baſileæ 1661. 4.* SIMON GRYNAEUS edidit *Baſileenſium Monumentorum antigrapha, Lignitii 1602. 8.* Ad *Tigurinorum* hiſtoriam facit IOANNIS HENRICI HOTTINGERI *Speculum Heluetico-Tigurinum, Tiguri 1665. 12.* Eiusdemque *Scholæ Tigurinorum Carolinæ, ſ. demonſtratio, ſcholam Tigurinam a Carolo M. deducendam, Tiguri 1664. 4.* LUDOVICUS LAVATERUS *de ritibus & inſtitutis eccleſiæ Tigurinæ* ſcripſit *Tiguri 1586. 8.* IOANNES IACOBUS HULDRICUS *de religione antiqua & catholica S. Felicis & S. Regulæ protomartyrum Tigurinorum, Tiguri 1628. 4.* FRANCISCUS HAFFNER coecus factus dictauit filiæ *kleinen Solothurniſchen Schau-Plaz Hiſtoriſcher Welt-Geſchichte, Solothurn 1666. 4.* qua res ciuitatis ad an. 1666. annotatæ. BARTHOLOMAEI vero BISCHOFFSBERGER *Appenzeller Chronick, S. Gallen 1682. 8.* ad eundem quo editum annum, res breuiter expoſitas, refert.

§. VI.

Inter Heluetiorum confœderatos eſt quoque *Rhætorum* Reſpublica. In *Schardii* Tomo primo extat: AEGIDII TSCHUDI *de priſca ac vera Alpina Rhætia, cum cætero Alpinarum gentium tractu*

deſcriptio ſingillatim edita *Baſileæ 1538. & 1560. 4.* Præcipuus de Rhætia ſcriptor IOHANNES GVLER *von* WEINECK *in Rætia, das iſt, ausführlichen und wahrhafften Beſchreibung der dreyen læblichen Grawen Bündten und anderer Rætiſchen Voelcker*, adiectis tabulis regionis & inſignibus nobilium ligno inciſis, *Zürych 1616. f.* conſtat Libris XVI. quorum decem priores res geſtas, quatuor, geo & topographiam regionis, exhibent. Breue ex his commentariis paternis compendium dedit Filius IOA. PETRVS GVLER, ſub titulo: *Veltelin, Straßburg 1623. 4.* Cum hoc iungendus FORTVNATVS SPRECHERVS, qui ſcripſit primum latine, *Palladem Rhæticam Armatam & Togatam, Baſileæ 1617. 4. & Lugd. Batav. 1633. 24.* qua primæ ac priſcæ inalpinæ Rhætiæ, ſitus, bella & politia, cum aliis memorabilibus adumbrantur, quem librum inde germanice vertit, emendauit, auxit, ediditque ſub titulo: *Rhetiſche Chronica, oder kurtze und wahrhaffte Beſchreibung Rhetiſcher Kriegs- und Regiments-Sachen, Chur 1672. 4. Baſel 1676. 4.* Eiusdem SPRECHERI rebus patriæ cum primis bellicis adhibiti: eſt *Hiſtoria motuum & bellorum poſtremis hiſce annis in Rhætia excitatorum & geſtorum, Geneva 1629. 4.* edita & prudenter ſcripta, qua, quæ ob Vallem Tellinam ab Hiſpanis infeſtam & poſtea mota & acta ſunt annotauit. Spectat huc rarus liber inſcriptus: CAROLI PASCHALII *Legatio Rhætica* edita *Pariſiis 1620. 8.* & plena prudentiſſimorum conſiliorum. Huc quoque facit GABRIELIS BVCELINI *Rhætia ethnica, Romana, Gallica, Germanica, ſacra & profana, Auguſtæ Vindelicorum 1666. 4. Valleſiæ Deſcriptio* auctore IOSIA SIMLERO, ſumma fide & diligentia facta *Tiguri 1574. 8. & in Theſauro Heluetico* recuſa. Ad *Fani S. Galli* hiſtoriam plures continentur

tur Scriptores in GOLDASTI *Scriptoribus rerum Alemannicarum*, alii iam ſupra indicati *Cap. XVII. §. XXIII. p. 1025.* De *Ciuitate S. Galli* ſimplex eſt enarratio MARX HALTMEYERS *des Eltern, Beſchreibung der Eydgenœſſiſchen St. Gallen*, in ead. ciuitate impreſſa *1683. 8.* De controuerſia cum *Toggenburgicis* Abbatiæ noxiis, prodiit libellus, cuius eſt inſcriptio: *Wahrhaffter und gründlicher Entwurff, worauf das entzwiſchen dem Fürſtlichen Stifft S. Gallen und der Landſchafft Toggenburg nunmehro lange Zeit obgeſchwebte Streit-Geſchaffte eigentlich beruhe 1709. 4.* Ad Genevenſem hiſtoriam facit SALOMONIS CERTONIS *Geneva reſtituta, 1655. 4.* quæ oratio eſt ſecularis in Iubilæum Geneuenſis reformationis, in qua hiſtoria ab initio deſcribitur. De eodem Iubilæo theologice fuit commentatus in tractatu, quem inſcripſit *La Genevois jubilant, à Geneve 1635. 4.* Præclara eſt IACOBI SPONII *Hiſtoire de Geneve*, ter in 12 nimirum *à Lyon 1680. ibid. 1682. 12. 2. Voll. & Vtrecht 1685. 12.* excuſa, emendata vero, aucta, inſignibus documentis & actis ex Archiuo petitis, ſigillis & inſcriptionibus illuſtrata, edita ab *Anonymo, Geneuæ 1730. 4. 2 Tomis.* Ab hac *Sponiana* hiſtoria diſcrepat in quibusdam narrationibus, & *Geneuenſibus* minus accepta fuit: *Hiſtoria Genevrina, ſia Hiſtoria della Citta e Republica di Genevra*, ſcritta da GREGORIO LETI, qui per XXIV. annos Geneuæ commoratus, & præclara peritorum virorum ſubſidia, quæ commemorat, ſibi comparaverat, edita in *Amſterdamo 1686. 12. 5. Voll.* Quas res celebris huius Reipublicæ a temporibus Iulii Cæſaris ad annum 1685. expoſuit multa libertate. Quæ exponendi ratio, inprimis nexus qui quondam fuit cum Sabaudia mentio, minus grata fuit. Antequam edita eſſet hæc *Leti* Hiſtoria, ipſius

permiſſu inde decerpta & in gratiam Anglorum edita: *The preſent State of Geneve with a brief deſcription of that City* &c. quo fata & viciſſitudines Reipublicæ huius breviter ad annum vsque 1681. enarrantur, quo anno *Londini* bis libellus excuſus. De Epiſcopatu, Comitatu & Vrbe præclaræ extant obſeruationes & quædam diplomata in libro inſcripto: *Le Citadin de Geneve. Ou Reſponſe de Cavalier de Savoye ſe vendent à Paris*, ſed typis Geneuenſibus expreſſus 1606. 8. In Freheri tomo tertio Scriptorum rerum Germanicarum extat CAMILLI GHILINI *Commentarius de expeditione Maximiliani* Italica, & deſcriptione *Telliniæ Vallis* & Lacus Larii.

CAPVT VIGESIMVM SEPTIMVM
DE SCRIPTORIBVS RERVM ITALICARVM.

§. *I. Scriptores, qui Notitiam Hiſtoricorum Italiæ faciunt.*

§. *II. Collectiones Scriptorum Rerum Italicarum, Schotti, Corpus Mediolanenſe Muratorii, Grævii & Burmanni.*

§. *III. Scriptores, qui antiquum Italiæ ſtatum deſcribunt.*

§. *IV. Scriptores Italiæ Medii ævi.*

§. *V. Scriptores, qui res Italicas vniuerſim vel inſignis cuiusdam Periodi tradiderunt.*

§. *VI. Scriptores, qui ad geographiam recentiorem Italiæ faciunt.*

§. *VII. Scriptores de origine Italorum & primis colonis.*

§. *VIII. Scriptores, qui ad ſtatum Italiæ politicum faciunt.*

§. *IX. Scriptores Hiſtoriæ eccleſiaſticæ Italicæ.*

§. *X. Scri-*

§. X. *Scriptores de illuſtribus Italorum familiis.*

§. XI. *Scriptores de Vrbe Roma.*

§. XII. *Scriptores Hiſtoriæ Pontificum Romanorum ſelectiores.*

§. XIII. *Scriptores Hiſtoriæ Status Eccleſiaſtici Prouinciarum Rauennatenſis, Bononienſis, Spoletanæ & Anconitanæ. &c.*

§. XIV. *Scriptores Hiſtoriæ Mediolanenſis vniuerſales & particulares.*

§. XV. *Scriptores de ſtatu geographico Regni Neapolitani.*

§. XVI. *Scriptores Hiſtoriæ Neapolitanæ.*

§. XVII. *Scriptores Hiſtoriæ Regni Siciliæ & vicinarum Inſularum cum primis Maltæ.*

§. XVIII. *Scriptores Regni Sardiniæ.*

§. XIX. *Scriptores Regni Corſicæ.*

§. XX. *Scriptores, qui ad geographiam Sabaudiæ & Ducatus Pedemontani & aliarum Prouinciarum faciunt.*

§. XXI. *Scriptores Hiſtoriæ Sabaudicæ.*

§. XXII. *Scriptores de rebus Etruſcis.*

§. XXIII. *Scriptores Hiſtoriæ Florentinæ & Senenſis.*

§. XXIV. *Scriptores Hiſtoriæ Mantuanæ.*

§. XXV. *Scriptores Hiſtoriæ Parmenſis.*

§. XXVI. *Scriptores Hiſtoriæ Principum Ateſtinorum & Mutinenſium.*

§. XXVII. *Scriptores Hiſtoriæ Principum Mirandolæ & Concordiæ & aliorum.*

§. XXVIII. *Scriptores de Vrbe Venetiarum.*

§. XXIX. *Scriptores Hiſtoriæ Venetæ.*

§. XXX. *Scriptores, qui ad res Ducum Venetorum faciunt.*

§. XXXI. *Scriptores, qui ad particularem Venetorum Hiſtoriam faciunt.*

§. XXXII. *Scriptores, qui ad ſtatum politicum Venetorum faciunt.*

§. XXXIII. *de auctore libri: Scrutinium libertatis Venetæ, eiusdem refutatoribus.*

§. XXXIV. *Scriptores, qui ad ſtatum eccleſiaſticum & controuerſiam Venetorum cum Paulo V. faciunt.*

§. XXXV. *Scriptores Hiſtoriæ Patauinæ & Veronenſis.*

§. XXXVI. *Scriptores Hiſtoriæ Genuenſis.*

§. XXXVII. *Scriptores de Republica Raguſa, S. Marino & Lucca.*

§. I.

ITaliæ maioris orbis partis olim dominæ & quæ illuſtribus quondam ingeniis floruit & noſtro quoque æuo effloreſcit, res, tot viciſſitudinibus agitatas & memorabiles maxime, clariſſimi Scriptores copioſis commendarunt poſteritati monimentis. Digna eſſet horum accurata & erudita recenſio, ratione ac modo quem in exponendis Gallicis tenuit eruditiſſimus *Longus*. Præclaræ & accuratæ ſunt eæ *Obſeruationes*, quas ad *Voſſii* de Hiſtoricis *latinis* Librum tertium de Hiſtoricis Italis, qui latine ſcripſerunt, fecit diligentiſſime illuſtris vir APOSTOLVS ZENVS in *Diario eruditorum Italiæ Tomo IX. p. 132. ſeq.* atque inde in Tomis ſingulis vsque ad XXXVIII. exceptis XXV. & XXVII. Coniungenda quæ IOANNES FABRICIVS *Bibliothecæ Fabricianæ T. II. p. 478. & p. 501.* ad *Voſſii* Hiſtoricos latinos annotauit & alter IOANNES ALBERTVS FABRICIVS Reipublicæ literariæ quondam communis fere Bibliothecarius in *Conſpectu Theſauri Literarii Italiæ*, qui *Hamburgi 1730. 8.* editus.

§. II.

Scriptores Rerum Italiæ præcipue antiqui ex parte medii & quidam recentiorum, magnifice, noſtro cum primis æuo, in Corpora quædam conducta, apte digeſta & eruditisſimis Præfationibus, atque ex horum numero aliqui diligentibus & eruditis notis illuſtrati. Nauauit primus in Italicis vtilem hanc hiſtoricorum ſtudiorum iuuandorum operam ANDREAS SCHOTTVS Socius Ieſu melioris literaturæ ornamentis inclitus, qui congeſtos Scriptores quosdam edidit ſub elogio: *Italiæ illuſtratæ, ſeu Rerum Italicarum Scriptores, Francofurti 1600. f.* & mutato tantum, vt

vi-

videtur titulo: *Scriptores Rerum Italicarum, Francofurti 1605. f.* qua in leguntur:

1. MARCI ANTONII SABELLICI de ſitu & apparatu Vrbis *Venetæ* it. de vetuſtate *Aquileja* & EI. *Vincentius Crater*, carmen epicum, ſ. vrbis agrique *Vicentini* Deſcriptio.
2. IOANNIS CHRYSOSTOMI ZANCHII de *Orobiorum* ſeu *Cenomanorum* origine Libri III. p. 113.
3. TORELLI SARAYNAE de origine & amplitudine Ciuitatis *Veronæ* virisque illuſtribus & monumentis antiquis Vrbis Libri V. p. 189.
4. GAUDENTII MERULAE de antiquitate & origine *Galliorum Ciſalpinorum* Libri Tres p. 251.
5. BONAVENTURAE CASTELLIONEI de *Gallorum Inſubrum* antiquis ſedibus. p. 347. Ei. Epiſtola de *Occio* oppido.
6. PAULI IOVII Deſcriptio *Larii* ſiue *Comenſis* Lacus p. 393.
7. BERNARDI SACCI Hiſtoriæ Ticinenſis Libri X. p. 413.
8. IACOBI BRACELLII Oræ *Liguſticæ* deſcriptio p. 637.
9. EIUSD. de claris *Genuenſibus* p. 641.
10. ANDREAE MUGNOZII (Mugnoz) Deſcriptio Eremi *Camaldulenſis* Lib. II. p. 649.
11. CAESAR ORLANDINUS de Vrbis *Senæ* eiusque Epiſcopatus ab A. C. 1108. antiquitate p. 675.
12. ANTONII MASSAE Galleſii, de origine & rebus *Faliſcorum* Liber, cum Præfatione *Damiani Granæ* p. 699.
13. PETRI CURSII de Ciuitate *Caſtellana* Faliſcorum non Veientium oppido p. 733.
14. ANTONII SANFELIGII de ſitu *Campaniæ* p. 745.
15. UBERTI FOLIETAE *Brumanus*, ſiue de laudibus Vrbis *Neapolis*, p. 765.
16. SCIPIO MAZZELLA de *Puteolis* & *Cumis* p. 775. & Inſcriptiones *Puteolis*, *Cumis*, in *Bajis* & *Miſeno* finitimisque locis repertæ p. 782.
17. IOANNIS FRANCISCI LOMBARDI Synopſis eorum, quæ de Balneis aliisque miraculis *Puteolanis* ſcripta ſunt p. 789.

18. AMBROSII LEONIS *de Nola* patria p. 875.
19. GABRIELIS BARRI de antiquitate & ſitu *Calabriæ* Libri V. p. 991.
20. IOANNIS IVVENIS de antiquitate & varia *Tarentinorum* fortuna Libri VIII. p. 1219.
21. CLAVDII MARII ARETII Chorographia ſiue de ſitu *Siciliæ* libellus p. 1411.
22. ANTONII PHILOTHEI de HOMODEIS *Aetnæ* Topographia incendiorumque Aetneorum hiſtoria recenſita editaque a *Nicolao Oddo*, p. 1461.
23. *Ænariarum balnea* ex IOANNE ELYSIO Medico Neapolitano p. 1499.
24. Inſulæ *Melitæ* deſcriptio ex commentariis rerum quotidianarum IOANNIS QVINTINI, Hedui p. 1515. 1518.

Hanc vero ſyllogen felici noſtro in literis aeuo longiſſime ſuperat manſurum ad poſteritatem CORPVS MEDIOLANENSE, ſiue: *Rerum Italicarum Scriptores ab anno æræ Chriſtianæ quingenteſimo ad milleſimum quingenteſimum, quorum potiſſima pars nunc primum in lucem prodiit, ex Ambroſianæ, Eſtenſis aliarumque inſignium Bibliothecarum Codicibus*, LVDOVICVS ANTONIVS MVRATORIVS, *Sereniſſimi Ducis Mutinæ Bibliothecæ Præfectus collegit, ordinauit & Præfationibus auxit, nonnullos ipſe, alios vero* MEDIOLANENSES PALATINI SOCII *ad MSCtorum Codicum fidem exactos, ſummoque labore ac diligentia caſtigatos variis Lectionibus ac Notis tam editis veterum Eruditorum quam nouiſſimis auxere, Indicibusque ex Typographia Societatis Palatinæ in Regia curia XXVII. Tomis* ſplendide editis *Mediolani 1723. f. mai.* Hic plenior eſt titulus magni ſumtuoſiſſimique operis. Inſunt eiusdem Tomis quibusdam in vniuerſæ Hiſtoriæ Italicæ ornamentum nouæ Tabulæ Geographicæ, & varia Longobardorum Regum, Imperatorum aliorumque Principum Diplomata, quæ ab ipſis

ipſis autographis deſcripta, quandoque & antiquo characterum ſpecimine atque figuris æneis adiectis. Præmiſſæ quoque Tomis plerisque PHILIPPI ARGELATI Bononienſis, ſcriptæ cultiſſime Dedicationes et Præfationes, quibus de hiſtoria fatisque editionis ſubinde quædam memoravit, aut Lectore de aliis admonuit. *Scriptores* ſingulorum *Tomorum*, qui eo tempore, quo libellum ſuum colligebat, erant editi XI. annotatis ſimul antiquioribus editionibus, ſi quæ erant, recenſuit B. FABRICIVS laudato *Conſpectu Theſauri literarii Italiæ*, qualem, ſed conciſe magis factum recenſum, vtilitate rei moti & heic dare neceſſarium putamus.

Tomo autem *Primo 1723.* f. edito, poſt grauem & luculentam ill. MVRATORII *Præfationem* extant:

1. Admonitio *Palatinorum Sociorum* de *Tabula Geographica* ad Lectorem.
2. *Hiſtoria Miſcella* ab incerto Auctore conſarcinata, a *Paulo Diacono* & *Landulpho Sagace* ad a. C. 806. continuata p. 1.
3. LANDVLPHI *Sagacis* additamentum ad hanc *Hiſtoriam Miſcellam p. 179.*
4. IORDANIS, ſeu IORNANDIS Hiſtoria de *Getarum* ſiue *Gothorum* origine, emendata cura *Ioſephi Antonii Saxii.* p. 187.
5. EIVSD. de regnorum & temporum ſucceſſione p. 222.
6. PROCOPII *Cæſarienſis* Hiſtoriarum ſui temporis de *Bello Gothico Libb. IV.* & HVGONIS GROTII explicatio nominum & verborum *Gothicorum*, *Vandalicorum* & *Langobardicorum* p. 245.
7. Excerpta ex *Agathiæ* Hiſtoria *Hugone Grotio* interprete p. 379.
8. PAVLLI *Varnefridi* de geſtis *Langobardorum* Libri VI. cum Annotationibus *Horatii Blanci p. 395.*

Tomi *Primi* Parte *Secunda*, edita *Mediolani* 1725. leguntur:

1. LEGES *Langobardicæ* ad Codices Mutinenſes & Ambroſianæ Bibliothecæ emendatæ, additis primigeniis Præfationibus, & notis *L. A. Muratorii*.
2. Fragmentum *Longobardicæ* Hiſtoriæ *Paulo Diacono* attributum p. 181.
3. Opuſculum de Fundatione Monaſterii *Nonantulani* in agro Mutinenſi auctore Monacho *Nonantulano* cum notis *Ioannis Mabillonii* p. 185.
4. Opuſculum de ſitu Ciuitatis *Mediolani*, & Vitis priorum Archi-Epiſcoporum Mediolanenſium auctore *Anonymo* Sec. IX. aut X. p. 197.
5. Ordo Antiquus Epiſcoporum Suffraganeorum *Mediolanenſis* Eccleſiæ & Catalogus Archi-Epiſcoporum *Mediolanenſium* a. *S. Barnaba* ad A. 1251. p. 228.
6. Excerpta Hiſtorica ex vetuſtiſſimo Kalendario Bibliothecæ Ambroſianæ p. 233.
7. Hiſtoriæ *Saraceno-Siculæ* varia monumenta, collectore *Ioa. Baptiſta Caruſio* nempe:
   a) *Chronicon* Saracenico-Siculum Cantabrigenſe p. 242.
   b) Excerpta ex Chronologia uniuerſali *Iſmaelis Alemuiadad*, *Abidpheda*, Regis *Amani* p. 249.
   c) Continuatio Hiſtoriæ *Saracenorum* in *Sicilia* excerpta ab Hiſtoria cui titulus *Aſmodſeri*, auctore *Alkadi Sciobabadin* filio *Abidlami* Amanienſi p. 251.
   d) *Theodoſii Monachi* Epiſtola de *Syracuſana* Vrbis expugnatione cum animaduerſionibus *Octavii Caietani* p. 255.
   e) Epiſtola F. *Conradi* ad Epiſcopum Catanenſem, ſiue breuis Chronica ad a. 1027. ad 1283. p. 275.
   f) Excerpta ex Chronologia Arabica *Hazi Alipbe Muſtafà*, p. 281.
8. Chronicon Epiſcoporum S. *Neapolitanæ* Eccleſiæ ab eorum exordio vsque ad a. 872. cum notis *L. A. Muratorii* p. 285.
9. Chronicon *Vulturnenſe* Monaſterii in prouincia *Capuana* auctore *Ioanne* Coenobii Monacho cum notulis *L. A. Muratorii* p. 319.

10.

10. Spicilegium *Rauennatis* Hiſtoriæ, ſiue Monumenta Hiſtorica ad Eccleſiam & Vrbem *Rauennatenſem* ſpectantia, cum animaduerſionibus *L. A. Muratorii*, p. 525.

Tomus *Secundus*, *Mediolani* 1723. excuſus formis, ſiſtit:

1. AGNELLI, qui & *Andreas* Liber Pontificalis, ſiue Vitæ Pontificum *Rauennatenſium* cum diſſertationibus & obſeruationibus *Benedicti Bacchinii* ex emendatione *L. A. Muratorii* p. 1.
2. Bulla *Paſchalis* Papæ I. ad *Petronacium* Rauennæ Archi-Epiſcopum a *Palatinis Sociis* notis illuſtrata p. 220.
3. Hiſtoria Principum *Longobardorum* ſiue antiqua aliquot Opuſcula de rebus Longobardorum *Beneuentanæ* Prouinciæ ex recenſione *Camilli Peregrinii* p. 221.
4. ANASTASII, vt fertur, *Bibliothecarii* Epitome Chronicorum *Caſſinenſium* p. 345.
5. ANONYMI Carmen de laudibus *Berengarii* Aug. cum *H. Valeſii* & *G. G. Leibnitii* notis p. 371.
6. Synodus *Ticinenſis* pro electione *Widonis* in Regem Italiæ a *Sociis Palatinis* illuſtrata p. 416.
7. LVITPRANDI Hiſtoria eiusque Legatio ad *Nicephorum Phocam*, cum notis *H. Caniſii* p. 417.
8. LVDOVICI ANTONII MVRATORII Emendationes nonnullæ ad *Luitprandi* Hiſtoriam p. 478.
9. *Annales* Francorum BERTINIANI a morte *Caroli Martelli* ad an. 882. & Appendix alterius Scriptoris ab an. 883. vsque ad 900. p. 490.

Tomus *Tertius*, qui prodiit *Mediolani* 1726. hos ſeruat:

1. ERMOLDI NIGELLII, de rebus *Ludouici Pii* Imp. ab anno 781. ad a. 826. cum notis *L. A. Muratorii* p. 1.
2. *Annales Francorum Lambecianos*, cum Additamentis & criſi *Ioa. Benedicti Gentilotti* p. 83.
3. Supplementum ſiue Fragmentum *Concilii Romani* habiti An. 863. p. 123.

4. Ano-

4. *Anonymi* cuiusdam Epiſcopi Oratio habita in *Concilio Romano* A. 864. p. 131.
5. Acta *Concilii Ticinenſis* An. 876. habiti pro Electione *Caroli Calui*, cum animaduerſionibus *Ioſephi Antonii Saxii* p. 143.
6. ANONYMI *Salernitani Paralipomena*, h. e. reliqua pars Hiſtoriæ ab eo conſcripta nondum edita ab An. 760. ad an. 960. cum Notis *Muratorii* p. 159.
7. *Chronicon* FARFENSE, ſiue Hiſtoria Monaſterii *Farfenſis* ab eius origine ſiue a. 681. vsque ad a. 1104. auctore GREGORIO Monacho, cum notis *Muratorii* p. 287.
8. Opuſcula tria nondum edita, nempe: *Carmen* de laudibus *Mediolani*; Rythmus in obitum *Caroli M.* Imp. & *Mutinenſis* Vrbis deſcriptio, p. 683.
9. *Chronicon* CASAVRIENSE, ſiue Hiſtoria Monaſterii *Caſaurienſis* a *Ludouico* II. Imp. a. 866. conditi, auctore IOHANNE BERARDI Monacho, ab eiusdem origine vsque ad a. 1182. cum apparatu Chartarum ineditarum, p. 767.
10. *Kalendaria* duo peruetuſta p. 1021.
11. IOANNIS *Diaconi* & PETRI *Sub-Diaconi* Vita *S. Athanaſii* Epiſcopi *Neapolitani*, & Acta Translationis eiusdem *S. Athanaſii* p. 1035.
12. Variantes Lectiones ad Hiſtoriam *Luitprandi* Ticinenſis ex Codd. Bibl. Cæſareæ p. 1079.
13. ANONYMI *Veronæ* rythmica Deſcriptio circiter an. 790. facta p. 1093.
14. Emendationes Paralipomenon ANONYMI *Salernitani* ex Bibliotheca Vaticana p. 1097.

Tomus *Tertius Mediolani 1723. f.* ſiſtit:

1. ANASTASII *Bibliothecarii* Vitas *Romanorum Pontificum* a B. *Petro* ad *Nicolaum I.* & GVILIELMI *Bibliothecarii* Vitæ *Hadriani II.* & *Stephani VI.*
2. EMANVELIS a SCHELSTRATE de antiquis *Romanorum Pontificum* Catalogis &c. Diſſertationem p. 1.
3. IOANNIS CIAMPINI Examen Libri *Pontificalis* p. 33.
4. FRANCISCI BLANCHINI in Vitas Romanorum *Pontificum Anaſtaſii*, Præfationem p. 55.
5. *Vitas* nonnullorum *Pontificum Romanorum* a NICOLAO *Aragonia* S. R. E. Cardinale conſcriptas, quibus

bus loco ſuo inſertæ ſunt aliæ *Vitæ Summorum Pontificum Romanorum* ex variis auctoribus exceptæ potiſſimum PANDVLPHI PISANI, BERNARDI GVIDONIS, WIBERTI, PAVLI BERNRIEDENSIS. Extant hoc in *Tomo* autem Vitæ Pontificum a *Leone IX.* ad *Iohannem XXII.* a p. 277. ad p. 679.

Tomi *Tertii* Pars *altera* lucem vidit *Mediolani* 1734. & ea continentur:

1. *Vitæ Romanorum Pontificum* a *S. Petro* ad *Innocentium VIII.* & *Epiſtolæ* aliquot *Pontificum* in Codice Carolino comprehenſæ per PETRVM LAMBECIVM ad fidem antiquiſſimi Cæſarei Vindobonenſis Codicis exactæ. Singillatim:
2. AMALRICI AVGERII *de* BITERRIS Actus *Romanorum Pontificum* p. 1.
3. FRODOARDI Fragmenta de Romanis Pontificibus a *Mabillonio* iam vulgata p. 68.
4. Epiſtolæ Codicis Carolini Pontificum p. 76.
5. PANDVLPHI PISANI Vita *Nicolai I.* P. R.
6. Catalogus *Paparum* editus ab *Eccardo* T. II. *Corp. medii aevi.*
7. PAPIRII MASSONI Vitæ quorundam Pontificum.
8. MICHAELIS de CAESENA Expoſitio in Pſalmum *Miſerere*, qua *Iohannis XXII.* geſta elucidantur.
9. THOMAE de ACERNO de creatione *Vrbani VI.* & Domini *Gebennenſis* in Anti-Papam.
10. ANONYMI Geſta *Benedicti XIII.* Anti-Papæ dum peragraret a. 1406. litora Genuæ & Maſſiliæ.
11. IANNOTII MANETTI Vita *Nicolai V.*
12. BARTHOLOMAEI SACHI ſ. PLATINAE Vita *Caliſti III.*
13. IOANNIS ANTONII CAMPANI Vita *Pii II.* p. 970.
14. MICHAELIS CANNESII Vita *Pauli II.* p. 994.
15. GASPARIS *Veronenſis* de geſtis tempore *Pauli II.* p. 1026.
16. ANONYMI Vita *Sixti IV.* p. 1054.
17. ANONYMI Synchroni Diarium Vrbis *Romæ* ab an. 1381. ad 1492. p. 1071.
18. STEPHANI INFESSVRAE Diarium Vrbis Romæ p. 1110.

Tomus

Tomus *Quartus*, *Mediolani 1723.* ſeruat:

1. ARNVLPHI *Mediolanenſis* Rerum ſui temporis Libros V. a *Leibnitio* iam editos, cum Notis hiſtoricis & criticis p. 1.
2. LANDVLPHI *Senioris Hiſtoriæ Mediolanenſis* Libros IV. cura HORATII BLANCI p. 47.
3. IOA. PETRI PVRICELLI Diſſ. vtrum *S. Ambroſius* Clero ſuo *Mediolanenſi* permiſerit, vt virgini ſemel nubere poſſit p. 121.
4. Catalogus vetus Archi-Epiſcoporum *Mediolanenſium* p. 141.
5. *Chronica* duo breuia *Regum Italiæ* a *L. A. Muratorio* ex MSCtis vulgata p. 145.
6. LEONIS Card. *Oſtienſis* & PETRI *Diaconi* Chronica Sacri Monaſterii *Caſinenſis* cum Notis ANGELI *de* NVCE, additis nunc Diſſertationibus & Notis in Editione Pariſienſi omiſſis, & Deſcriptio S. Montis *Caſini* ad præſentem ſtatum accommodata p. 151. ſeq.

Tomus *Quintus*, *Mediolani 1724. f.* poſtant:

1. *Chronologi antiqui* quatuor: HEREMPERTVS *Longobardus*; LVPVS *Protoſpata*; ANONYMVS *Caſinenſis*; FALCO *Beneuentanus* cum Appendicibus hiſtoricis, cura ANTONII CARACCIOLI cum nomenclatore ipſius & propylæis editi, nunc cum CAMILLI PEREGRINII caſtigationibus inſerti p. 1.
2. *Chronicon* ANONYMI *Caſinenſis* p. 135.
3. *Chronicon* ignoti Ciuis *Barenſis*, ſiue LVPI *Protoſpatæ* cum notis *Camilli Peregrinii*, p. 145.
4. CAMILLI PEREGRINII Hiſtoriæ Principum *Longobardorum* Liber Secundus, ſiue Deſcriptio Ducatus *Beneuentani*; Item, Series Abbatum *Caſinenſium*, & Diſſertationes Tres de *Colimentana Familia*; de ſignificatione nominis Porta; & de antiquo ſitu Vrbis *Capuæ* p. 159.
5. GVILELMI APPVLI de rebus *Normannorum* in Sicilia, Appulia & Calabria geſtis vsque ad mortem *Roberti Guiſcardi* Ducis, cum notis *Ioa. Tiremai* & *Leibnitii* p. 245.
6. *Chronicon* breue *Northmannicum* ab a. 1041. ad a. 1085. auctore *Anonymo* p. 287.

7. RA-

7. RADULPHI CADOMENSIS Geſta *Tancredi* Principis in Expeditione *Hieroſolymitana* p. 279.

8. DONIZONIS Presbyteri Vita *Mathildis* Comitiſſæ, carmine ſcripta, cum Notis *Leibnitii*, & *Muratorii* p. 335.

9. ANONYMI Vita Comitiſſæ *Mathildis* Oratione ſoluta ſcripta p. 387.

10. ANONYMI *Nouocomenſis*, *Cumanus*, ſiue Poëma de Bello & excidio Vrbis *Comenſis* ab an. 1118. vsque ad 1127. cum notis & caſtigationibus *Ioſephi Mariæ Stampæ* p. 399.

11. LANDVLPHI *iunioris*, ſiue de S. PAVLO *Hiſtoria Mediolanenſis* ab a. 1095. vsque ad a. 1137. cum notis *Ioſephi Antonii Saxii* p. 459.

12. *Magiſtri* MOYSIS *Bergomatis* qui circa a. C. 1120. floruit *Carmen de laudibus Bergomi*, p. 521.

13. GAVFREDI MALATERRAE Hiſtoria *Sicula* a *Io. Baptiſta Caruſio* edita, nunc expurgata p. 537.

14. ALEXANDRI Teleſini Coenobii Abbatis de rebus geſtis *Rogerii Siciliæ* Regis Libri Quatuor p. 607.

15. *Eiusd.* Alloquium ad Regem *Rogerium* p. 647.

Tomus *Sextus*, *Mediolani 1725. f.* ſeruat:

1. PETRI *Diaconi* Monachi Caſſinenſis, Opuſculum de Viris illuſtribus *Caſſinenſibus*, cum notis *Ioa. Baptiſtæ Mari* p. 1.

2. Acta Translationis Corporis *S. Geminiani* Epiſcopi Mutinenſis, quæ facta eſt Anno 1106. ab Auctore Synchrono conſcripta p. 85.

3. *Chronica* varia *Piſanæ* ab *Vghello* iam euulgata, iam a multis mendis expurgata, & Breuiarium *Piſanæ* Hiſtoriæ ab eodem editum p. 97.

4. Vitæ quatuor priorum *Abbatum Cauenſium*, *Alpherii*, *Leonis*, *Petri* atque *Conſtabilis*, auctore ANONYMO p. 199.

5. CAFFARI eiusque Continuatorum Annales *Genuenſes* ab An. 1100. ad a. 1293. p. 241.

6. Breuis Hiſtoria liberationis *Meſſanæ* a Sarracenorum iugo per Comitem *Rogerium* Normannum factæ a. 1060. p. 609.

7. OTTONIS *Friſingenſis* Epiſcopi, eiusque Continuatoris RADEVICI Libri *de geſtis Friderici I.* Imp. p. 629.

8. OT-

8. OTTONIS de S. BLASIO *Chronicon*, quod & *Appendix* ad Libros *Ottonis Friſingenſis* Epiſcopi eiusque Continuatoris *Radeuici* de *rebus geſtis Friderici I.* ad a. vsque 1209. continuata p. 861.
9. BVRCHARDI Notarii Imp. Epiſtola de victoria *Friderici I.* Imp. & Excidio *Mediolanenſi* p. 913.
10. *Magiſtri* BONCOMPAGNI Liber de obſidione *Anconæ* a copiis *Friderici I.* Imp. a. 1172. peracta eiusque Vrbis liberatione p. 917.
11. OTTONIS & ACERBI MORENAE Hiſtoria Rerum *Laudenſium* cum notis perpetuis *Ioſephi Antonii Saxii*, nec non *Anonymi* Monachi Ord. S. Benedicti p. 949.
12. SIRE RAVL, ſiue RADVLPHI Mediolanenſis de rebus geſtis *Friderici I.* in Italia p. 1167.

Tomus *Septimus*, *Mediolani* 1725. *f.* offert:

1. *Chronicon* ROMVALDI Archi-Epiſcopi *Salernitani*, cum animaduerſionibus *Ioſephi Antonii Saxii* p. 1.
2. HVGONIS FALCANDI Hiſtoria de rebus geſtis in *Siciliæ* Regno ex editione *Ioannis Baptiſtæ Caruſii* p. 247.
3. GODEFRIDI *Viterbienſis Pantheon* ſeu Memoria ſeculorum, vbi prætermiſſis antiquioribus, res ad tempora vsque *Vrbani III.* referuntur p. 347.
4. SICARDI Epiſcopi *Cremonenſis*, *Chronicon*, a natiuitate Chriſti vsque ad a. 1213. p. 521.
5. ANONYMI *Chronicon* breue *Cremonenſe* ab An. 1096. vsque ad an. 1233.
6. BERNARDI THESAVRARII Liber de acquiſitione *Terræ Sanctæ* ab a. 1095. ad a. 1230. gallice primum ſcriptus, in latinam conuerſus circiter an. 1320. a *Franciſco Pipino* p. 657.
7. ANONYMI *Chronicon Foſſæ Nouæ* ab anno noſtræ ſalutis primo ad a. 1217. p. 851.
8. *Chronicon* breue *Atinenſis* Eccleſiæ auctoribus *Anonymis* duobus *Atinatenſibus* p. 899.
9. Chronicon *Cauenſe* ab an. 569. vsque ad an. 1318. p. 913.
10. Excerpta ex Martyrologio & Necrologio *Caſinenſi*, vna cum aliis ad Monaſterium *Caſinenſe* ſpectantibus p. 933.

11. RICARDI a S. GERMANO *Chronicon* rerum per orbem geſtarum ab exceſſu *Guilielmi* Siciliæ Regis a. 1189. ad a. 1243. p. 963.

12. MATTHAEI SPINELLI de IUVENATIO Ephemerides *Neapolitanæ* ſiue *Diarium* rerum geſtarum in Regno Neapolitano ab a. 1247. ad an. 1268. italice, cum interpretatione latina & notis *Danielis Papebrochii* p. 1055.

Tomus *Octauus Mediolani 1726.*

1. GERARDI MAURISII Hiſtoria de rebus geſtis *Eccelini de Romano*, ab a. 1183. ad a. 1237. p. 1.
2. ANTONII GODI *Chronica*, quæ extant, ab a. 1194. ad an. 1260. ex edit. *Felicis Oſii*, & *Ioſephi Antonii Saxii* p. 67.
3. NICOLAI SMEREGI Chronicon *Gerardi Mauriſii* & *Antonii Godi* monumentis affine ab a. 1200. ad a. 1279. adiecto *Anonymi* Supplemento ab a. 1279. ad a. 1312. ex *Oſii* editione, aucta & caſtigata p. 95.
4. *Richardi* Comitis *S. Bonifacii* rerum inter ipſum & *Eccelinos* geſtarum partem exhibens, ex edit. *F. Oſii* p. 117.
5. LAURENTII de MONACIS *Ezerinus III.* ex eiusdem Hiſtoriæ Libro XIII. excerptus adiectis *Felicis Oſii* animaduerſionibus p. 135.
6. ROLANDINI PATAVINI de factis in Marchia *Tarviſina* Libri XII. auctiores nunc editi ab a. 1130. ad an. 1260. p. 153.
7. ANONYMI *Chronica* parua *Ferrarienſis*, ſeu *Chronicon* paruum ab origine *Ferrariæ* ad an. circiter 1264. p. 469.
8. NICOLAI de IAMSILLA Hiſtoria de rebus geſtis *Friderici II.* Imp. eiusque filiorum *Conradi* & *Manfredi* Apuliæ & Siciliæ Regum ab a. 1210. ad a. 1258.
   Item *Anonymi* Supplementum de rebus geſtis eiusdem *Manfredi*, *Caroli Andegauenſis*, & *Conradini* Regum ab *Vghello* iam edita p. 489.
9. PARISII de CERETA Chronicon *Veronenſe* ab an. 1117. ad 1278. ab aliis vero continuatum ad an. vsque 1375. p. 617.

10. *Monachi Patauini* Chronicon de rebus geſtis in *Lombardia* præcipue & *Marchia Taruiſina* ab an. 1207. ad a. 1217 ex Editione *Oſii* emendata p. 661.

Tomus *Nonus*, editus *Mediolani 1726. f.* quo legas:

1. IACOBI a VARAGINE Chronicon *Genuenſe* ab Vrbis origine ad an. 1297. p. 1.
2. STEPHANARDI de VICOMERCATO Poëma de geſtis in Ciuitate *Mediolani* ſub *Ottone* Vice-Comite Archi-Epiſcopo, cum notis *L. A. Muratorii* p. 57.
3. RICOBALDI *Ferrarienſis* Pomarium *Rauennatis* Eccleſiæ ſiue Hiſtoriam Vniuerſalem ab a. 700. ad a. 1297. ex Editione *Io. Georg. Eccardi*, ſed magis emendatam: It. RICOBALDI ſiue alterius *Anonymi* Compilationem hiſtoricam ab initio Mundi ad a. 1313. necnon IOANNIS PHILIPPI de LIGNAMINE Compilationis huius Continuationem ad a. 1474. p. 97.
4. RICOBALDI *Ferrarienſis* Chronicon Romanorum Imperatorum a Carolo M. vsque ad Ottonem IV. verſum in italicam linguam in qua ſupereſt a Comite *Matthæo Maria Boiardo*, p. 279.
5. ANONYMI Hiſtoriam *Dulcini* Hæreſiarchæ *Nouarienſis* ab A. 1304. vsque ad an. 1307. cum notis *Ioſephi Antonii Saxii* p. 423.
6. Auctoris *coaeui* Additamentum ad Hiſtoriam F. *Dulcini* Hæretici p. 443.
7. DINI COMPAGNI Chronicon *Florentinum*, italica lingua ſcriptum ab an. 1280. ad an. 1312. p. 463.
8. Synodum Prouincialem *Pergami* habitam a *Caſtono*, ſive *Caſſono* Archi-Epiſcopo Mediolanenſi a. 1311. p. 539.
9. Fr. FRANCISCI PIPPINI Bononienſis *Chronicon* Ordinis *Prædicatorum* ab a. 1177. vsque ad an. 1314. p. 581.
10. ANONYMI *Synchroni* Chronicon *Parmenſe* ab a. 1038. ad an. 1309. p. 755.
11. NICOLAI Epiſcopi *Botrontinenſis* Relationem de itinere *Henrici VII.* Imp. ab a. 1310. vsque ad a. 1313. ad Clementem V. P. R. p. 883.
12. FERRETI VICENTINI Hiſtoriam rerum in *Italia* geſtarum ab a. 1250. ad a. 1318. p. 935.

13

13. EIVSD. de *Scaligerorum* origine Poëma circiter An. 1329. ſcriptum ad *Canem Grandem Scaligerum* p. 1193.

14. IOANNIS de CERMENATE Hiſtoriam de ſitu, origine & cultoribus Ambroſianæ Vrbis, & de *Mediolanenſium* geſtis ſub Imperio *Henrici VII.* ab an. 1307. ad a. 1313. p. 1221.

15. Variantes Lectiones, ſeu *Supplementa* ad Hiſtoriam *Iohannis de Cermenate* p. 1293.

Tomus *Decimus*, *Mediolani 1727. f.*

1. ANONYMI *Mediolanenſis* ſiue IOA. CASPARIS BERETTA Monachi Benedictini doctiſſimi, Diſſ. Chorographica pro vſu Tabulæ *Italiæ* Græco-Longobardico-Francicæ medii æui.

2. ALBERTINI MVSSATI de geſtis *Henrici VII.* Imp. Hiſtoria Auguſta XVI. Libris comprehenſa, cum notis prioris Editoris *Felicis Oſii*, *Pignorii* & *Villani*, p. 1.

3. *Eiusd.* de geſtis *Italicorum* poſt mortem *Henrici VII. Imp.* a *F. Oſio* primum edita, iam caſtigatior & auctior p. 561.

4. ANONYMI Chronicon *Siciliæ* ab an. circiter 820. ad a. 1328. editum iam a *Martene* & *Durand* p. 801.

5. NICOLAI SPECIALIS Hiſtoria *Sicula* in VIII. Libros diſtributa ab a. 1282. ad a. 1337. a *Baluzio* iam edita p. 913.

Tomus *Vndecimus*, *Mediolani 1727. f.*

1. ANONYMI *Ticinenſis* Commentarius de laudibus *Papiæ*, elucubratus circiter annum 1330. p. 1.

2. *Annales* veteres *Mutinenſium* ab a. 1131. ad a. 1336. cum additamentis p. 49,

3. BONIFACII de MORANO Chronicon *Mutinenſe* ab a. 1306. ad a. 1342. p. 89.

4. OGERII ALFERII & GVILIELMI VENTVRAE Chronica *Aſtenſia* ab origine Vrbis, ſeu potius ab an. 1070. vsque ad a. 1325. &

5. Fr. RAYNERII de GRANCIS Poëma de proeliis *Tuſciæ* p. 283.

SECVNDINI VENTVRAE Hiſtorica quædam ab an. 1419. ad a. 1457. p. 233.

6. ANONYMI *Synchroni* Annales *Piſtorienſes*, ſiue Commentarii rerum geſtarum in *Tuſcia*, italice ſcripti ab a. 1300. vsque ad a. 1348. p. 359.

7. GALVANEI FLAMMAE *Manipulus Florum*, ſiue Hiſtoria *Mediolanenſis* ab origine Vrbis ad an. 1336. ab alio *Continuatore* producta ad annum vsque 1371. p. 531.

8. PTOLOMAEI LVCENSIS Epiſcopi *Torcellani* Hiſtoria *Eccleſiaſtica* a natiuitate Chriſti vsque ad a. 1312. & diuerſa duorum *Continuatorum* additamenta p. 741.

9. NICOLAI TEGRIMI JCti, Vita *Caſtruccii Antelminelli* Lucenſis Ducis ab a. 1301. ad a. 1328. p. 1307.

Tomus *Duodecimus*, *Mediolani 1728. f.*

1. ANDREAE DANDVLI Venetorum Ducis *Chronicon Venetum* a Pontificatu S. Marci ad a. 1339. & RAPHAINI CARESINI Continuatio vsque ad a. 1388. p. 1.

2. LVDOVICI BOCONTE MONALDESCO Fragmenta Annalium *Romanorum*, italice ſcripta vsque ad a. 1340. p. 525.

3. DOMINICI de GRAVINA Chronicon de rebus in *Apulia* geſtis ab a. 1333. ad a. 1350. p. 545.

4. Fr. IOANNIS de CORNAZANIS Hiſtoriæ *Parmenſis* Fragmenta ab a. 1301. ad a. 1354. *italice*, cum additamentis ad a. 1479. p. 725.

5. GVLIELMI & ALBRIGETI CORTVSIORVM Hiſtoria de Nouitatibus *Paduæ* & *Lombardiæ* ab a. 1256. ad a. 1364. ex editione *Felicis Oſii*, ſed caſtigatior iam ex aliis Codd. MSC. p. 757.

6. Auctorum *Anonymorum* Additamenta duo ad *Chronicon Cortuſiorum*, vnum ab a. 1359. ad an. 1365. alterum ab a. 1354. vsque 1391. Patauina dialecto ſcripta p. 955.

7. GALVANEI de FLAMMA Opuſculum de rebus geſtis ab *Azone*, *Luchino* & *Ioanne Vice-Comitibus*, ab a. 1328. ad a. 1342. cum adnotationibus *Ioſephi Antonii Saxii* p. 991.

8. BONINCONTRO MORIGIA Chronicon *Modoetienſe* ab origine *Modoëtiæ*, vsque ad a. 1349. vbi potiſſimum agitur de geſtis priorum *Vice-Comitum* Principum p. 1053.

Tomus

Tomus *Decimus Tertius*, *Mediolani 1728. f.*

1. IOANNIS VILLANI, Florentini, Hiſtoria Vniuerſalis a condita *Florentia* vsque ad a. 1348. *italice* ſcripta ab innumeris mendis in hac noua editione repurgata p. 1.
2. BARTHOLOMAEI de NEOCASTRO Hiſtoria *Sicula* a morte *Friderici II.* Imp. & Siciliæ Regis, i. e. ab a. 1250. ad a. 1294. p. 1005.
3. MATTHAEI PALMERII, de vita & rebus geſtis *Nicolai Acciaioli* Florentini, Magni Apuliæ Seneſcalli ab a. 1310. ad a. 1366. p. 1197.
4. CONFORTI PVLICIS Fragmenta Hiſtoriæ *Vicentinæ* ab a. 1371. ad a. 1387. p. 1233.

Tomus *Decimus Quartus*, *Mediolani*, *1729. f.*

1. MATTHAEI VILLANII, eiusque Filii PHILIPPI Hiſtoria ab a. 1348. ad a. 1364. antea edita, nunc aucta p. 1.
2. IACOBI MALVECII Chronicon *Brixianum* ab origine Vrbis ad annum vsque 1332. p. 771.
3. ANTONII ASTESANI, Poetæ Aſtenſis Carmen *de varietate fortunæ*, ſiue de vita ſua & geſtis Ciuium *Aſtenſium* ab origine Vrbis vsque ad a. 1342. p. 1005.
4. ANONYMI Annales *Caſenates* ab a. 1162. ad a. 1362. p. 1085.

Tomus *Decimus Quintus*, *Mediolani 1729. f.*

1. ANDREAE DEI & ANGELI TVRAE Chronicon *Senenſe*, *italice* ſcriptum ab a. 1186. deſinens in annum 1352. p. 1.
2. NERII DONATI filii, Annales *Senenſes* ab a. 1352. ad a. 1387. p. 131.
3. *Anonymorum* ſynchronorum Chronicon *Eſtenſe*, Geſta Marchionum *Eſtenſium* complectens, & ab *aliis Auctoribus* continuatum vsqe ad an. 1393. p. 295.
4. IOANNIS de BAZANO Chronicon *Mutinenſe* ab a. 1002. ad a. 1363. p. 551.
5. *Anonymi* Synchroni Ephemerides *Vrbeuetanæ* italica lingua ab a. 1342. ad a. 1363. conſcriptæ p. 639.

6. DANIELIS CHINATII Taruiſini, Belli apud *Foſſam Clodiam* & alibi inter *Venetos* & *Genuenſes* geſti a. 1378. & ſeqq.
7. GORELLI Aretini Notarii Poëma *italice* ſcriptum de rebus geſtis in Ciuitate *Aretina* ab a. 1310. ad a. 1384. p. 807.
8. ANONYMI Chronicon *Ariminenſe* ab a. 1188. vsque ad a. 1385. & continuatum per alterum *Anonymum* ad a. 1452. p. 889.
9. *Anonymi* Monumenta *Piſana* ab a. 1089. ad a. 1389. deducta & continuata vsque ad a. 1406. p. 969.

Tomus *Decimus Sextus*, *Mediolani 1730. f.*

1. *Anonymi* Vitæ Epiſcoporum & *Patriarcharum Aquileienſium* a primo Chriſtianæ æræ ſeculo ad an. 1358. & ANTONII BELLONI Liber de Vitis & geſtis eorundem *Patriarcharum*, nec non Additamenta, & Chartæ quædam ad *Aquileienſem* Eccleſiam ſpectantes, p. 1.
2. PETRI PAVLI VERGERII Vitæ *Carrarienſium* Principum ad annum circiter 1355. p. 109.
3. EIVSD. Orationes & Epiſtolæ variæ Hiſtoricæ p. 185.
4. *Anonymi* ſed Synchroni Itali Breuiarium *Italicæ* Hiſtoriæ a temporibus *Friderici II.* Imp. vsque ad an. 1354. p. 249.
5. PETRI AZARII Notarii Nouarienſis Chronicon de geſtis Principum *Vice-Comitum* ab a. 1250. ad a. 1362.
6. IOANNIS de MVSSIS Ciuis Placentini Chronicon *Placentinum* ab a. 222. ad a. 1402. p. 441.
7. *Anonymi* Annales *Mediolanenſes* ab a. 1230. ad an. 1402. p. 635.
8. CASTELLI de CASTELLO Chronicon *Bergomenſe* Guelpho-Ghibellinum ab a. 1378. ad a. 1407. p. 841.
9. Ordo Funeris *Iohannis Galeatii Vice-Comitis* Ducis *Mediolani* peracti a. 1402. & Fr. PETRI de CASTELLETTO Oratio tunc habita in eius laudem p. 1021.
10. SOZOMENI Presbyteri Piſtorienſis Specimen Hiſtoriæ ab An. 1362. ad 1410. p. 1057.

Tomus

Tomus *Decimus Septimus, Mediolani 1730. f.*

1. ANDREAE de GATARIS Chronicon *Patauinum* italica lingua conſcriptum ab a. 1311. ad an. 1406. annectitur eadem Hiſtoria qualiter ſcripta fuit a GALEATIO GATARO *Andreæ* Patre p. 1.
2. GEORGII STELLAE Annales *Genuenſes* ab a. 1298. ad finem anni 1409. deducti, & per IOHANNEM STELLAM eius fratrem continuati vsque ad an. 1435. p. 945.
3. *Chronicon* paruum *Ripaltæ* ab a. 1195. ad a. 1405. p. 1319.

Tomus *Decimus Octauus, Mediolani 1731. f.*

1. SAGACII & PETRI de GAZATA *Chronicon Regienſe* ab a. 1272. ad a. 1386. p. 1.
2. MATTHAEI de GRIFFONIBVS Memoriale Hiſtoricum Rerum *Bononienſium* ab a. 1109. ad a. 1428. p. 101.
3. Fr. BARTHOLOMAEI della PVGLIOLA Hiſtoria Miſcella *Bononienſis* ab a. 1104. ad a. 1394. accedit *Eiusd.* Continuatio vsque ad a. 1409. *italice* p. 242.
4. IACOBI de DELAYTO Cancellarii Eſtenſis de geſtis *Nicolai Eſtenſis* Marchionis *Ferrariæ* ab an. 1393. vsque ad a. 1409. p. 901.
5. GINI CAPPONII Monumenta hiſtorica de rebus *Florentinorum* ab a. 1378. ad a. 1419. cum Continuatione NERII illius Filii vsque ad an. 1456. p. 1097.

Tomus *Decimus Nonus, Mediolani 1731. f.*

1. Fr. ANDREAE BILLII Mediolanenſis, *Hiſtoria* in nouem Libros digeſta ab a. 1402. ad a. 1431. p. 1.
2. MATTHAEI PALMERII, Florentini, de *Captiuitate Piſarum*, ſiue de Bello contra *Piſanos* geſto a *Florentinis* a. 1406. Commentarius p. 161.
3. IACOBI ZENI Vita CAROLI ZENI Patritii Veneti ad Pium II. P. R. ab an. circiter 1334. ad a. 1418. p. 197.
4. *Anonymi* Annales *Senenſes* ab a. 1385. ad a. 1422. p. 383.

5. IOANNIS ANTONII CAMPANI Vita *Brachii Peruſini* & geſta ab an. 1368. vsque ad a. 1424. p. 431.

6. LEODRISII CRIBELLI de vita rebusque geſtis *Sfortiæ* Ducis ac initiis *Franciſci Sfortiæ* Vice-Comitis eius Filii *Mediolanenſium* Ducis p. 619.

7. ANDREAE de REDVSIIS de *Quero* Chronicon *Taruiſinum* ab 1368. ad a. 1428. p. 735.

8. Fr. HIERONYMI *Foroliuiſienſis* Chronicon *Foroliuienſe* ab a. 1397. ad a. 1433. p. 869.

9. LEONARDI ARETINI rerum ſuo tempore geſtarum Commentarius ab an. 1378. ad a. 1440. nunc emendatior editus p. 909.

10. *Anonymi* Hiſtoria *Florentina*, ſcripta *italice*, ab a. 1406. ad 1438. p. 945.

11. IANNOTII MANETTI Chronicon *Piſtorienſe* a condita Vrbe ad a. 1446. p. 985.

Tomus *Vigeſimus*, *Mediolani 1731. f.*

1. IOHANNIS BANDINI de BARTHOLOMAEIS Hiſtoria *Senenſis* ab an. 1402. ad a. 1422. continuata a FRANCISCO THOMASIO eius pronepote, & a PETRO RVSSIO vsque ad a. 1468. p. 1.

2. PORCELLII Poetæ & Scribæ Alphonſi I. Regis Commentaria Comitis *Iacobi Picinini*, ſiue Diarium rerum ab ipſo geſtarum a. 1452. feruente Bello inter *Venetos* & *Franciſcum Sfortiam* Mediolanenſium Ducem p. 65.

3. POGGII Hiſtoria *Florentina* a *Iohanne Baptiſta Recanato* iam pridem in lucem edita Notisque & Auctoris Vita illuſtrata nunc vero ab eodem aucta & recognita p. 157.

4. IOHANNIS *Ferrarienſis* Excerpta ex Annalibus Principum *Eſtenſium* ab a. 1409. vsque ad an. 1454. p. 437.

5. BARTHOLOMAEI PLATINENSIS Vita clariſſimi Viri *Nerii Capponii* p. 477.

6. NALDI NALDII Florentini, Vita *Iannotii Manetti* Viri clariſſimi Florentini ab a. 1396. ad a. 1459. p. 519.

7. BARTHOLOMAEI SACCHI ſiue PLATINAE Hiſtoria Vrbis *Mantuæ* ab eius origine ad a. 1464. a *Petro Lambecio* primum edita p. 609.

8. AN-

8. ANTONII de RIPALTA & ALBERTI eius Filii Annales *Placentini* ab a. 1401. ad a. 1463. & 1484. p. 865.

9. PETRI CANDIDI DECEMBRII Vita *Philippi Mariæ Vice-Comitis* Mediolanenſium Ducis tertii p. 981.

10. PETRI CANDIDI Vita *Franciſci Sfortiæ* quarti *Mediolanenſium* Ducis per Epitomen ſcripta ab a. 1401. ad a. 462. p. 1021.

11. EIVSD. Vita *Nicolai Picinini* bellicoſiſſimi Ducis a. 1444. a *Polismagna* in Italicum ſermonem conuerſa p. 1047.

Tomus *Vigeſimus Primus*, *Mediolani 1732. f.*

1. LAVRENTII BONINCONTRII Miniatenſis, *Annales* ab a. 1360. vsque ad a. 1458. p. 1.

2. IOHANNIS SIMONETTAE Hiſtoria de rebus geſtis *Franciſci I. Sfortiæ* Vice-Comitis *Mediolanenſium* Ducis in Libros XXX diſtributa ab a. 1421. vsque ad a. 1466. p. 165.

3. CHRISTOPHORI a SOLDO Ciuis Brixiani, Annales *Brixiani* ab a. 1437. ad a. 1468. *italica* lingua conſcripti, p. 785.

4. GVERNERII PERNII Eugubini *Chronicon Eugubinum* ab a. 1450. ad a. 1472. p. 917.

5. Auctoris *Anonymi* Diaria *Neapolitana* ab a. 1266. ad a. 1478. italica rudi lingua conſcripta p. 1027.

6. IOHANNIS GARZONII Bononienſis de dignitate Vrbis *Bononiæ* Commentarius p. 1109.

7. Fr. ADAM de MONTALDO de laudibus Familiæ de *Auria* circa a. 1480. p. 1171.

8. PETRI CYRNAEI Alerienſis Commentarius de *Bello Ferrarienſi* ab a. 1482. ad a. 1484. p. 1189.

Tomus *Vigeſimus Secundus*, *Mediolani 1733. f.*

1. TRISTANI CARACCIOLI Patricii Neapolitani Opuſcula hiſtorica p. 1.

2. *Anonymi* Annales *Foroliuienſes* ab a. 1275. ad a. 1473. p. 131.

3. *Anonymi* Diarium *Parmenſe* ab a. 1477. ad 1482. p. 243.

4. MARINI SANVTI, Patricii Veneti, *Vita Ducum Venetorum*, *italice* ſcriptæ ab origine Vrbis ſiue ab An. 421. vsque ad a. 1493. p. 599.

Tomus *Vigeſimus Tertius*, *Mediolani 1733. f.*

1. ANTONII HYVANI Sarazanenſis Commentariolus *de Bello Volaterrano* a. 1472. a *Florentinis* geſto, p. 1.
2. LEODRISII CRIBELLI Libri Duo de *Expeditione Pii Papæ II. in Turcas* p. 21.
3. IACOBI VOLATERRANI *Diarium Romanum* ab a. 1472. vsque ad a. 1484. p. 81.
4. AVGVSTINI PATRITII *Senenſis* Deſcriptio Adventus *Friderici III.* Imp. ad *Paulum* Papam II. p. 203.
5. LVDOVICI ſenioris & iunioris de RAIMO, *Annales de Raimo*, ſiue breuis hiſtoria rerum in Regno *Neapolitano* geſtarum ab a. 1197. ad a. 1486. p. 217.
6. ANTONII GALLI Genuenſis Opuſcula Hiſtorica, de rebus geſtis Populi *Genuenſis* & de Nauigatione *Columbi* p. 241.
7. BENEVENVTI de SANCTO GEORGIO Hiſtoria *Montisferrati* ab origine Marchionum illius tractus vsque ad a. 1490. p. 305.
8. ALLEGRETTI de ALLEGRETTIS Ephemerides *Senenſes* ab a. 1450. vsque ad 1496 *italico* ſermone ſcriptæ, p. 763.
9. Fr. HIERONYMI de BVRSELLIS, Bononienſis, Annales *Bononienſes* ab an. 1418. ad a. 1497. p. 863.
10. ANDREAE NAVGERII Patricii Veneti, Hiſtoria *Veneta* italico ſermone ſcripta, ab origine Vrbis ad a. 1498. nunc primum edita p. 919.

Tomus *Vigeſimus Quartus*, *Mediolani 1738. f.*

1. MARINI SANVTI Commentarius *italice* ſcriptus de *Bello Gallico*, ſiue, de rebus in *Italia* geſtis a *Carolo VIII.* & *Ludouico XII*, Galliæ Regibus ab a. 1494. ad a. 1500. p. 1.
2. *Anonymi* Synchroni *Diarium Ferrarienſe* ab a. 1409. ad a. 1502. *italice* ſcriptum & continuatum, p. 155.
3. PETRI CYRNAEI Alerienſis de rebus *Corſicis* Libri Quatuor a temporibus Romanorum vsque ad a. 1506. p. 409.

4. BAR-

4. BARTHOLOMAEI SENAREGAE Genuenſis, de rebus *Genuenſibus* Commentaria ab an. 1488. ad a. 1514. p. 509.

Appendix

5. *Auctoris ignoti* Excerpta de *Conſtantio Chloro*, *Conſtantino Magno* & aliis Imperatoribus cum notis *Hadriani Valeſii* p. 635.

6. *Anonymi* Fragmenta *Hiſtoriæ Piſanæ*, Piſana dialecto conſcripta ab a. 1191. vsque ad 1337 &
GVIDONIS de CORVARIA, ſiue de VALLECHIA alia, de rebus *Piſanis* literis latinis conſignata ab a. 1270. ad a. 1280. p. 641.

7. Fr. BARTHOLOMAEI *Ferrarienſis* Polyhiſtoria ab a. 1288. ad a. 1367. *italice* conſcripta, p. 695.

8. *Anonymi* Annales Vrbis *Aretinæ* ab a. 1192. vsque ad a. 1343. p. 851.

9. STEPHANI MONACI Benedictini Abbatis Montis Alti Chronicon *Neritinum*, ſiue breuis hiſtoria *Monaſterii Neritini* ab a. 1090. ad a. 1368. ab altero continuatum ad a. 1412. &
ANGELI TAFVRI Deſcriptio Belli a Venetis a. 1484. inlati Prouinciæ *Hydruntinæ*, cum notis *Iohannis Bernardini Tafuri* p. 883.

10. *Anonymi* Monachi *Sublacenſis* Chronicon *Sublacenſe*, ſiue Catalogus *Abbatum* Monaſterii *Sublacenſis* ab a. 595. ad a. 1390. p. 925.

11. ANTONII PETRI *Diarium Romanum* ab a. 1404. vsque ad a. 1417. p. 969.

12. ANTONII NERLII breue Chronicon Monaſterii *Mantuani S. Andreæ* Benedict. ab a. 1017. ad a. 1418. p. 1069.

Hoc itaque ſplendidiſſimo CORPORE MEDIOLANENSI MVRATORIANO fontes Rerum Italicarum aperiuntur. Aliud illud Corpus, quod non minori ſumptu & pari fere ſplendore productum ornatumque cura inſigni & maximis impenſis PETRI *van der* AA Bibliopolæ & Typographi Leidenſis celebratiſſimi, conſilio iuuantibus eum, viris ſummis, IOANNE GEORGIO GRAEVIO atque

atque PETRO BVRMANNO, qui Tomis huius Sylloges Præfationes & cultiſſimas & plenas ſelectæ eruditionis præmiſerunt, & quidem prior ſex primis Tomis, alter vero multos ſequentium eruditiſſime præfando ornauit. Sumtuoſi Operis primis Tomis inſcriptio hæc præfixa fuit: *Theſaurus Antiquitatum & Hiſtoriarum Italiæ Mari Liguſtico & Alpibus vicinæ, quo continentur optimi quique Scriptores, qui Ligurum & Inſubrum, ſeu Genuenſium & Mediolanenſium confiniumque Populorum ac Ciuitatium res antiquas aliasque vario tempore geſtas memoriæ prodiderunt collectus cura & ſtudio* IOA. GEORGII GRAEVII, *Lugduni Batauorum apud Petrum van der Aa 1704. f. mai.* cum Præfatione IACOBI PERIZONII, Tribus Tomis Partibus Sex. His ſucceſſit: *Theſaurus Scriptorum Italiæ Græuianus, ex conſilio & cum Præfatione Viri celeberrimi* PETRI BVRMANNI continuatus Tomus IV. *Lugduni Batauor. 1722. f.* excreuitque in *XLV. Voluminum* magnificam Syllogam. *Catalogum omnium rariſſimorum & ſelectiſſimorum Librorum*, qui in hoc *Theſauro* reperiuntur, edidit qui ſumptus præbuerat *Petrus van der Aa, Lugduni Batauorum 1725. 8.* atque B. IOANNES ALBERTVS FABRICIVS in *Conſpectu Theſauri litterarii Italiæ, Hamburgi 1730. 8.* edito, *p. 78. ſeqq.* diligentem eruditumque recenſum inſtituit, indicatis ſimul horum Scriptorum editionibus prioribus additisque aliis breuibus notis. Ordine porro facili & obuio, Alphabetico nimirum, indicem alium conficiendum ex conſilio celeberrimi Viri PETRI BVRMANNI qui libello eleganter præfatus eſt, Bibliopola quem iam laudaui, edendum curauit, ſub titulo: *Catalogi rariſſimorum & præſtantiſſimorum Librorum, qui in Theſauris Romano, Græco, Italico & Siculo contienen-*

nentur: ſecundum Nomina Auctorum per Alphabeti ordinem digeſtus, Leidæ 1725. 8. mai. Noſtrum eſt in hac *Bibliotheca* ſeriem Scriptorum horum maximam partem ante hanc ſumtuoſàm collectionem editorum, breuiter indicare:

Tomus *Primus 2. Voll.*

1. GABRIEL BARRIVS *Franciſcanus, Calaber*, de Laudibus Italiæ.
2. PETRI LEONIS CASELLAE de primis *Italiæ Colonis* Liber.
3. IACOBI BRACELLII, Oræ *Liguſticæ* Deſcriptio.
4. - - de Claris *Genuenſibus* Libellus.
5. GAVDENTII MERVLAE, de *Gallorum* Ciſalpinorum Antiquitate ac Origine, Libri III. Nouis Annotationibus expoliti & aucti.
6. BONAVENTVRAE CASTILLIONEI, de *Gallorum Inſubrum* antiquis ſedibus Liber.
7. VBERTI FOLIETAE, Hiſtoriæ Genuenſium Libri XII. auctiores & emendatiores.
8. - - Clarorum *Ligurum* Elogia.
9. - - Coniuratio *Ioannis Ludov. Fliſci.*
10. - - Tumultus *Neapolitani.*
11. - - Cædes *Petri Lud. Farneſii*, Placent. Ducis, ex vniv. Hiſt. Rer. Europ. ſuor. temporum.
12. VBERTI FOLIETAE, de ſacro Fœdere in *Selim.* Libri IV.
13. - - Variæ Expeditiones in *Africam* cum Obſidione *Melitæ.*
14. - - Opuſcula nonnulla varii argumenti: nempe.
15. - - de Vitæ & Studiorum ratione Hominis ſacris initiati.
16. - - de Ratione ſcribendæ *Hiſtoriæ.*
17. - - de cauſſis magnitudinis *Turcarum* Imperii.
18. - - Tiburtinum *Hippolyti Cardinalis Ferrarienſis.*
19. - - *Brumannus*, ſiue de Laudibus Vrbis *Neapolis.*
20. - - de nonnullis, in quibus *Plato* ab *Ariſtotele* reprehenditur.
21. - - de norma *Polybiana.*
22. - - Oratio in Feſto die Omnium *Sanctorum.*

23. IA-

23. IACOBI BRACELLII, de Bello, quod inter *Hiſpanos* & *Genuenſes* ſeculo ſuo geſtum, Libri V. Additum eſt Diploma miræ Antiquit. in agro *Genuenſi* repertum.

24. IACOBI BONFADII Annalium *Genuenſium*, ab Anno MDXXVIII. (*in quo deſinit Vbertus Folieta*) recuperatæ Libertatis vsque ad annum MDL. Libri V.

25. HIERONYMI de MARINIS, *Genuæ* Deſcriptio.

26. PETRI BIZARI, Diſſertatio de Vniuerſo Reipubl. *Genuenſis* Statu & Adminiſtratione.

27. - - *Reipublicæ Genuenſis Leges Nouæ.*

Tomus *Secundus*, 2. *Voll.*

1. ANDREAE ALCIATI, Hiſtoriæ *Mediolanenſis*, Libri IV.

2. TRISTANI CALCHI, *Mediolanenſis Hiſtoriographi*, Hiſtoriæ Patriæ Libri XX. cum notis *Ioannis Guilielmi Calauceroni.*

3. - - Reſidua, hoc eſt Hiſtoriæ Patriæ Liber XXI. & XXII.

4. IOSEPHI RIPAMONTII Hiſtoriæ Patriæ Libri XXIII. ab anno ſalutis CIↃCCCXIII. qui TRISTANO CALCHO Patriæ Hiſtoriæ finis; deſumitur noui Operis initium, & tempora inſecuta memorantur, ſed repetuntur prius extrema ſuperioris Hiſtoriæ, fuſiusque & altius explicantur ea, quæ *Calchus* ipſe in parte vltima Annalium ſuorum perſtrinxit tantummodo, ſiue omittenda putauit: atque temporis proxime ante acti facies datur in conſpectum. In III. partes digeſt.

5. - - Hiſtoria Patriæ Continuatio, comprehenſa octo Libris, in quibus res, quas geſſit Philippus II. tam *Mediolani*, cum in eius ditionem redigeretur, quam alibi, exponuntur.

6. GALEATII CAPELLAE, de Bello *Mediolanenſi* ſeu de rebus in Italia geſtis pro reſtitutione *Franciſci Sfortiæ* II. Mediolanenſium Ducis, ab Anno MDXXXI. vsque ad MDXX. Libri VIII.

7. CAROLI a BASILICA PETRI, de Metropoli *Mediolanenſi* Libellus.

To-

Tomus *Tertius* 2. *Voll.*

1. GEORGII MERVLAE *Alexandrini*, Antiquitatis *Vice-Comitum* Libri X.
2. PAVLI IOVII, *Nouocomenſis*, *Epiſcopi Nucerini*, Vitæ Duodecim *Vice-Comitum*, *Mediolani* Principum, ſingulorum veris Imaginibus illuſtratæ.
3. IO. ANTONII CASTELLIONAEI, Mediolanenſes Antiquitates, ex Vrbis Parœciis collectæ, Ichnographicis ipſarum tabulis, recentibus rerum memoriis, variis Eccleſiaſticis ritibus auctæ & illuſtratæ.
4. BERNARDI SACCI, Hiſtoriæ *Ticinenſis* Libri X.
5. IO. CHRYSOSTOMI ZANCHI, de *Orobiorum* ſiue *Cenomanorum* Origine, Situ, ac Bergomi rebus antiquis, Libri tres.
6. IOANNIS BAPTISTAE VILLANOVAE *Laudis Pompeiæ*, ſiue *Laudæ (nunc Lodi)* Vrbis Hiſtoria.
7. OTHONIS MORENAE, & ACERBI *Othonis F.* Hiſtoria Rerum *Laudenſium*, tempore Frederici Ænobarbi Cæſaris, cum Notis & Emendationibus *Felicis Oſii*, *Artis Oratoriæ Interp. in Gymnaſio Patavino.*
8. ERYCII PVTEANI, Hiſtoriæ *Ciſalpinæ* Libri duo: quibus continentur Res potiſſimum circa Lacum Larium a *Io. Iacobo Medicæo* geſtæ.
9. ALEXANDRI DVKERI, *Comi* Vrbis Hiſtoriæ & Deſcriptio. CAMILLI GHILINI *Telinæ Vallis* ac *Larii* Lacus particularis Deſcriptio. PAVLI IOVII, *Larii* Lacus *(hodie Comenſis)* Deſcriptio.
10. GALEATII CAPELLAE, de Bello *Muſſiano* Liber adoptiuus.
11. LVDOVICI CAVITELLII, *Cremonenſes* Annales.
12. VMBERTI LOCATI, *Placentini*, de *Placentinæ Vrbis* Origine, ſucceſſu, & Laudibus, ſerioſa Narratio.

Tomus *Quartus* 2. *Voll.*

1. IOANNIS de CERMENATE, Hiſtoria *Ambroſianæ* Vrbis.
2. ARNVLPHI, Hiſtoria *Mediolanenſis*.
3. IOANNIS PETRI PVRICELLI, *Ambroſianæ Baſilicæ*, ac Monaſterii Monumentorum Deſcriptio.

4. LVD.

4. LVD. ANT. MVRATORII, de Corona Ferrea.
5. IVSTI FONTANINI Diſſertatio de Corona Ferrea Longobardorum.
6. BENEDICTI IOVII, Hiſtoriæ Patriæ *Nouocomenſis.*
7. OCTAVII RVBEI Monumenta *Brixiana.*
8. ANTONII GATTI Hiſtoria Gymnaſii *Ticinenſis.*
9. BAPTISTAE SACCHI PLATINAE Hiſtoria Vrbis *Mantuæ.*

Tomus *Quintus* 4. *Voll.*

1. BERNARDI IVSTINIANI de Origine Vrbis *Venetiarum* Rebusque Geſtis Libri XV.
2. DONATI IANNOTII Dialogus de Republica *Venetorum.*
3. GASPARIS CONTARENI, de Magiſtratibus & Republica *Venetorum.*
4. BALTHASAR. BONIFACII de Maioribus Comitiis & Iudiciis Capitalibus.
5. NICOLAI CRASSI de Forma Reipublicæ *Venetæ* Liber.
6. BLONDI FLAVII de Origine & Geſtis *Venetorum* Liber.
7. PET. BEMBI Hiſtoriæ Venetæ, Libri XII.
8. M. ANT. COCC. SABELLICI de Situ Vrbis *Venetæ* deſcriptio &c.
9. *Splendor Magnificentiſſimæ* Vrbis *Venetiarum.*
10. ANTONII STELLAE, Elogiorum *Venetorum* Navali pugna Illuſtrium Liber.
11. NICOL. CRASSI Elogia Patritiorum *Venetorum* Belli Pacisque artibus illuſtrium.
12. BARTHOLOMAEI FACII de Bello *Veneto Clodiano* Liber.
13. ANTONII de VILLE Pyctomachia *Veneta.*
14. IOSEPHI LAVRENTII de Deſponſatione Maris *Adriatici.*
15. IOANNIS VALACRII, Spectacula *Veneta.*
16. ANDREAE MOCENICI, Belli Memorabilis *Cameracenſis* adverſus *Venetos* Hiſtoriæ Libri ſex.
17. BERNARDINI ARLVNI de Bello *Veneto* Libri ſex.

To-

Tomus *Sextus 4. Voll.*

1. ROLANDINI *Grammatici* Libri Chronicorum.

2. MONACHI PADVANI Chronicorum Libri tres, de Rebus in *Inſubribus* & *Euganeis.*

3. GERARDI MAVRISII Dominorum de *Romano* & *Marchiæ Taruiſinæ* Hiſtoria.

4. ANTONII GODII Chronica ab Anno MCXCIV. vsque ad MCCLX. cum Supplem. *C. Sigonii.*

5. NICOLAI SMEREGI, Chronicon cum Scriptoris Anonymi, Supplemento.

6. RICCIARDI Vita *S. Bonifacii* Comitis.

7. LAVRENTII de MONACIS *Ezerinus* Tertius.

8. GVILIELMI & ALBRIGETI CORTVSIORVM Hiſtoria de *nouitatibus Paduæ* & *Lombardiæ*, cum Supplement.

9. ALBERTINI MVSSATI de Geſtis *Henrici VII.* Cæſaris, &c.

10. - - - Tragœdiæ duæ *Eccerinus* & *Achilleis.*

11. PETRI PAVLI VERGERII de *Carrarienſium* Familia & eius Principum Hiſtoria.

12. BERNARDINI SCARDEONII Hiſtoriæ de Vrbis *Patauii* Antiquitate &c.

13. - - - de Sepulchris Inſignibus exterorum *Patauii* iacentium.

14. LAVRENTII PIGNORII Origines *Patauinæ* & Antenor.

15. - - Epiſtola de Ritu Nuptiarum.

16. - - Vita, Bibliotheca & Muſæum.

17. OCTAVII FERRARII Oratio de Laudibus Vrbis *Patauii.*

18. ANT. RICCOBONI de Gymnaſio *Patauino* Commentariorum Libri Sex.

19. HENR. PALLADII de OLIVIS Rerum *Foro-Iulienſium* Libri Vndecim.

20. - - de Oppugnatione *Gradiſcana*, Libri Quinque.

21. BASILII ZANCAROLI, Antiquitatum Ciuitatis *Fori Iulii* Libri Quatuor.

22. IOANNIS CANDIDI Commentariorum *Aquileienſium* Libri Octo.

23. PHILIPPI a TVRRE Diſſertationes de *Beleno*, &c.

24. IOANNIS BAPT. GOYNAEI de Situ *Iſtriæ* Libellus.
25. MARCI ANT. SABELLICI de Vetuſtate *Aquileiæ* & *Fori Iulii* Libri Sex.
26. - - Vicentinus Crater.
27. PAVLI PINCII de *Timauo* Fluuio Diſſertatio.
28. IOVITAE RAPITII Deſcriptio Balneorum ad *Timaui* oſtium.
29. IO. PIER. VALERIANI, Antiquitatum *Bellunenſium* ſermones Quatuor.
30. ANT. de VILLE Antiquitates Portus & Vrbis *Polæ*.

Tomus *Septimus* 2. *Voll.*

1. BARTH. DVLCINI de *Bononiæ* vario Statu Libri Sex.
2. IO. BAPT. AGOCCHI Fundatio & Dominium antiquum Vrbis *Bononiæ*.
3. *Deſcriptio Bononiæ* Antiquæ & Hodiernæ.
4. CYNTHII IO. BAPT. GYRALDI de *Ferraria* & *Ateſtinis* Principibus Commentariolum.
5. LAVRENTII SCHRADERI Vrbis *Ferrariæ* Deſcriptio & Monumenta.
6. ALPHONSI CAGNACINI Antiquitates Vrbis *Ferrariæ*.
7. HIPPOLYTI ANGELERII Antiquitates Vrbis *Ateſtinæ* Liber.
8. DESIDERII SPRETI de Vrbis *Rauennæ* Amplitudine &c. Libri Tres.
9. LAVRENTII SCHRADERI *Rauennæ* Vrbis Deſcriptio & Antiquitates.
10. HIERONYMI RVBEI Italicarum & *Rauennarum* Hiſtoriarum Libri XII.
11. PETRI MARIAE KAVINAE *Fauentia* Rediuiua.
12. SCIPIONIS CLARAMONTII *Caſenæ* Vrbis Hiſtoriarum Libri XVI.
13. IACOBI VILLANI Ariminenſis *Rubicon* in Cæſenam *Scipionis Claramontii.*
14. VINCENTII de *Rubicone antiquo* aduerſus Ariminenſes Scriptores Diſſertatio.
15. IACOBI VILLANI de *Rubicone antiquo* Ariminenſi in Piſciatellum Cæſenæ reſponſa.

16.

16. GABRIELIS NAVDAEI Exercitatio quod Nomen *Senæ* non *Caſenæ* ſed *Senogalliæ* conueniat.
17. FORTVNII LICETI pro Vrbis *Cæſenæ* Antiquitate Apologia contra *Scip. Claramontium.*
18. SIMEONIS CLARAMONTII Contentio Apologetica de *Caſena* Triumphante.
19. PHILIPPI ANTONINI *Saſſina* Antiqua.
20. IOSEPHI MALATESTAE GARVFFI Lucerna Lapidaria.
21. IOANNIS FRANCISCI ANGELITAE Vrbis *Recineti* Origines, Hiſtoria & Deſcriptio.
22. FRANCISCI ADAMI de Rebus Geſtis in Ciuitate *Firmana* Fragmentorum Libri II.
23. CAESARIS OTTINELLI *Firmum.*

Tomus *Octauus 4. Voll.*

1. GVILELMI POSTELLI de *Etruriæ* Regione commentatio.
2. FRANCISCI DYNI Antiquitates *Etruriæ.*
3. - - Antiquitates *Vmbriæ.*
4. BARTHOLOMAEI SCALAE Hiſtoriæ *Florentinorum* Libri Quinque.
5. - - *Vita* Vitaliani *Borrhomæi.*
6. POGGII BRACCIOLINI Hiſtoriæ *Florentinæ* Libri Octo.
7. IOANNIS MICHAELIS BRVTI Hiſtoriæ *Florentinæ* Libri Octo.
8. FRANCISCI CONTARENI Hiſtoria *Hetruriæ.*
9. GIOVAN. FILIPPO VARCHI Iſtoria delle Guerre della Republica *Fiorentina.*
10. *La Vita* di Filippo *Strozzi.*
11. MATTHAEI PALMERII de Captiuitate *Piſarum* Hiſtoria.
12. *F. Henrici Noris* Cenotaphia *Piſana.*
13. DOMINICI ANGELI de Deprædatione *Caſtrenſium.*
14. IVSTI FONTANINI de Antiquitatibus *Hortæ* Coloniæ Etruſcorum Libri Duo.
15. ANDREAE MVGNOTII Eremi *Camaldulenſis* Deſcriptio.
16. CAESAR ORLANDIVS de Vrbis *Senæ* eiusque Epiſcopatus antiquitate.

17. ANTONII MASSAE de Origine & Rebus *Faliſcorum* Liber.
18. PETRI CVRSII Ciuitatem *Caſtellanam Faliſcorum*, non *Veientum* Oppidum eſſe.
19. IACOBI MAZZOCHII *Veji Defenſi* Diſſertatio.
20. FAMIANI NARDINI *Vejium* Antiquum.
21 DOMINICI MAZZOCCHII *Veiorum* Defenſoris Epiſtola Apologetica.
22 POMPEII ANGELOTTI Deſcriptio & Antiquitates Vrbis *Reate*.
23. DOMINICI BARNABAE MATTHAEI Memoriæ Hiſtoricæ *Tuſculi* Antiqui.
24. IACOBI MANILLI Deſcriptio *Villæ Burgheſiæ*.
25. PYRRHI LIGORII Deſcriptio *Villæ Tiburtinæ Hadrianeæ*.
26. FRANCISCI MARTII Hiſtoria *Tiburtina* amplificata.
27. ANTONII del RE Antiquitates *Tiburtinæ*.
28. IOSEPHI MARIAE SVARESII *Præneſtes* Antiquæ Libri Duo.
29. PHILIPPI a TVRRE Monumenta Veteris *Antii*.
30. NICOLAI ALEMANNI de *Lateranenſibus* Parietinis.

Tomus *Nonus*, *8. Voll.*

1. BENEDICTI di FALCO Antiquitates *Neapolis*.
2. HENRICI BACCI Deſcriptio Regni *Neapolitani*.
3. ANTONIVS SANFELICIVS de Situ ac Origine *Campaniæ*.
4. CAMILLI PEREGRINI Hiſtoria Principum *Langobardorum*.
5. - - - Diſſertationes de Veteri Significatu Vocis *Portæ*.
6. - - - Diſſertationes de *Campania* Felice.
7. IVLII CAESARIS CAPACII Antiquitates & Hiſtoriæ *Neapolitanæ*.
8. - - - Antiquitates & Hiſtoriæ *Campaniæ* Felicis.
9. MARCI ANTONII SVRGENTIS *Neapolis* Illuſtrata.
10. BARTHOLOMAEI FACII de rebus Geſtis ab *Alphonſo* primo *Neapolitanorum* Rege commentariolus.
11. IOANNIS IOVIANI PONTANI Hiſtoriæ *Neapolitanæ* Libri VI.
12. ANGELI FONTICVLANI Belli *Bracciani*, *Aquilæ* geſti fidelis Narratio.

13.

13. FERRANTIS LOFFREDI Antiquitas *Puteolorum.*
14. SCIPIONIS MAZZELLAE Vrbium *Puteolorum* & *Cumarum* Deſcriptio.
15. - - - Situs & Antiquitas *Puteolorum.*
16. IOANNIS FRANCISCI LOMBARDI Eorum quæ de Balneis aliisque Miraculis *Puteolanes* ſcripta ſunt Synopſis.
17. ANTONII FERRI Apparatus Statuarum in deſtructis *Cumis* inuentarum.
18. IVLII CAESARIS CAPACII de *Balneis* Liber.
19. AMBROSII LEONIS Antiquitatum nec non Hiſtoriarum Vrbis ac Agri *Nolæ* deſcriptio.
20. HENRICI BRENCMANNI Diſſertationes de Republica *Amalphitana.*
21. ANTONII MAZZA Vrbis *Salernitanæ* Hiſtoria & Antiquitates.
22. MVTII PHOEBONII Hiſtoriæ *Marſorum* Libri Tres.
23. LVCII CAMARRAE de *Theate* Antiquo Libri Tres.
24. Aes Rediuiuum *Canuſiorum*, per *Abbatem* DAMADENVM.
25. D. PAVLI ANTONII de TARSIA Hiſtoriarum *Cuperſanenſium* Libri III.
26. GABRIELIS BARRII de *Calabriæ* Antiquitate & Situ Libri Quinque.
27. IOANNIS IVVENIS de Antiquitate & Varia Fortuna *Tarentinorum* Libri Octo.
28. ANTONII GALATEI de Situ *Iapygiæ* Liber.
29. PHILIBERTI PINGONII *Auguſtæ Taurinorum* Chronica & Antiquitatum Inſcriptiones.
30. R. D. PETRI IOFFREDI *Nicæa* Ciuitas Sacris Monumentis illuſtrata.
31. BENEDICTI ACCOLTI de Præſtantia Virorum ſui æui Dialogus.
32. PETRI AZARII Chronicon Geſtorum in *Lombardia.*
33. Fr. ANDREAE BILII Hiſtoriæ Patriæ Libri Nouem.
34. GEORGII FLORI de Bello Italico & rebus Gallorum Libri Sex.
35. PETRI PAVLI BOSCHAE de Origine & Statu Bibliothecæ *Ambroſianæ* Libri Quinque.
36. P. D. CHRISTOFORI GIARDAE Liberalium Diſciplinarum Icones Symbolicæ Bibliothecæ Alexandrinæ.

37. DOMINICI MACANEI *Verbani* Lacus Locorumque adiacentium Chronograpica Deſcriptio.

38. FRANCISCI BELLAFINI de Origine & Temporibus Vrbis *Bergomi* Liber.

39. M. ANT. MICHAELIS Agri & Vrbis *Bergomatis* deſcriptio.

40. VINCENTII CORONELLI Rerum ac Temporum *Bergomenſis* Eccleſiæ Synopſis.

41. BARTHOLOMAEI FARINAE de *Bergomi* origine, & fatis Commentarius.

42. ANTONII CORNAZZANI, de Vita & Geſtis *Bartholomæi Colei*, commentariorum Libri Sex.

43. HELIAE CAPREOLI Chronicorum de Rebus *Brixianorum* Libri Quatuordecim.

44. ALEXANDRI SQVADRONI Faſciculus Laudum *Regii Lepidi.*

45. LAVRENTII SCHRADERI Deſcriptio *Regii Lepidi.*

46. TORELLI SARAYNAE de Ciuitatis *Veronæ* Origine &c. Libri VI.

47. - - - Hiſtoriarum & Geſtorum *Veronenſium* tempore Scaligerorum Libri tres.

48. IOS. IVST. SCALIGERI Epiſtola de Vetuſtate & Splendore Gentis *Scaligeræ.*

49. ANDREAE CHIOCCI de Collegii *Veronenſis* Illuſtribus Medicis & Philoſophis &c.

50. PAVLI CIGALINI de C. Plinii Secundi Natur. Hiſtor. ſcriptoris vera Patria.

51. POLYCARPI PALERMI de vera C. Plinii Secundi Patria atque ea Verona Libri Tres.

52. IOANNIS NICOLAI DOGLIONI Diſſertatio de Origine & Antiquitate Ciuitatis *Belluni*, &c.

53. LAVR. MARVCINI *Baſſanum* ſiue Diſſertatio de Vrbis Antiquitate & de Viris eiusdem Illuſtribus.

54. HIERONYMI BARVFFALDI de Poetis *Ferrarienſibus* Diſſertatio.

55. IOSEPHI LANZONI de Iatrophyſicis *Ferrarienſibus* Diſſertatio.

56. CAESARIS BRIXII Vrbis *Caſenæ* Deſcriptio.

57. Fr. BERNARDINI MANZONII *Caſenæ* Chronologia.

58. GEORGII MARCHESII *Foro Liuii* Ciuitatis celeberrimæ Compendium Hiſtoricum.

59. AL-

59. ALPHONSI CICCARELLI de *Clitumno* Vmbriæ Flumine celeberrimo Opuſculum.

60. GABRIELIS NAVDAEI Tabularii Maioris Templi *Reatini* Inſtauratio.

61. NALDI NALDII Vita *Iannoctii Manetti.*

62. MARTINI MANFREDI Monumentorum Hiſtoricorum Vrbis *Lucæ* Libri Quinque.

63. GAVGES de GOZZE de Inſcriptione Columnæ Roſtratæ olim in Foro Romano Diſſertatio.

64. FRANCISCI MARIAE de ASTE de Memorabilibus Hydruntinæ Eccleſiæ Epitome.

Tomus *Decimus*, 15. *Voll.*

1. PHILIPPI CLVVERII *Sicilia* Antiqua.
2. CL. MARII ARETII *Siciliæ* Chorographia accuratiſſima.
3. DOMINICI MARI NIGRI *Siciliæ* deſcriptio.
4. PLACIDI CARRAFAE *Sicaniæ* Deſcriptio & Delineatio.
5. ANTONII MONGITORIS Regni *Siciliæ* delineatio.
6. P. OCTAVII CAIETANI Iſagoge ad Hiſtoriam Sacram *Siculam.*
7. ALBERTI PICCOLI de Antiquo Iure Eccleſiæ *Siculæ* Diſſertatio.
8. ANTONII de AMICO de Vrbis *Syracuſarum* Antiquo Archiepiſcopatu.
9. D. D. FRANCISCI BARONII ac MANFREDI Iudicium in Anton. de Amico de antiquo *Syracuſarum* Archiepiſcopatu &c.
10. D. ROCCHI PIRRI Diſquiſitiones de Patriarcha *Siciliæ*, de Metropolita *Siciliæ*, & de Præſulum *Sicilienſium* Electione.
11. - - - *Sicilia* Sacra 2. Voll.
12. - - - Notitia Cappellæ *Sancti Petri in Panormo.*
13. CAESARIS BARONII *Cardinalis* de Monarchia *Siciliæ.*
14. THOMAE FAZELLI de rebus *Siculis* Decades Duæ.
15. FRANCISCI MAVROLYCI *Sicanicarum* Rerum Compendium ſiue *Sicanicæ* Hiſtoriæ Libri Sex.

16. MICHAELIS RITII de Regibus *Siciliæ*, eorumque Origine & Succeſſione Libri IV.
17. FELINI SANDEI de Regibus *Siciliæ* & *Apuliæ*, Liber.
18. ROCCHI PIRRI Chronologia Regum.
19. GAVFREDI MALATERRAE de Rebus Geſtis *Roberti Guiſcardi* Ducis *Calabriæ* & *Rogerii* Comitis *Siciliæ*.
20. ALEXANDRI *Cœnobii S. Saluatoris Vallis Celeſinæ Abbatis*, *Rogerii* Siciliæ Regis, Rerum Geſtarum Libri IV.
21. *Hiſtoria* breuis Liberationis *Meſſinæ* a Saracenorum dominatu per Comitem Rogerium.
22. PTOLOMAEI *Lucenſis*, *Roberti Guiſcardi* & eorum Principum, qui *Siciliæ* regnum adepti ſunt Genealogia.
23. HVGONIS FILCANDI de Rebus Geſtis in *Siciliæ* regno Hiſtoriæ.
24. Deſcriptio Victoriæ per Carolum contra *Manfredum* Siciliæ Regem.
25. SABAS MALASPINAE rerum *Siculærum* Libri Sex.
26. NICOLAI SPECIALIS rerum *Siculærum* Libri Octo.
27. *Anonymi* Chronicon *Siciliæ*, complectens accuratam Regni *Siciliæ* Hiſtoriam.
28. CONRADI VECERII Hiſtoria de duabus Seditionibus *Siciliæ* ſub Imperio Caroli V.
29. PHIL. PARVTAE, Leon. Auguſtin. &c. &c. *Sicilia* Numiſmatica. 3. *Voll.*
30. GEORG. GVALTHERII *Siciliæ* & adiacentium Inſularum atque Bruttiorum Tabulæ Antiquæ.
31. IOSEPHI BONFILII & CONSTANTII *Meſſanæ* Vrbis nobiliſſimæ Deſcriptio.
32. PLACIDI REYNA Vrbis *Meſſanæ* Notitia Hiſtorica.
33. ANTONII PHILOTHAEI de HOMODEIS *Ætnæ* Topographia.
34. PETRI CARRERAE Deſcriptio *Ætnæ* Libri Tres.
35. ALEX. BVRGOS Deſcriptio terræ motus *Siculi*.
36. D. PETRI CARRERAE Monumentorum Hiſtoricorum Vrbis *Catanæ*, Libri IV.
37. Epiſtolæ *Diodori*, cum annotationibus D. PETRI CARRERAE.

38. D.

38. D. PETRI CARRERAE Diſquiſitio de vero ſignificatu Numiſmatum quorundam *Meſſanenſium* ſeu Mamertinorum *Catanenſium*.

39. IOHANNIS BAPTISTAE de GROSSIS *Catanenſe* Decachordum ſiue nouiſſima Sacræ Eccleſiæ *Catanenſis* Notitia.

40. IOH. BAPT. GVARNERII Diſſertationes Hiſtoriæ *Catanenſis*.

41. VINCENTII MIRABELLAE & ALAGONAE Ichnographiæ *Syracuſarum* antiquarum explicatio.

42. IACOBI BONANNI & COLVMNAE, *Syracuſarum* antiquarum illuſtratarum Libri Duo.

43. IOANNIS PAVLI CHIARANDAE *Plutia* ſiue *Platia* Ciuitas *Siciliæ*, antiqua & noua.

44. P. MARII PACE Antiquitatas *Caltageronis* Vrbis Pulcherrimæ Siciliæ.

45. MARIANI PERELLI Antiquitas *Sicli* quam olim vocarunt *Caſmenas*.

46. VINCENTII LITTARAE de Rebus *Netinis* Libri Duo.

47. PLACIDI CARRAFAE *Motucæ* Deſcriptio ſeu Delineatio.

48. AVGVSTINI INVEGES *Carthaginis* Siculæ Deſcriptio.

49. MARIANI VALGVARNERAE de Origine & Antiquitate *Panormi* Diſſertatio.

50. FRANCISCI BARONI ac MANFREDIS de *Panormitana* Maieſtate Libri IV.

51. AVGVSTINI INVEGES *Panormus* Antiqua.

52. ANTONINI MONGITORIS Sacræ domus Manſionis SS. Trinitatis Militaris ordinis Teutonicorum Vrbis Panormi Monumenta.

53. IOSEPHI VINCENTII AVRIAE Notitia Hiſtorica Originis & Antiquitatis *Cephaledis*.

54. HIERONYM. RAGVSA Elogia *Siculorum*, qui Veteri Memoria Literis floruerunt.

55. BENEDICTI COCHORELLAE *Tremitanæ* olim Diomedeæ Inſulæ accuratiſſima Deſcriptio.

56. PALLADII FVSCI de ſitu *Oræ Illyrici* Libri Duo, cum notis IOH. LVCII.

58. IOANNIS LVCII de Regno *Illyrici* Liber.

59 - - - Inſcriptiones *Dalmaticæ*.

60. PHILIPPI CLVVERII *Sardinia* & *Corſica* Antiquæ.

61. IOANNIS FRANCISCI FARAE de rebus *Sardois* Hiſtoriæ.

62. SALVATORIS VITALIS Annales *Sardiniæ*.

63. QVINTINI HAEDVI Deſcriptio Inſulæ *Melitæ*.

64. COELII SECVNDI CVRIONIS de bello *Melitenſi* Hiſtoria.

65. *Commendatoris Fr.* IO. FRANCIS. ABELAE Deſcriptio *Melitæ* Libris Quatuor.

66. IO. HEN. MAII duo Specimina Linguæ *Punicæ*.

§. III.

Italiam antiquam deſcripſit PHILIPPVS CLVVERIVS, *Lugduni Batauorum 1616. f.* qua non ſolum ſtatum generalem, ſed etiam ſingularium prouinciarum, qualis ſub Romanis fuit, deſcribit. ATHANASII KIRCHERI *Latium* prodiit *Amſtelodami 1671. f.* in quo etiam ſtatum & politiam veteris Latii declarat. Maiori cura & eruditionis antiquariæ apparatu inſtructum PETRI MARCELLINI CORRADINI *Vetus Latium profanum & ſacrum Tomus primus Romæ 1704. 4. chart. auguſta* impreſſum & *Tomus II. ibid. 1707.* & qui huius opus perſecutus IOSEPHVS ROCCVS VVLPIVS S. I. cuius *Vetus Latium profanum*, tanquam prioris continuatio eſt, cuius Tomus III. editus Tomus vero IV. *Patauii 1727. 4. mai.* agit de *Veliternis* & *Coranis*; *Tomus V. Patauii 1732. 4.* de *Lanuuinis & Ardeatibus.* Addatur EIVSD. *Tabula Antiatina e ruinis veteris Antii effoſſa, interpretatione & notis illuſtrata, Romæ 1726. 4. mai.* Nec omittendi hic ANTONII RICCHI Libri duo inſcripti: *la Reggia di Volſci* editi *Neapoli 1713. 4.* quibus & imperium omne Volſcorum, & vetuſtiſſimæ Volſcorum ciuitatis *Coræ* notitiam pleniorem, exhibuit. Alias extat ABRAHAMI OR-

TELII

TELII *Italia antiqua, Antwerpiæ* 1595. *f.* qui ſolum ad vrbium deſcriptionem facit. Geographiam Italiæ medii æui curatiſſime dedit Domnus CASPAR BERETTA, Monachus Benedictinus, Regius Ticini Lector, qui Tabulæ Italiæ medii æui, quæ *Tomo X.* Muratoriano proſtat, addidit *Diſſertationem Chorographicam, pro vſu Tabulæ, Italiæ Græco-Longobardico-Francicæ, quæ Tomo X. Corporis Mediolanenſis* MVRATORIANI extat, ſummo ſtudio & labore elaboratam medii æui nominibus regionum, vrbium, fluminum, & montium opportune appoſitis atque illuſtratis, antiquioribus originibus intermixtis. Iungendæ tamen huic & ſolerter expendendæ: *in Diſſertationem Italiæ medii æui Cenſuræ tres, Viterbienſis, Veneta & Brixiana, cum Reſponſis tribus pro* Anonymo Mediolanenſi, *Palatinis ſociis accurantibus, Mediolani* 1729. 4. latino partim, quod ad maiorem vero partem, italico ſermone ſcriptæ. Magna eruditæ diligentiæ laude, ex theſauris Scriptorum Italiæ & monimentorum in lucem productorum, erutæ ſunt ſummi Viri LVDOVICI ANTONII MVRATORII *Antiquitates Italicæ Medii æui*, quarum *Tomus Primus* ſplendide editus *Mediolani* 1738. *f.* quibus exhibentur Diſſertationes de moribus, ritibus, religione, regimine, magiſtratibus, legibus, ſtudiis literarum, artibus, lingua, militia, nummis, principibus, libertate, ſeruitute, fœderibus, aliisque faciem, & mores Italici Populi referentibus poſt declinationem Romani Imperii ad annum 1500. Quæ vtiliſſima notitiæ argumenta illuſtrata & confirmata ingenti copia diplomatum & chartarum veterum, nunc primum ex Archiuis Italiæ depromptarum, additis nummis, chronicis aliisque monumentis nunquam editis. Ex quibus præſtantiſſimi operis conditio patet, cuius continuationem mecum omnes auide expectant.

§. IV.

§. IV.

In *recentiori Geographia* occurrunt IO. ANTONIVS MAGINVS, qui *Nouam* totius *Italiæ deſcriptionem* dedit, *Arnhemi 1617. 4.* NICOLAVS REVSNERVS libros duos *de Italia*, *Argentorati 1588. 8.* PHILIPPI BRIETII habemus *Parallela geographica Italiæ*, *Pariſiis 1649. 4.* LVDOVICI GVICCIARDINI *Deſcriptionem Italiæ*, *Amſtelodami 1616. 12.* qui ad vrbes potiſſimum facit. Sed præcipue æſtimari debet LEANDRI ALBERTI *Deſcriptio totius Italiæ*, quæ primum *italice* prodiit *Bononiæ 1550. 4. Venetiis 1577. 4.* poſt latine verſa per *Guilielmum Kyriandrum*, *Coloniæ 1567. f.* in qua continentur ſitus Italiæ, origo & ciuitatum caſtellorumque dominationes, cum priſcis & recentibus nominibus, conſuetudinibus populorum, regionum conditionibus, & hominum in ea illuſtrium. Montes, lacus, flumina, fontes, balnea, mineræ cum mirabilibus ſingulorum operibus. Cum autem hodie multa fuerint immutata, non amplius ſufficit. IODOCI HONDII *Italia*, *Amſtelodami* prodiit *1626. 4.* nec tamen ſine næuis eſt. Sed præſtat hiſce MARTINI ZEPLERI *Itinerarium Italiæ nou-antiqua, oder Reiſe-Beſchreibung durch Italien*, *cum figuris æri inciſis Matthæi Meriani*, *Francofurti 1640. f.* Hoc opus ob vrbium deſcriptiones, quas prolixas habet, atque figuras elegantes eſt æſtimandum: Coniungendus qui occaſione belli ob Succeſſionem Hiſpanicam geſti in Italia editus eſt liber: *Schauplatz des Krieges in Italien, oder accurate Beſchreibung der Lombardey, worinnen der Hertzogthümer Meyland, Savoyen, Piemont, Montferrat, Parma, Modena und Mantua, auch derer Republiquen, Venedig, Genua und Lucca, auch anderer kleiner Fürſtenthümer*

mer alte und neue Hiſtorie, Geographie und Staats-verfaſſung aufs genaueſte entworffen wird, nebſt denen Grundriſſen der Stædte, Leipzig 1702. 8. Huc quoque pertinent: *Deliciæ Italicæ* editæ *Francofurti 1609. 12.* quæ an eædem ſint cum CYPRIANI EICHOVII *Deliciis Italiæ, Vrſellis 1603. 4.* impreſſis, ignoro. *Le Sieur de* ROGISSART *Delices de l' Italie*, quæ poſt *Pariſienſem* editionem copioſiores prodierunt *à Leide 1706. 12. 3 Voll. & ibid. 1709. 12. 3. Voll.* In *Deſcriptione Italiæ breui & accurata*, quæ edita *Vltraiecti 1650. 12.* vrbium memorabilia indicata reperiuntur, quæ eſt æſtimanda in geographicis. Ad choro- et geographiam illuſtrandam multum ſubſidii adferunt, qui Italiæ deſcriptionem in *Itinerariis* dederunt. IOANNIS HENRICI a PLAVMERN *Mercurius Italicus hoſpiti fidus per Italiæ præcipuas regiones & vrbes dux, Auguſtæ Vindelicorum 1625. 8.* atque explicat quæ in quauis vrbe viſa ſunt digna. IOSEPHI FVRTENBACHII *Itinerarium Italiæ Vlmæ 1637. 4.* ANDREAE SCHOTTII & Fr. HIERONYMI ex CAPVGNANO *Bon. Ord. Prædicatorii. Itinerarium latine* prodiit, *Vicentiæ 1601. 8. & Pars Secunda, ibid. 1600. Coloniæ 1620. 12.* & *italice* ibid. & *Paduæ 1659. 8. 1638. 4.* in quo ſecundum diuerſa Itineraria procedit, palatia publica, & quod potiſſimum eſt ritus, qui hinc inde obſeruantur, deſcribit. AVDEBERTI *Voyage d' Italie, Pariſiis 1656. 8.* & RICHARDI LASSELII *Reiſebeſchreibung durch Italien, Franckfurt 1673. 12.* ex anglico verſa, atque *Voyage du Prince de Conde en Italie, Paris 1666. 12.* Recentiorum cum primis auctorum de Statu Italiæ & memorandis obſeruationes ſunt euoluendæ, quales *Voyage d' Italie curieux & nouveau, a Lyon 1681. 12.* cuius auctor *Huguetanus* Lugdunenſis Aduo-

Aduocatus, qui regiones, vrbes, portus, hortos, monumenta &c. deſcribit. Adiecit *Iacobus Sponius* Catalogos Palatiorum, ædium ſacrarum, pinacothecarum &c. & clarorum atque doctrina & arte illuſtrium virorum. FRANCISCI de SEINE *nouveau Voyage d' Italie, à Lyon 1699. 12.* quo non ſolum continetur omnium Italiæ prouinciarum, vrbiumque deſcriptio accurata, viarum publicarum deſignatio & memorabilia, quæ viſu in eadem ſunt digna, vt indicis loco eſſe potuerit illis, qui ob Iubilæum Romæ celebrandum Italiam tum temporis adibant. Lectu digniſſimæ ſunt obſervationes ſumma libertate factæ, quas deprehendes in GILBERTI BVRNETI *Lettres containing an Account of what ſeemed moſt remarkable in Swizerland, Italy &c. Rotterdam 1686. 12. & gallice Rotterdam 1718. 12. germanice, Lipſiæ 17 12.* Elegans eſt & commendatiſſima multoque ſæpe ſale condita MAXIMILIAN MISSON *Nouveau Voyage d' Italie, à la Haye 1691. 12. 3. Voll.* cum figuris æneis ſcitiſſimis, *germanice* verſa interprete CHRISTIANO IVNCKERO *Lipſiæ 1702. 8.* & iterum additis quibusdam notis *ibid. 1713. 8.* Quæ non obſeruarat *Miſſonus*, ſuppleta ſunt curioſe, libere, acute, elegantiſſime in Angli ADDISON *Remarks on ſeveral Parts of Italy in the year 1701. 1702. and 1703. London 1705. 8.* & hiſce egregia ſubſidia præbet ſcripta accurate & eleganter peregrinatoris felicis & prudentis Dn. IOACHIMI CHRISTOPHORI NEMEIZ *Nachleſe beſonderer Nachrichten von Italien, als ein Supplement von Miſſon, Burnet, Addiſſon und andern, Erſter und Zweyter Theil, Leipzig 1726. 8.* Prodiit quoque *ibidem eod. loco & anno* EIVSD. *Inſcriptionum ſingularium, maximam partem nouiſſimarum Faſciculus,* quas in itinere ſuo in

in Italiam facto, adhuc aut ineditas, aut typis ſparſim exſcriptas reperit. Ex parte huc faciunt: *Viaggi per l' Italia, Francia e Germania* di NICCOLO MADRISIO, *Venetia 1717. 8.* quibus carmine Etruſco eleganti peregrinationes ſuas deſcripſit, adiectis copioſis notis, quæ res lectu dignas continent. Pertinet huc Tomi prioris, Sectio prior partem ſuperiorem Italiæ Sabaudiamque complectens; & Sectio poſtrema Tomi alterius, qua Roma & Neapolis ſiſtitur atque illuſtratur. Quod ab Anonymo lingua gallica ſcriptum, & ex autographo in belgicum idioma translatum plenum curioſiſſimarum annotationum eſt Itinerarium, a docto viro, qui circa finem Sæc. XVII. Italiam ſolerter perluſtrauerat collectum XXII. Epiſtolis, ſtatum curiæ Romanæ & vrbium Italiæ, qualis fuit circa exitum Sæculi XVII. libere deſcribit, & editum ſub indice: *Tegenwoordigen Toeſtand van het Pauſelike Hof nevens alle andere Hoven, Republyken en vornamſte Staden van Italien in Miſſiven van de Iaeren 1690. 1691. 1692. Vytrecht 1696. 4.* cum figuris æneis & germanice verſum ſub titulo: *Curieuſe und vollſtændige Reiſe-Beſchreibung von Italien, Freyburg 1701. 4.* vitioſe impreſſum omiſſis figuris æri inciſis. Varias obſervationes literarias, antiquitates, fragmenta & excerpta MSCtorum dant Monachorum Benedictinorum IOANNIS MABILLONII *Muſeum Italicum, Pariſiis 1687. 4. 2. Voll.* BERNARDI de MONTFAVCON *Diarium Italicum, Pariſiis 1702. 4.* & IACOBVS TOLLIVS, cuius *Inſignia Itinerarii Italici, Traiecti ad Rhenum* edita *1696. 4.* varia inedita ex bibliothecis Italiæ depromta, exhibent.

§. V.

In generali *Italiæ* Hiſtoria primum occurrunt

runt Scriptores, qui de *origine* atque *Antiquitatibus Italorum* commentati. EDMVNDVS DICKINSONVS diatriben edidit *de Noæ aduentu in Italiam*, *Oxonii 1655. 8. & Lipſiæ 1670. 8.* PETRVS LEO CASELLA *de primis Italiæ colonis* fuit commentatus & Tuſcorum origine, ac Republica Florentina, *Lugduni 1606. 8.* OCTAVIANI FERRARII *de Origine Romanorum a Troianis* Liber, ſingillatim editus *Mediolani 1607. 8.* atque *Tomo I. Antiquitatum Rom. Græuiano* inſertus. Elaboratiſſimæ ſunt illuſtriſſimi Viri SCIPIONIS MAFFEI *Origines Etruſcæ*, italice ab eodem ſcriptæ, atque ſub elogio: *degli Itali primitivi ragionamento* adiectæ ipſius *Hiſtoriæ Diplomaticæ*, *Mantuæ 1727. 4.* editæ, latine exhibuit has *Origines Etruſcas*, *Ioannes Georgius Lotterus*, *Lipſiæ 1731. 4.* iisque de priſcis ac primis ante Vrbem C. Italiæ incolis curioſe disquiritur. Vt taceam Scriptores illos, qui de origine Romanorum & primis Italiæ colonis fuerunt commentati, de quibus iamdum *Capite IV.* §. *II.* diximus. Nec repetemus ſcriptores illos, qui ſtatuas, inſcriptiones, aliaque antiquitatis monumenta, quæ apud Italos reperiuntur, deſcripſerunt atque explicarunt, quos iamdum in *Syntagmate Antiquitatum Romanarum* parte generali §. XIV. recenſuimus.

§. VI.

Præter hoſce reperiuntur alii, qui ad *vniuerſalem Italiæ Hiſtoriam* aut Periodi cuiusdam memorabilis, faciunt. Vtpote: *Hiſtorie vniverſale de ſuoi tempi di* GIOVAN. VILLANI *Venetia 1559. 4.* quo res Italiæ ab O. C. ad An. 1348. annotatæ. GIROLAMO BRIANI *Iſtoria d' Italia*, edita *Venetiis 1624. 4.* ERYCI PVTEANI *Hiſtoriæ Inſubricæ* ſiue *Barbaricæ*

ricæ ab origine Gentis ad Othonem M. Imp. Libris Sex, deſcribuntur breuiter irruptiones barbarorum gentium in Italiam ab a. 157. ad a 973. qui editi *Louanii 1630. f.* & *Antwerpiæ 1634. 24.* nec non cum additione locorum in citatis Auctoribus omiſſorum, adiectione aliorum, & breuium hinc inde notarum, vti & indice commentarii contenta ſimul comprehendente, auctiores, curante RVDOLPHO GODOFREDO KNICHENIO *Francofurti & Lipſiæ 1678. 4.* FLAVIVS BLONDVS præter alia ſcripta quæ in antiqua Romanorum hiſtoria edidit, ſcripſit quoque *Hiſtoriarum ab Imperii Romani inclinatione, Libros XXXI.* quos in tres decades diuiſit, qui cum reliquis eiusdem operibus prodierunt, *Baſileæ 1559. f.* Deſcribit in eadem ab a. 412. ad a. 1440. Italorum, Gothorum, Vandalorum, Longobardorum, Saracenorum, Germanorum, Gallorum, Hiſpanorum, aliorumque populorum geſta. Eiusdem eſt *Italia illuſtrata,* in qua non modo regiones & vrbes, ſed alias etiam res, inprimis quæ ſequiori tempore in Italia notabiles deſcribit. Hanc cum egregiis CAROLI SIGONII *Libris XX. de Occidentali Imperio ab an. 281. ad a. 565.* aliisque *XX. de Regno Italiæ ab an. 570. ad an. 1200.* quibus hiſtoriam Imperatorum atque Italiæ vsque ad Rudolphi Habsburgici tempora deſcripſit capite nono §. I. iamdum recenſuimus. Ad has rerum viciſſitudines deſcribendas ſtilum quoque adhibuit EMANVEL TESAVRO *del Regno d' Italia ſotto i Barbari Epitome con le annot. del* VALERIANO CASTIGLIO, *Torino 1664. f. Venet. 1707. 12.* & PIETRO FRANC. GIAMBVLLARI *Hiſtoria dell' Europa dell Anno 700. ſin a 913. Venet. 1566. 4.* & CYPRIAN MANENTE *Iſtoria* dal *970. ſino al 1400. Venet. 1561. 4.* qui res quidem Europæas huius æ-

vi, maxime tamen Italicas narrant. Grauitate & prudentia pleniſſimi, florentinique ſermonis elegantia concinnati FRANCISCI GVICCIARDINI *della Hiſtoria d' Italia dopo l' anno 1494. al 1526. Livri* XVI. *Fiorenza 1561. f.* quæ purum Guicciardini textum exhibet a nemine editorum immutatum. Hi libri XVI. recuſi, cum REMIGII FLORENTINI *Annotationibus Marginalibus*, & errorum quorundam emendatione *italice Venetiis 1563. 4.* & *tertia* horum XVI. librorum Editio *Venet. 1565. 4.* Subſecuti: *Gli ultimi IV. libri inſino al 1532. non piu ſtampati, Venet. 1564. 4.* quorum primas lineas duxerat *Guicciardinus,* anonymus vero compleuit. Recuſi *quartum Libri XVI. ibid. 1567. 4.* Iunctim omnes XX. Libri editi cura TOMASO PORCACHI cum ipſius notis marginalibus, *Venetiis 1573. 4.* & *ibid. 1586. 1590. & 1610. 4.* porro in *Geneva 1621. 8. 2. Voll. Pariſiis 1636. 4.* & *Venetiis 1638. 4.* cura *Franciſci Sanſouini*, tandemque *ibid.* cum notis *Thomæ Porcachi 1640. 4.* quæ præſtantior reliquis habetur. Latine hos Hiſtoriarum libros nitide eleganterque vertit COELIVS SECVNDVS CVRIO, primam eandemque incorruptam *Florentinam* editionem ſecutus, quæ verſio *Baſileæ 1566. f. & ibid. 1567. 8. 2. Voll.* excuſa. *Germanice*, interprete *Georgio Forberger* editi *Baſel 1574. f.* & *gallice* cura *Hieronymi Chomodey Paris 1612. f.* Loca quædam in omnibus editis exemplis omiſſa, ex autographo decerpta legas in libello, qui *Thuani reſtituti* titulo editus *Amſtelodami 1663. 12.* & in GOLDASTI *Monarchia S. R. I. p. 15.* atque ſub finem *Hiſtoriæ Papatus* HENRICI HEIDEGGERI & alibi. Ad continuandum *Guicciardinum* adhiberi poſſunt, quod ad res Italicas, licet non ea qua vir ſummus vſus, gravitate, libertate & prudentia ſcripta ſint ſequentia

tia monimenta. Nempe: *Iſtoria de ſuoi tėmpi di* GIOVAMBATISTA ADRIANI Gentilhuomo Fiorentino, *Venetiis 1583. 4.* qua equidem *Iacobi Nardi* Hiſtoriam Florentinæ ciuitatis ad annum 1531. continuatam, ipſe ad an. vsque 1594. produxit, ſed omnes Italiæ imo orbis res, quæ ipſi cognitæ, Libris XX. annotandas cenſuit. Italiam in ſua compilatione magis reſpexerunt LVCAS ASSARINI commentariis, ſub indice: *Guerre d' Italia dall 1513. ſino al 1630. in Torino 1665. f.* Latino ſermone eventus notabiles in Italia per Sec. XV. partem breuiter complexus LEONARDVS ARETINVS *Rerum ſuo tempore in Italia geſtarum Commentario*, cura *Annibalis Cruceii, Lugduni 1539. 4.* editos atque recuſos T. XIX. *Muratoriano.* ſup. *p. 1336.* Ad tempora recentiora pertinent: IOSEPHI RICCII *Narrationes rerum Italicarum ab an. 1613. ad a. 1653. Venetiis 1655. 4.* non adeo magni momenti. PIETRO GIOVANNI CAPRIATA *Hiſtoria Libri dodeci dall 1613. al 1644.* editi *Genova 1639. 8. & 1650. 8.* & *ibid. 1663. 4. 3. Tomis.* cui iungendi: *della Hiſtoria d' Italia di* GIROLAMO BRVSONI *Libri XL. dall' Anno 1625. ſino al 1676. in Venetia 1677. 4.* & *Memoires des derniers Guerres d' Italie, Paris 1669. 12. 2. Voll.* in quibus ſcriptoribus ſingularia quidem quædam annotata, maximam partem tamen ſtudio partium laborant. Coniungendi VITTORIO SIRI *Memorie recondite & Mercurio*, qui iam *Cap. VII. §. XII. p. 139.* recenſiti, alii *p. 134.* indicati.

§. VII.

Ad *Statum politicum* totius Italiæ faciunt primum Tractatus varii *de Principatibus Italiæ, Lugduni Batauorum 1631. 24.* nimirum: *Incerti Auctoris de Principibus Italiæ Commentarius*, ex italico in Latinum verſus a THOMA SEGETHO, & Tractatus de *Territoriis, potentia, familiis, fœderibus*

Principum, Rerumpublicarum, & eorum, qui hodie in Italia rerum potiuntur, ex variis auctoribus collectus a IOANNE de LAET, quo præcipue regimen atque adminiſtratio quæ tum erat, deſcribitur. GREGORIVS LETI *L' Italia regnante overo nova Deſcrittione della State preſenti di tutti Principati et Republiche d' Italia, Geneve 1676. 12.* in qua non ſolum generalem Italiæ hiſtoriam deſcribit, de populis & Principibus agens, ſed etiam de incolarum ratione atque numero, academiis & viris præcipuis, qui in iisdem clarent. De *Italiæ ſtatu antiquo & nouo contra Machiauellum* egit THOMAS BOZIVS, *Coloniæ 1595. 8.* IOANNES GAILLARDVS anglice ſcripſit *de præſenti ſtatu prouinciarum & rerum publicarum Italiæ, Londini 1669. 12.* LVDOVICI RVDOLPHINI de SABLONETA tractatus *de origine, dignitate ac poteſtate Ducum Italiæ, quibus regalia Iura Imperii competunt, Derthonæ 1605.* recuſus, curante *Chriſtophoro Beſoldo, Argentorati 1624. 4.* Inſignia diplomatum & monimentorum ſubſidia ad notitiam Italiæ adornandam præbet, conductus ex rarioribus libris editis et MSCtis promouente IOANNE CHRISTIANO LÜNIGIO *Codex Italiæ Diplomaticus, Quatuor Tomis Lipſiæ 1725. 1735. f.* editus, vellem tamen maiorem in deſcribendis hisce chartis adhibitam fuiſſe accurationem.

§. VIII.

Italiæ *Status Eccleſiaſticus* Epiſcopalis copioſiſſime expoſitus in FERDINANDI VGHELLI *Italia Sacra, ſiue de Epiſcopis Italiæ & Inſularum adiacentium, rebusque ab iis præclare geſtis ad noſtram vsque ætatem, in XX. prouincias diuiſa, Romæ 1642. 1645. 1648. 1662. f. Nouem Voll.* qua hiſtoriam Archi- & Epiſcopatuum vitasque Epiſcoporum Italiæ a primis originibus ad ſua vsque tempora incre-

incredibili ſtudio conduxit & vetera monimenta hiſtorica, diplomata, chartas, libros chronicos ad res Italicas maximam partem pertinentia ex MSCtis Codicibus eruta, inſeruit & adiecit. Cum rarior eſſet facta hæc Sacra Italia, eandem emendauit, ſuppleuit, & ſeriem Epiſcoporum ad tempora fere editionis produxit V. C. NICOLAVS COLETVS in noua Editione, quæ *Venetiis* 1717. 1721. *f.* Decem Voluminibus. Quæ autem diſperſa legebantur in Romana Editione vetera monimenta, conducta, Tomo Decimo intulit iunctimque euoluenda obtulit *Coletus*. Poſt *Vghellum*, breuiori expoſitione complexa, prodiit IVLII AMBROSII LVCENTII *Italia Sacra reſtricta, aucta, veritati magis commendata*, *Romæ* 1704. *f.* De AVGVSTINI LVBINI vero *Italia Eccleſiaſtica in ſuas XX. diſtincta Prouincias ſiue Italiæ Epiſcopalibus Eccleſiis tum extantibus, tum exciſis Tabula Geographica expreſſis*, vide *Ephemerides eruditorum Pariſienſ. a.* 1692. *p.* 230. De *antiquis Italiæ Metropolibus* pererudita eſt *Exercitatio hiſtorica* DOMINICI GEORGII, *Romæ* 1724. 4. edita, qui ſub finem ſtatuit, neminem de Romana Eccleſia bene mereri, qui in Italia Metropoles expungat. De ſingularibus Epiſcopatibus in Italia varii extant ſcriptores, quos omnes recenſere non huius eſt loci, annotamus tamen iam obvios, MICHAELEM nempe IVSTINIANVM de *Tiburtinis Epiſcopis*, italice *Romæ* 1665. 4. & FRANCISCVM IGNATIVM LAZARI de *Tiphernatibus Epiſcopis*, italico ſermone *Fulginii* 1693. 12. Princeps inter Ordinis S. Benedicti Monaſterium eſt *Montis Caſſini*, in Regno *Neapolitano*, cuius fata exponit LEONIS *Marſicani*, Monachi Caſſinenſis *Chronicon*, *Sacri Monaſterii Caſinenſis* ab a. C. circiter 500. ad 1087. quod vſque ad annum 1138. continuauit PETRVS

DIACONVS. Hoc ſæpius *Venetiis 1513. Pariſiis 1603. Neapoli 1616.* & cum ANGELI de NVCE Abbatis Caſini notis *Pariſiis 1668. f.* excuſum, poſtea Tomo IV. *Corporis* Mediol. cum variis acceſſionibus inſertum. Res celeberrimi huius Monaſterii copioſiſſime enarrauit ERASMVS GATTOLA, inter alias dignitates Caſſinenſis Archiui Cuſtodis tenens, *Hiſtoria Abbatiæ Caſſinenſis per Seculorum ſeriem diſtributa*; cuius *Pars I. & II. Venetiis 1733. f.* & *Acceſſiones, ibid. 1734. f.* prodierunt, atque inſigni Diplomatum & chartarum apparatu ab ipſis Archiuis ſumpto, ſuperbit. Quibus omnibus præmittitur ſplendidiſſimi huius Coenobii accurata deſcriptio. Tomo vero *Acceſſionum* additum: *Chronicon Richardi de S. Germano*, ex cuius editione patet grauiſſimis erroribus ſcatere eiusdem editionem, quam debemus *Muratorio* in *Scriptor. Rerum Italicar. Tom. VII. f. 968.* & *Anonymorum* Monachorum *Caſſinenſium breue Chronicon* ab an. 1000. vsque ad an. 1212. Ad eccleſiaſticam quoque Italiæ hiſtoriam ſpectat domus *Lauretana* fabulis fictisque miraculis celebratiſſima. Ex pontificiis HIERONYMVS ANGELITA edidit *Hiſtoriam translationis ædiculæ S. B. Mariæ, quæ Loreti ſeruatur*, italicè *Maceratæ 1579.* quem continuauit VICTORIVS BRIGANTIVS *1602. 8.* MARCI LIMAE *Narratio Translationis ſacræ domus Lauretanæ in Picenum*, ſ. hiſtoriæ Lauretanæ compendium græca vulgari lingua prodiit *Romæ 1648. 12. De Domo Lauretana* italice ſcripſit ANTONIVS SALTVS, *Maceratæ 1654. 8.* & SILVIVS SERAGLIVS, *Maceratæ 1655. 8. Lauretanam Hiſtoriam* libris quinque expoſuit HORATIVS TVRSELLINVS, *Moguntiæ 1597. 8.* quos *Hiſpanice* vertit *Ioannes Roxas*, *Madriti 1609. 4.* & *anglice Thomas Pricius*, *Audomari 1608. 8.* IOANNES de BVRGOS *Diſcurſus panegyricos* edidit *de*

Domo

Domo Lauretana, cum auctario ad Turſellinum, vsque ad annum 1659. hiſpanice, *Madriti 1671. f.* FELICIS MARIANELLI *perſtricta Relatio arcanæ domus Lauretanæ* prodiit *Firmii 1650. 4.* Ex *Turſellino* atque aliis *Hiſtoriæ Lauretanæ* libros duos conſcripſit BARTHOLOMAEVS CASSIVS, *Romæ 1617. 8.* NICOLAVS BRALION gallico ſermone *Hiſtoriam Domus Lauretanæ* ſcripſit, *Pariſiis 1665. 8.* quo non ſolum ipſam domum prolixe deſcribit, ſed etiam tranſlationis hiſtoriam narrat. De *miraculis Mariæ Lauretanæ* egit RAPHAEL RIERA, *Maceratæ 1573. 8.* Omnium pleniſſime de *Domo* hac famoſiſſima expoſuit PETRVS VALER. MARTORELLI, libro amplo: *Teatro della ſanta Caſa Nazarena, Roma 1732. f.* duobus *Tomis*. Quorum *primo*, diuerſos ſcriptores de ſancta hac Domo recenſet, variosque integros inſeruit, vtpote *Raphaelis Riera* S. I. commentarios nondum editos, & qui multa ex iisdem ſua fecit *Horatii Turſellini*, Libros quinque, cum interpretatione italica *Bartholom. Zuchi*, qui librum ſextum addidit, aliasque narrationes cum editas, tum ineditas, & defenſiones; *Tomo* vero *ſecundo*, fata & miracula copioſe, more ſolito, recenſet. Cum autem ex *Proteſtantibus* eſſent, qui omnia falſa eſſe probarent, erant, qui ipſis ſe opponerent. PETRVS PAVLVS VERGERIVS primus erat, qui de *Idolo Lauretano* ageret, quod ſcriptum italice primum, inde latine verſum prodiit *1554. 4.* ſed FRANCISCVS TVRRIANVS contra eiusdem capita argumentorum *reſponſionem* dedit *Ingolſtadii 1584. 4. Idolum Lauretanum* MATTHIAS BERNEGGERVS cum expoſuiſſet *Argentorati 1619. 4.* reſpondit eidem PETRVS RVESTIVS *in apologia pro Deiparæ Virginis Mariæ Camera & Hiſtoria, Coloniæ 1625. 4.* Quidquid tamen ſit, valent adhuc argumenta

Vergerii atque *Berneggeri*. Secutus hoſce fuit CHRISTIANVS KORTHOLTVS *de Domo Nazarena Lauretana* in disquiſitionibus Anti-Baronianis, *Coloniæ 1677. 4.* Nec omittendus IO. GERHARDI MEVSCHEN cuius *Madonna & Santa Caſa di Loretto, oder die liebe Frau und das heilige Hauß zu Loretto, Francofurti 1703. 8.* edita, vbi non ſolum ipſam domum Lauretanam, ſed etiam eiusdem theſauros, miracula atque peregrinationes deſcribit.

§. IX.

Origines, fata & ſtemmata *illuſtrium in Italia Familiarum* cum vniuerſim, tum ſingillatim multa induſtria ſunt inueſtigatæ, regnant tamen perſæpe vt in aliarum gentium Genealogiis fauor, communis traditio, adulatioque. Eminent inter hos Scriptores FRANCESCO ZAZZERA commentariis *della Nobilta d' Italia con figura in Napoli 1615. & 1618. f. 2. Voll.* & FRANC. SANSOVINO *della Origine & de Fatti delle famiglie illuſtri d' Italia*, in *Venegia 1609. 4.* nec non GIOVANNI PIETRO de CRESCENZI *Corona della Nobilta d' Italia overo Compendio dell' Iſtorie delle Famiglie illuſtri; dove oltra l' origine di molte Caſate nobiliſſime, ſi ha continuata l' Iſtoria della Nobilta e Republica Veneta, Bologna 1639. & 1642. 4. 2. Voll.* Egregie ex his aliisque præclaris ſubſidiis deducta IACOBI WILHELMI IMHOFII *Hiſtoria Italiæ & Hiſpaniæ genealogica, Noribergæ 1701. f.* qua Stemma Deſiderianum ab ima radice cum ſuis ſtirpibus ac ramis, vnde Italiæ & Hiſpaniæ Reges Proceresque exegeſi hiſtorica perpetua illuſtrantur, inſigniumque iconibus exornantur. Addantur *Eiusdem* ſummi Viri *Genealogiæ XX. illuſtrium in Italia Familiarum, Amſtelodami 1710. f.* Suppleuit emendauitque *Imhofium* IOANNES GEORGIVS

GIVS ECCARDVS in libello inſcripto: *Stemma Deſiderii Regis Longobardorum genuinum*; qui adiectus eius *Hiſtoriæ Genealogicæ Principum Saxoniæ ſuperioris p. 589.* Alii in conquirendis Genealogiis illuſtrium certarum Italiæ partium occupati fuerunt, nempe SCIPIONE AMMIRATO *delle Famiglie nobili Napoletane, Parte I. in Fiorenza 1580 f.* & *Parte ſecunda, in Fiorenza 1681. f.* & CARLO *de* LELLIS *Diſcorſi delle Famiglie nobili del Regno di Napoli, Napoli 1663. f.* addatur PHILIBERTI CAMPANILE *l' anniosro inſegne de Nobili Napoletani, Napoli 1610.* & ex auctiore Editione *1680.* BIAGIO ALDIMARI *Memorie hiſtoriche di diverſe Familie nobili coſi Neapolitane come foraſtiere Napoli 1691. f.* *Siciliæ* Familias illuſtrauit FILADELFO MVGNOS *Teatro Genealogico delle Famiglie nobili titolate, feudatarie & antiche nobili del Regno di Sicilia viventi ed eſtinte, Palermo 1647. & 1655. f. 2 Voll.* *Florentinas* conquiſiuerunt ſtudioſe SCIPIONE AMMIRATO *delle Famiglie nobili Fiorentine*, Parte *Prima, in Fiorenze 1615. f.* & EVGENIO GAMVRRINI *Hiſtoria Genealogica delle Nobili Famiglie Toſcane ed Vmbre, in Fiorenza 1668. f. 5. Voll.* Singularium *Familiarum* in illuſtri poſitarum fata conſignarunt MAXIMILIANO DEZA in *Iſtoria della Famiglia Spinola, Piacenza 1694. f.* a primis originibus ad Seculum XVI. vsque. *Columnenſium Proceres, Imagines & Memorias nonnullas* hactenus in vnum redactas expoſuit Abbas DOMINICVS *de* SANTIS, *Romæ 1675. 4.* atque æmulæ ſæpe Columnenſibus familiæ celſæ *Vrſinæ* commemorabilia FRANCESCO SANSOVINO *dell' Hiſtoria della Caſa Orſina Libri IX. con IV. Libri degli huomini illuſtri della medeſima Famiglia ei loro ritratti intagliati in rame, Venetia 1565. f.* FELICIS porro CONTELORII *Genealogia Familiæ Co-*

mitum Romanorum, *qua cum primariis Nobilitatis Romanæ Principibus affinitates indicantur*, *Romæ 1650. 4.* FERDINANDI VGHELLI extat *Albero & Iſtoria della Famiglia de Conti di Marſciano*, *Roma 1677. f.* CAROLI de VENASQVE eſt *Hiſtoria Genealogica Gentis Grimaldæ*, *Pariſiis 1647. f.* BIAGIO ALDIMARI ampla eſt *Hiſtoria Genealogica della Famiglia Carafa*, *Neapoli 1691. f. 3. Voll.* *Sabaudicæ* Familiæ excelſiſſimæ origines, fata & incrementa indicatæ breuiter in PHILIBERTI PINGONII *Arbore Gentilitia Sabaudiæ Saxoniæque Domus*, *Taurini 1681. f.* ample vero & accurate ex ipſius archiuorum fontibus in perrara SAMVEL GVICHENON *Hiſtoire Genealogique de la Royale Maiſon de Savoye*, *Lyon 1660. f. 2. Voll.* cum figuris æneis nitidis & inſigni plane apparatu Diplomatico. Extat quoque: *Hiſtoire Genealogique de l' Etabliſſement de la Maiſon de Savoye*, *Paris 1691. f.* ANTONIVS *de* GRASSIS edidit: *Maurocena Megaloprepeia ſeu Maurocениadum Faſtorum libros decem*, in quibus gentile Sereniſſimæ Domus Maurocenæ Hypomnema continetur, *Venetiis 1682. 8.* Egregii vero Venetorum Herois *Franciſci Mauroceni Peloponneſiaci*, *Venetiarum Principis geſta* expoſuit pragmatice & pereleganter IOANNES GRATIANVS, Bergomenſis, *Patauii 1698. 4.* De Vita *Andreæ Doriæ* Libri Duo CAROLI SIGONII culte ſcripti prodierunt cum Eiusd. *rebus Bononienſibus* & extant *Tom. III. Operum* a *Philippo Argelato* iunctim editorum cum editoris animaduerſionibus & documentis. Magnæ auctoritatis Cardinalis, qui res Curiæ Romanæ in Germania & Polonia ſumma prudentiæ laude procurauit *Ioannis Franciſci Commendoni Vita* ſcriptore ANTONIO MARIA GRATIANO, edita *latine Lutetiæ Pariſiorum 1661. 4.* & *Patauii 1685. 12.* & *gallice* interprete eleganti FLECHIER *La Vie de Cardinal Jean François Commendon*, *Paris 1695. 12.*
An-

Andreæ Cantelmi Ducis *Populi* in Regno Neapolitano, res bellicæ pro Domo Auſtriaca in Italia, Germania, Hungaria, Belgio, Catalaunia ſumma dexteritate Sæc. XVII. geſtas eleganter politeque deſcriptæ in *Vita di D. Andrea Cantelmo, ſcritta da Lionardo di* CAPOA, *Neapoli 1693. 4.* adiecta tum Conſiliorum, quæ ſuper diuerſis Status & belli negotiis *Cantelmus* conſignauit, tum Epiſtolarum, quas ad præcipuos quosdam magnates exarauit, farragine. De aliis *Italiæ Heroibus* elogia reperias in *Scena d' huomini illuſtri d' Italia de Co.* GALEAZZO GVALDO PRIORATO *in Venetia 1659. 4.*

§. X.

A generalis his Italicæ Hiſtoriæ Scriptoribus progredimur ad *ſpeciales*, vbi *Romanæ Vrbis* primum occurrunt. Tacemus iam pleroſque, qui Antiquitates atque Opera magnifica æternæ Vrbis ſolerter deſcripſerunt, de quibus eleganter & erudite egit B. IOANNES ALBERTVS FABRICIVS *Bibliographia Antiquaria, Hamburgi 1716. 4.* edita *Cap. VI. de iis, qui deſcriptionem veteris Vrbis Romæ ediderunt, p. 147. ſeqq.* Nos hic tantum ſelectiores quosdam excitabimus. Receptam communi fere eruditorum ſuffragio opinionem de Vrbis *Romæ* fundatione per Romulum contra aliter ſentientes, magno apparatu quadraginta tribus Capitibus aſſeruit IOHANNES STEPHANVS GRANARA in Diſſertatione ampla, quæ inſcripta eſt: *Dell' Antichità ed Origine di Roma, in Venetia 1734. 4. mai.* Ad ſtatum antiquum æque ac recentiorem facit ALEXANDRI DONATI Senenſis, Ieſuitæ, *Roma vetus & noua*, quæ prodiit *Romæ 1639. 4.* additis figuris elegantiſſime delineatis a *Iohanne Goerce* ex veſtigiis ædificiorum ruinis, monumentis, recuſus *Romæ 1665. 4. Amſtelodami 1694. 4.* & *Italice*

lice Romæ 1653. 8. 2. Voll. nec non *Tomo II. Græuiano* qui vrbis partes, opera & ornamenta, monumentaque potiora, non ſolum figuris nitidis expreſſit, ſed etiam eruditis commentariis illuſtrauit. Copioſiores ac ordinatiores in ſtatu antiquo exponendo ſunt FAMIANI NARDINI *de Roma veteri & noua* octo libri, italice primum editi *Romæ 1666. 4.* recuſi *ibid. 1704. 4.* poſt auctoris mortem cura *Octauii Falconerii*, poſt a *Iacobo Tollio* latine verſi, & *Theſauro Græuiano* Tomo IV. inſerti, iuſti inſtar commentarii ſunt in Publii Victoris & Sexti Ruffi & Anonymi libellos de regionibus Vrbis Romæ. In eodem emendauit quædam FRANCISCVS DESEINE, qui edidit *Rome ancienne & moderne, à Lyon 1690. 12. IV. Voll. & Leide 1713. 10. Voll.* cum multis figuris æneis & auctiores quoque. Tripartitus eſt hic liber, cuius prior pars Romam antiquam, altera Romam nouam, tertia ipſum regimen papale conſiderat, atque omnem aulæ Romanæ hierarchiam, diligentius autem in hodierna facie Romæ illuſtranda eſt, in veteri breuius deſcribenda ſecutus fere *Nardinum*. Recuſus belgice curante W. V. R. cum nitidis tabulis æneis *Amſtelodami 1704. f.* Admirandæ veteris Romæ reliquiæ pulcerrimo opere oculis & animis exhibitæ, in: *Les Reſtes de l' ancienne Rome, recherchez avec ſoin, meſurez, deſſinez ſur les lieux & gravez par feu* BONAVENTVRE OVERBEKE *ſous les Pontificats d' Innocent XI. Alexandre VIII. & d' Innocent XII. inprimé aux depens de* MICHEL d' OVERBEKE, *Amſterdam 1709. f.* quæ explicandis iconibus adiuncta ſunt, extant non modo *gallice*, ſed & in huius operis aliis exemplis *latine*. Iungi poſſunt: *Admirandæ Romanarum Antiquitatum & veteris ſculpturæ ve-*

ſtigia

ſtigia anaglyphico opere elaborata, ex marmoribus Farneſianis, aliisque, quæ Romæ adhuc extant, tum in arcubus & vetuſtis ruinis, hortis, villis, cum notis IOANNIS PETRI BELLORII, *Romæ 1673. f.* & *in Theſauro Græuiano T. IV.* quo & *T. III.* plures huc ſpectantes Scriptores extant. IOANNIS THEODORI SPRENGERI *Roma noua* prodiit *Francofurti 1667. 12.* qua non ſolum agit de ſtatu & potentia Pontificis, Cardinalibus & variis Romanorum ritibus, ſed etiam de ſitu, palatiis, foris, aliisque memorabilibus vrbis Romæ, leuidenſi tamen labore. CAROLVS FONTANA templi huius ex parte Architectus, edidit: *Il Tempio Vaticano e ſua Origine, Roma 1694. f.* cum pluribus figuris æri inciſis, addita eſt verſio latina *Iohannis Ioſephi Bonnerüe de St. Romain*, deſcribuntur ſimul iisdem commentariis ædificia maxime conſpicua, antiquitus & recens ibidem conſtituta. Addantur PHILIPPI BONNANI *Numiſmata ſummorum Pontificum Templi Vaticani Fabricam indicantia, Romæ 1696. f.* cum multis figuris æneis, & chronologica fabricæ iſtius admirabilis narratione. Pleni ſingularium obſeruationum ad Eccleſiæ & Curiæ Romanæ res memorabiles pertinentium ſunt CAESARIS RASPONI *de Baſilica & Patriarchio Lateranenſi Libri Quattuor, Romæ 1656. f.* cum figuris æneis. ANTONIVS BOSIVS *Romam ſubterraneam* in lucem produxit, quod opus poſtumum *italice* prodiit diſpoſitum a *Ioanne Seuerano de S. Seuerino*, recognitum ab *Octauio Pico, Romæ 1560. 4. & 1632. f.* tractat in eadem potiſſimum de antiquis Chriſtianorum, martyrum inprimis, cœmeteriis, & cenotaphiis, quæ in cryptis ſubterraneis Romæ adhuc videntur, eaque figuris expreſſit, varias inſcriptiones, aliaque antiquitatis monumenta addidit, & egregie illuſtra-

illuſtrauit. Hunc ſecutus eſt PAVLVS ARINGHIVS, qui eandem *latine* verſam edidit *Romæ 1651. f. 2. Voll. Coloniæ 1651. f.* & ſub titulo: PAVLI ARINGHII *Roma ſubterranea nouiſſima*, *Pariſiis 1659. f.* Germanice Boſianum laborem vertit *Chriſtianus Baumannus*, *Arnhemi 1671. 12.*

§. XI.

Hiſtoriæ *Pontificum Romanorum* quidam Scriptores indicantur in LVDOVICI IACOBI *a* S. CAROLO *Bibliotheca Pontificia* duobus libris diſtincta, quorum primo agitur ex profeſſo de omnibus Romanis Pontificibus a S. Petro vsque ad Vrbanum VIII. ac de Pſeudo-Pontificibus, qui ſcriptis claruerunt: in ſecundo vero de omnibus auctoribus, qui cum in generali, tum in particulari eorum vitas & laudes, nec non præcellentiam auctoritatemue poſteritati conſecrarunt, *Lugduni 1643. 4.* Ordinem hic alphabeticum ſeruat in recenſendis Scriptoribus. Secutus eundem fuit CASPAR SAGITTARIVS, in Introductione ſua ad hiſtoriam eccleſiaſticam capite XXV. qui de hiſtoria Pontificum Scriptores ordine chronologico recenſet; multa ex Ludouico Iacobi ſumſit, ſed varios etiam in eodem errores adnotauit. Antiquiſſimum eſt DAMASI *Pontificale*, ſiue de geſtis ſummorum Pontificum liber, licet ex variis Pontificum Romanorum catalogis conflatum potius fuiſſe plerique velint. Seculi noni ſunt & ANASTASIO *Bibliothecario* adſcribuntur *Vitæ Romanorum Pontificum*, a B. Petro Apoſtolo ad Nicolaum I. adiectæ *Hadriani II.* & *Stephani VI.* Vitæ a GVILIELMO Bibliothecario conſcriptæ. Variæ *Anaſtaſii* ſunt editiones, prodiit enim *Moguntiæ 1602. 4.* quæ adhibitis codicibus Bibliothecæ Heidelbergenſis,

ſis, procurata *a Joanne Buſæo*, porro *Pariſiis 1620. 4.* ſtudio *Iacobi Sirmondi*, nec non *Pariſiis* ex *Typographia Regia 1649. f.* cura CAROLI ANNIBALIS FABROTTI, quæ editio voluminibus ſplendidiſſimi *Corporis Byzantini* adiungitur. Cum antiquiſſimo Codice, & tribus aliis exemplaribus Ambroſianæ Bibliothecæ, ad *Blanchini* editionem collatæ hæ Vitæ, curis Virorum clariſſimorum *Ioſephi Antonii Saxii*, *Hieronymi Blanci* & *Philippi Argelati* addita erudita Præfatione *Blanchini* & ſua cura MVRATORII inſertæ, Tomo III. *Corporis Mediolanenſis.* Splendidiſſima & inſtructiſſima eſt illa, quæ hoc prodiit titulo: ANASTASII Bibliothecarii de *Vitis Romanorum Pontificum a B. Petro Apoſtolo ad Nicolaum I. adiectis Vitis Hadriani II. & Stephani VI. autore* GVILLELMO *Bibliothecario, ſub auſpiciis Sanctiſſimi Domini noſtri Clementis XI.* elegantiſſimis ſane formis & typis *Ioa. Mariæ Saluioni* Typographi Vaticani, cura eruditiſſimi Viri FRANCISCI BLANCHINI producta, cuius *Tomus Primus Romæ 1718. f.* editus, quem ornat perdocta & prolixa Blanchini Præfatio, *Tomus Secundus Romæ 1723. f.* qui editoris Cl. *Blanchini* Prolegomena, quæ ſi ſingillatim compingantur, iuſti voluminis molem efficere poſſunt, & variorum in *Anaſtaſium* notas exhibet, cum primis varios Catalogos antiquos Pontificum Romanorum & Chronologias, cum editoris Diſſertatione de antiquis Romanorum Pontificum Catalogis, Pars vero Secunda huius Tomi dat doctiſſimorum Virorum notas in Anaſtaſium, nimirum: *Emanuelis a* SCHELSTRATEN; *Antonii Dadini* ALTESERRAE, cuius notæ & obſervationes ſingillatim editæ *Pariſiis 1680. 4.* *Severini* BINII, *Philippi* LABBEI, *Franciſci* BENCII; *Franciſci* BLANCHINI, *Alphonſi* CIACCONII, *Fran-*

ciſci

ciſci PAGII, *Ioannis Claudii* SOMIERII, quas inter iudicio, accuratione & eruditione præcipuæ editoris *Blanchini*; *Tomus Tertius Romæ 1728. f.* poſt Prolegomena continuationem Notarum exhibet; T. IV. *Romæ 137. f.* editus Plenius de hac *Anaſtaſii* Hiſtoria inquiſiuit IOANNES CIAMPINVS *Examine Libri Pontificalis, ſiue Vitarum Romanorum Pontificum, quæ ſub nomine Anaſtaſii Bibliothecarii circumferuntur*, *Romæ 1688. 4.* & *Tomo Tertio S. R. I.* MVRATORII p. 33. vbi & pag. 1. EMMANVELIS a SCHELSTRATE, Bibliothecæ Vaticanæ Præfecti *de Antiquis Romanorum Pontificum Catalogis*, ex quibus Liber Pontificalis concinnatus fuit & de Libri Pontificalis auctore & præſtantia, extat Diſſertatio. Ciampinus docte inquirit in verum auctorem libri, maxime dum prior pars hiſtoriæ Anaſtaſio abiudicetur. Hic autem *Anaſtaſius* rudi licet ſtylo exponat, multa tamen teſtimonia veritatis exhibuit, adiectus eſt *Moguntinæ* editioni LIVTHPRANDI Liber *de Pontificum Romanorum geſtis a S. Petro vsque ad tempora Formoſi Papæ*, cuius ſcripti tamen alium auctorem vel Monachum *Corbeienſem*, vel *Hirſchfeldenſem* faciunt. Simul prodiit : ABBONIS *Epitome de Vitis Pontificum ex Anaſtaſio excerpta*, vtraque ſunt excerpta ex Anaſtaſii vitis. Ceterorum Pontificum Romanorum Vitas, vel a coæuis, vel aliis ſcriptas *Tomo III. Muratoriano* & *Tomi Tertii* Parte altera, complexas, exquire ſupra *§*.II. p.*1325*. MARTINI POLONI *Chronicon Impp. & Pontificum. Coloniæ* prodiit *1616. f.* breuiarium eſt a variis interpolatum, ſed non adeo magni momenti. Inſignis Vitarum Pontificum Romanorum ſcriptor eſt ex Bibliothecæ Vaticanæ ſubſidiis BAPTISTA ſ. BARTHOLOMAEVS SACCHVS, a loco natali PLATINA *dictus*, qui iuſſu Sixti IV. P. R. compoſuit *Hiſtoriam de vitis Pontificum Romanorum*, a Chri-

a Chriſto nato ad Pauli II. obitum, ſeu ad annum 1481. ſcripſit, quæ variis locis & temporibus edita eſt, nimirum *latine* prodiit *Venetiis 1511. f.* qua vitæ quatuor Pontificum ex RAPHAELIS VOLATERRANI *Commentariis Vrbanis* acceſſere; *Lugduni 1512. 8. Venetiis 1518. f. Coloniæ Agr. 1529. 1540. 1544. 1551. 1568. 1574. f.* cum Continuatione *Onuphrii ibid. 1593. 4. mai.* cum *Onuphrio* & *Cicarella* & ibid. *1600.* & *1610. 1626. 4. Louanii 1572. f.* ſine loci mentione forte apud *Batauos 1645. 12.* quæ præclara & ad nondum caſtratum & mutatum exemplum impreſſa, & *1664. 12.* ſine loci mentione. *Italice* hæ vitæ editæ, vti aſſerunt primum *in Venetia 1518. 8. ibid. 1543. 4.* ad Sixtum IV. producta, & *ibid. 1563. 4.* interprete *Lucio Fauno*, & ibid. *1583. 8. gallice à Paris 1519. f.* & *ibid. 1551. 8.* & *1651. 4. germanice, Mainz 1604.* & *Franckfurt 1615. f.* Præcipue vero illæ Editiones æſtimantur, quæ Seculo decimo quinto factæ, cum nondum caſtratæ, nempe *Venetiis 1479.* quæ princeps eſt auctore viuo edita, & *Noribergæ 1481. f.* per *Antonium Koburger*; Habuit ad manus Sacchus præclara ſubſidia, nec vitia Pontificum reticuit, & ſatis animi habuit in ſcribenda veritate. Poſt RAPHAELEM VOLATERRANVM, qui L. XXII. *Commentar. Vrbanor.* Vitas *Sixti IV. Innocentii VIII. Alexandri VI.* & *Pii III.* conſignauit, continuarunt ONVPHRIVS PANVINIVS, qui XIV. Paparum, IOANNES ANTONIVS PETRAMELLARIVS, qui IX. Pontificum ab a. 1555. ad an. 1599. & ANTONIVS CICARELLA, qui VIII. Pontificum Vitas addidere, quorum continuationes ſimul cum Platina prodierunt *Coloniæ 1626. 4.* Sigillatim autem prodierunt ONVPHRII PANVINII *Vitæ Romanorum Pontificum Venetiis 1557. f.* & quæ melior eſt editio *Venetiis 1566. f. Coloniæ 1626. 4.* Breuis eſt

 FRAN-

FRANCISCI CARRIERE *Hiſtoria Chronologica Pontificum Romanorum cum præſignatione futurorum ex S. Malachia, Venetiis 1697. 12.* Concinnas de Pontificibus Ro. narrationes exhibent qui Euangelicis ſacris acceſſerunt duum viri ROBERTVS BARNS cuius *Vitæ Romanorum Pontificum* diligenter & fideliter collectæ a S. Petro, vsque ad Alexandrum III. *Wittebergæ* cum *Lutheri* præfatione prodiere *1536. 8.* Continuare opuſculum promiſit, ſi rex mandauerit, ſed cum ipſe poſtea ob religionem viuus fuerit exuſtus, opus ceſſauit. IOANNES inde BALAEVS *Romanorum Pontificum Acta* vsque ad Paulum IV. libris ſeptem complexus, nec tamen ſemper accuratus eſt. Vtrosque & *Barneſium* & *Balæum* recenſuit atque veterum teſtimoniis, ne quis de fide illorum dubitaret, confirmauit, & vsque ad Paulum V. continuauit IOANNES MARTINVS LYDIVS, *Lugduni Batauorum 1615. 8.* Seculo decimo ſexto plures ſunt, qui Pontificum hiſtoriam ſcripſerunt, quos tamen cum non adeo magni ſint momenti, hic prætermittimus. Vnicum adducimus IOANNEM STELLAM, qui *de vita & moribus Pontificum*, vsque ad annum 1503. ſcripſit *Venetiis 1503. 12.* qui ob veritatem æſtimatur. *Breuiarium Pontificum Romanorum* ex teſtimoniis potiſſimum Pontificiorum ſcriptum ſuccincte excerptum dedit IOANNES CVNRADVS DIETERICHIVS, *Gieſſæ 1663. 8.* quod brevioribus quidem theſibus memorabilia exhibet, ob frequentes tamen, quas facit remiſſiones, locorum communium inſtar, in Pontificum geſtis maxime illuſtribus eſſe poterit. Ampliori expoſitione geſta Pontificum expoſuere ſequentes: ANDRE du CHESNE *Hiſtoire des Papes, Paris 1658. f. 2. Voll. Vitas* a S. Petro vsque ad Paulum V. expoſuit. ALPHONSVS CIACCONIVS

Vitas

Vitas ac res geſtas Pontificum Romanorum & Romanæ Eccleſiæ Cardinalium cum eorundem inſignibus edidit *Romæ 1601. 4.* Continuauit eundem FRANCISCVS CABRERA, ANDREAS VICTORELLVS, HIERONYMVS ALEANDER, FERDINANDVS VGHELLVS, ſub elogio: *Vitæ & res geſtæ Pontificum Romanorum & Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, Romæ 1630. f. 2. Voll.* typis *Vaticanis.* Tandem AVGVSTINVS OLDOINVS *Vitas & res geſtas Pontificum Romanorum & Cardinalium* ab initio ſeculi, vsque ad Clementem IX. a CIACCONIO deſcriptas recognouit & multa acceſſione adauxit *Romæ 1677. f.* quatuor Tomis. Poſt hoſce IOANNES PALATIVS *geſta Pontificum Romanorum* compilauit, quæ quinque Voluminibus conſtant, quorum primum *Venetiis 1687.* quintum *1690. f.* prodiit. Qui auctor non tam ad hiſtoriam facit, in qua nihil habet ſingulare, quam elogia exhibet Pontificum, dum cuiuslibet Pontificis, prioribus ſeculis exceptis, imaginem, ſingulari inſcriptione, monogrammate, ſigillis, ſiue inſignibus gentilitiis decorauit, adiectis etiam nummorum atque epitaphiorum figuris, hæc autem adnotationibus illuſtrauit. Ex Baronii, Pagi aliisque annalibus & ſcriptis excerptum & diligenter congeſtum FRANCISCI PAGI *Breuiarium Hiſtorico-Chronologico-Criticum illuſtriora Pontificum Romanorum geſta, Conciliorum Generalium acta, &c. complectens, Antwerpiæ 1717. & 1718. 4. 3. Voll.* ad Seculum XIV. & Benedictum XI. perductum. Hos omnes vincit AVCTOR *anonymus* diligentiſſimus ac politiſſimus, qui nitida pragmaticaque ſcribendi ratione, citatis locupletibus teſtibus, multo iudicio & libertate ſcripſit *Hiſtoire de Papes depuis S. Pierre jusque à Benoit incluſivement, à la Haye, Tomes V. 1730. 4. mai. 1734.* Numiſmaticam vero

Pontificum hiſtoriam explicauit IOANNES VIGNOLIVS, qui collegit & illuſtrauit *antiquiores Pontificum Denarios Romæ 4.* & iterum ſtudio & cura B. FLORAVANTIS *Romæ 1734. 1738. 4. 2. Voll.* cum figuris æneis. CLAVDIVS MOLINETVS, cuius extat *Hiſtoria ſummorum Pontificum a Martino V. ad Innocentium XI. per eorum Numiſmata explicata* ab anno 1317. ad 1678. *Pariſiis 1679. f.* Cum vero *Molinetus* non omnia Numismata inſpicere potuerit, maiori adparatu illud egit PHILIPPVS BONNANI ediditque *Numiſmata Pontificum Romanorum, quæ a tempore Martini V. vsque ad an. 1699. vel auctoritate publica, vel priuato genio in lucem prodiere, Romæ 1699. f. 2. Voll.* qui non ſolum multo plura adiecit numiſmata, ſed etiam in variorum rituum explicatione longe maiora præſtitit. Facile foret, vitas particulares diuerſorum Pontificum hic addere, cum tamen iſtæ potius ad hiſtoriam eccleſiaſticam ſpectent, ſolum hic remittere liceat ad B. Sagittarii introductionem capite XXVI, quo multa cura vitas haſce particulares indicare adgreſſus eſt. His tantum adiungimus omiſſas ibi, quasdam ſingulares de vita rebusque illuſtrium quorundam Pontificum expoſitiones, nimirum THOMAE MARIAE MINORELLI *Vita S. Pii V. Romæ 1712. 8.* & quæ plena eſt curioſiſſimarum annotationum GREGORIO LETI *Vita di Siſto V. Amſterdam 1693. 12. 3. Voll.* & gallice à *Paris 1693. 12.* & germanice verſa *Leipzig 1706. 8.* Ad res *Alexandri VII.* facit: *Conclaue in quo Fabius Chiſius nunc dictus Alexander VII. ſummus Pontifex creatus eſt, Sleſuici 1656. 8.* editore LEVINO NICOLAO MOLTKEN, qui in præmiſſa Præfatione de Vita *Innocentii X.* commentatus. Decerpti ex actis libellisque publicis de vita rebusque *Clementis*

tis XI. P. R. prodierunt ſub titulo: *Leben und Thaten des klugen und berühmten Pabſts Clementis des XI. Franckfurt 1720. 8. 3. Voll.* cum figuris nummorum æri inciſis, quorum commentariorum auctor proteſtantium ſacris addictus. ANONYMI alterius eſt *Leben und Thaten Pabſts Benedicti des XIII. Franckfurt 1731. 8.* cum fig. Singularia quædam annotata in IOANNIS FRIDERICI MAYERI *de Romani Pontificis Electione* Commentario, qui vna cum acceſſionibus, *Hamburgi 1700. 4.* & cum aliis Opuſculis *Hamb. 1726. 4.* prodiit. Nec plane omittendi, qui illuſtrium quorundam *Cardinalium* vitas resque geſtas conſignarunt, quos inter notabiles: LVDOVICI DONII *d'* ATTICHY *Flores Hiſtoriæ S. R. E. Cardinalium, Pariſiis 1660. f.* tribus Tomis *3. Voll.* quo præſtantiſſimo opere, eminentes quidam ex omnibus Nationibus Purpurati ab a. C. 1049. ad a. 1660. accurate exhibentur. Idem inſtitutum tenuit GEORGIVS IOSEPHVS EGGS *Purpura docta, ſiue Vitæ, Legationes & res geſtæ S. R. E. Cardinalium, qui doctrina & ſcriptis inclaruere, Francofurti 1710. f.* & de Pontificibus ac Cardinalibus ex Francia occidentali ſ. Gallia oriundis ſtudioſe commentatus: PETRVS FRIZON, cuius *Gallia Purpurata, Pariſiis 1638. f.* edita XVII. Pontifices & CCCLII. Cardinales Gallos ſiſtit.

§. XII.

Sunt in Pontificii temporalis regiminis territoriis Vrbes & Ciuitates variæ vetuſtatis monimentis & aliis ornamentis nobiles. De quibus quosdam Scriptorum indicabimus. Vicinum Romæ eſt *Tuſculum*, de quo extant: *Memorie Iſtoriche dell' Anticho Tuſculo oggi Freſcati racolta da* D. DOMENICO B. MATTEI, *Roma 1711. 4.* Elegantibus figuris æneis ornata eſt ANDREAE BRIGENTII

quæ vicina Romæ *Villa Burgheſii*, *vulgo Pinciana* poetice deſcripta, *Romæ 1716. 8.* Conſ. ANTONIO DEGLI EFFETTI libellus *de i Borghi di Roma e luoghi convicini al Soratte Roma 1675. 4. Veteris Antii Monumenta* eruditisſime illuſtrauit PHILIPPVS A TVRRE, *Romæ 1700. 4.* & T. VIII. P. IV. *Theſ. Burm.* De origine, fatis, mutationibus Civitatis inſignis Bononienſis plures commentati, ex vetuſtioribus quidam iam ſupra p. *1335.* indicati. Ex recentioribus ab anno 1500. ſunt ſequentes: GIAMBATTISTA AGOCCHI *l' antica fondatione e Dominio della Citta di Bologna, Bologna 1638. 4.* BARTHOLOMAEVS DVLCINVS exhibuit: *Fondazione di Bologna, ibid. 1638. 4.* idemque *de vario Bononiæ ſtatu* fuit commentatus, *Bononiæ 1631. 4.* Præter hos proſtant: GASPARO BOMBACI *Storia di Bologna, ibid. 1668. 4.* & OVIDIO MONTALBANI *le Antichita più antiche di Bologna, ibid. 1651. 4.* & POMPEIO VIZANI *Storie di Bologna*, Libris X. *ibid. 1596. 4.* atque additis duobus *Bologna 1608. 4,* nec non CHERVBINI CHIRARDACCI *Storia di Bologna* Libris II. *Bologna* Pars I. *1596. & 1605.* Pars II. ibid. *1669. f.* vt & LEANDRO ALBERTI *delle Hiſtorie di Bologna Libri II. ibid. 1541. 4.* & additis Libris V. cura LVCII CACCIANEMICI *Bologna 1588. 1589. 1590. 4.* Sed præ cæteris æſtimandi veniunt CAROLI SIGONII *de rebus Bononienſibus libri VI. Francofurti 1605. f.* Hi *Hiſtoriarum Bononienſium* Libri Sex, extant nouo cultoque habitu, *Tomo Tertio* Operum *Sigonii, Mediolani 1733. f.* editorum, cum notis V. C. *Alexandri Aduocati Macchiavelli*, Bononienſis, addito Eiusdem Adnotatoris *Supplemento* ab Anno MCCLVII. ad Annum vsque MCCLXVII. acceſſerunt *Cardinalis S. Xiſti, Cardinalis Sirleti, & Amalthei in Hiſtoriam Bononienſem Sigonii* Cen-

ſuræ

ſuræ cum eiusdem *Sigonii* Reſponſis ac correctionibus. Addantur ANTONII MAGINI *Bonania perluſtrata, Bononiæ 1669. 4.* & VALERII FELICIS AZZOGVIA *de origine & vetuſtate Ciuitatis Bononiæ*, & SIGONII *de epiſcopis Bononienſibus* Libri Quinque, *Bononiæ 1586. 4.* Comparent nunc quoque *Tomo Tertio* Operum *Sigonii*, cum notis V. C. *Caroli Conſtantii Rabbii*, Bononienſis, eiusdem continuatione ad præſentem diem; additis ſuo loco, nonnullorum Antiſtitum Vitis ab eodem *Sigonio* fuſiori calamo exaratis. Acceſſerunt *nouæ* huic *editioni Vitæ B. Ludouici Morbioli & Pariſii* Ciuium Bononienſium, a *Sigonio* ſcriptæ, vt & *altera fuſior vita* eiusdem B. *Pariſii*, ex Hiſtoriis *Camaldulenſibus* collecta ab *Auguſtinio Florentinio* cum Commentario & notis *Danielis Papebrochii.* Coniungendi CELSO FALCONI *Memorie ſtoriche della Chieſa Bologneſe e de' ſuoi Paſtori, Bologna 1649. 4.* qua ſimul hiſtoriam civilem Vrbis viciniæque dedit. *Rauennatenſis Exarchatus & Vrbis* præcipui Scriptores iam in Corporibus *Mediolanenſi* & *Græuio-Burmanniani* extantes ſupra p. *1323. 1346.* ſunt indicati, ſimul tamen obſeruo HIERONYMI RVBEI *Rauennatum hiſtoriarum vsque ad an. 1588.* Libros XII. quorum vltimus Concilia quatuor Rauennatenſia complectitur, editos fuiſſe iam *Venetiis 1572. 1589.* & *1603. f.* Præter recenſitos annotandæ TOMASO TOMAI *Storia di Ravenna, Peſaro 1574. 4.* SERAFINO PASOLINO *Luſtri Ravennati* V. Parti, *Bologna 1678. 4.* AGNELLI *Vitæ Pontificum Rauennatium, Mutinæ 1708. 4.* iam ſupra laudati. His accedant: GIROLAMO FABRI *Memorie ſacre di Ravenna, Venetia 1664. 4. Ducatus Spoletani hiſtoria* edita a BERNARDINO CAMPELLI *Storia di Spoleti Tom. I. Spoleti 1635. 4. & 1672.* De *Antiquitatibus Hortæ Coloniæ*

niæ Etruſcorum, accuratiſſime commentatus IVSTVS FONTANINI, primum *Libris duobus Romæ 1708. 4.* inſertis quoque *Theſauro S. R. Italiæ* Burmanniano, Tomi VIII. Part. III. & ex noua editione, ſecundis curis & *Libro tertio* aucta *Romæ 1723. 4.* *Vrbini* Ducatus Geo- & topographica Deſcriptio legitur in *Iſtorie dello Stato d' Vrbino di* F. VINCENZO MARIA CIMARELLI, *Breſcia 1642. 4.* *Vrbinatis* Ciuitatis, huiusque ornamentorum laudatores & deſcriptores, collegit dum viveret CLEMENS Papa XI. Vrbinas, edidit vero ipſius nepos & ciuis ANNIBAL Cardinalis ALBANVS ſub titulo: *Memorie concernenti la Citta di Vrbino*, quorum *Tomus primus* editus italice, *Romæ 1724. f.* reliqui tres huius Syntagmatis expectantur. Continentur autem *Tomo hoc* I. ſequentes ſcriptiones ſingulares: 1) BERNARDINI BALDI Vrbinatis, *Encomium patriæ*, ſingillatim edit. *Vrbino 1706. 8.* 2) *Eiusdem, Deſcriptio Palatii Ducalis a Friderico Principe extructi*; 3) FRANCISCI BIANCHINI *Spiegazione delle Scolture contenute nelle LXXII. Tavole di marmo, e baſſi relievi collocati nel baſamento eſteriore del Palazzo di Vrbino*; 4) *Eiusd. Notizie e Prouve della Corografia del Ducato di Vrbino e della longitudine e latitudine Geografica della città medeſima &c.* De *Auximo*, quæ vrbs Pentapoleos in *Piceno* caput, accurate commentatus LVDOVICVS MARTORELLVS *Memorie hiſtoriche dell' antichiſſima & nobile Città d'Oſimo, Venetia 1705. 4.* qui ex Archiuis luculentum Diplomatum ac chartarum apparatum, adiecit. De *Eugubina Cathedra Metropolitanæ Sedis Vrbinatis Suffraganea* extat Diſſertatio *Vrbini 1727. 8.* edita. GIROLAMO MVTIO extat *Storia de' Fatti di Federico Duca d' Vrbino, Venezia 1605. 4.* Vrbis Ducatusque *Ferrariæ* memorabilia annotarunt:

GAS-

GASPARO SARDI *Storie Ferrareſi*, *Ferrara 1556. 4.* & cum *Sardi* & AVGVSTINI FAVSTINI additionibus, *Ferrara 1646. 4.* additaque HIERONYMI BARVFFALDI *Continuatione* ad an. *1700. Ferrara 1700. 4.* De *Ateſtinis* vero Principibus *Ferrariæ* quondam Dominis, mox inter *Mutinenſes* Scriptores exponendum. *Caſenæ Hiſtoria* CLARAMONTII edita *Caſenæ 1641. 4.* cui adiungendæ filii SIMEONIS CLAROMONTII *contentio apologetica de Cæſena triumphante*, aduerſus *Liceti* oppoſitiones, primum *italice* ab *Archangelo* a *Galeata*, *Cæſenæ 1660. 4.* edita, *latine* verſa & præfatione aucta *Tomi VII. P. II. Theſ. Burm.* vbi & prior Hiſtoria extat vt & FORTVNII LICETI *pro Vrbis Cæſenæ antiquitate Apologia*, deſumta ex ipſius Libro *de Annulis antiquorum Vtini 1645. 4.* edito. BERNARDINI vero MANZONI *Cæſenæ Chronologia*, *Piſis 1643. 4.* lucem vidit. *Fauentiam antiquiſſimam regionem* conatu hiſtorico geographico produxit *rediuiuam* PETRVS MARIA KAVINA, *Fauentiæ 1670. 4.* & *Tom. VII. Part. II. Burmanniani Theſ.* ſed vix prodromum Operis libellus hic exhibet. Præter hunc extant: GREGORIO ZVCCOLO *Cronica di Faenza dal 700. fino al 1236. Bologna 1575. 8.* & GIVLIO CAESARE TONDVZZI *Storie di Faenza*, *Ferrara 1675. f.* *Rimini* ſtatus & memorabilia legas in RAFAELLO ADAMARI *Sito Riminese*, *Breſcia 1616. 4.* & potiſſimum in CESARE CLEMENTINI Raccolto *Iſtorico*, *della fondazione di Rimino*, *Rimino 1617. 4. 2. Voll.* add. FILIPPO ANTONINI *Supplemento della Cronica di Verruchio*, *Terra della Dioceſe di Rimini*, *Bologna 1621. 4.* *Fani* oppidi res annotauit PIETRO NIGROSANTI *Origine e Storie di Fano*, *Venetia 1640. 4.* Portus & Vrbis *Anconæ* memorabilia conſignata in GIVLIANO SARAZINI *Noti*-

zie Iſtoriche d' Ancona, Roma 1675. f. Anconitanæ Marcæ res illuſtrant POMPEO COMPAGNONI *la Regia Picena, overo Storia del priſcdi della Marca Parte Prima, Macerata 1661. f.* & NATALE MEDAGLIA *Memorie Iſtoriche della Città di Cluana, oggi Terra di S. Elpidio nella Marca, Macerata 1692. 4.* quibus acceſſere opuſcula hæc: ANDREAE BACCI *ſopra l' Origine della Città di Cluana*, & N. MEDAGLIA *Municipii S. Elpidii* Liber primus. Ciuitatis *Ieſi* euentus memorabiles proſtant in PIETRO GRIZIO *Riſtretto delle Storie di Ieſi, Macerata 1578. 4.* & in TOMMASO BALDASSINI *Notizie Iſtoriche de Ieſi, Ieſi 1703. f.* ORATIO porro AVICCENNA compilauit *Memorie della Città di Cingoli, Ieſi 1644. 4.* De Oppidi *Recanati* rebus exponunt GIAN. FRANCESCO ANGELITA *Origine e Storia della Città de Recanati, Venetia 1601. 4.* inſcio & inuito auctore impreſſa latine ex verſione V. C. *Ioannis Laurentii Moshemii* cum ipſius Præfatione & notis extat *Theſauro Burm.* T. VII. P. II. addantur: DIEGO CALCAGNI *Memorie Iſtoriche della Città di Recanati, Meſſina 1711. f.* LVIGI MARTORELLI *Memorie Iſtoriche della Città d' Oſimo* editæ *Venetia 1705. 4.* De *rebus in ciuitate Firmana geſtis* quædam annotauit *Libris Duobus* FRANCISCVS ADAMI, qui editi *Romæ 1590. 8.* recuſi Theſ. Ital. *Tom. VII. Parte II.* ibidemque legitur quoque CAESARIS OTTINELLI de *Firmo Piceni Vrbe* Elogium, editum alias *Romæ 8.* CAMILLO LILLI *Storie di* CAMERINO *Parti due* in lucem editæ *Venezia 4.* PAOLO BONOLI *Storia di Forli, Forli 1661. 4.* & SIGISMONDO MARCHESI *Supplemento Iſtorico dell' antica Città di Forli, Forli 1678. f.* nec omittenda: BARTOLOMMEO RICEPVTI *la verità rediviva a favo della Città di Forli. Fuligni* res

res ſacras & ciuiles commemorant: FEDERICO GIACOBILLI *Diſcorſo della Città di Foligno, Cronologia de Veſcoui &c. Foligno 1649 4.* atque FABIO PONTANO *Diſcorſo di l' antichità di Foligno. Perugia 1618. 4.* PIETRO FARVLLI extant *Annali e Memorie dell' antica e nobile Città di S. Sepolcro, Foligno 1713. 4.* *Saſſinæ* memorabilia exquiras in FILIPPO ANTONINO *Diſcorſi dell' Antichità di Sarzina, Sarzina 1606. 4.* qui latine interprete V. C. *Sigeberto Havercampio* extant Tom. VII. P. II. *Theſ. A. & H. I.* adiungenda IOANNIS BAPTISTAE BRASCHII *Relatio Status Eccleſiæ Sarſinatenſis, Romæ 1704. 4.* *Aſculana Hiſtoria* SEBASTIANI ANDREANTONELLI formis impreſſa *Patavii 1672. 4.* *Peruſiæ* fata annotarunt FELICE CIATTI in *Memorie delle Coſe di Perugia, Perugia 1638. 4.* & CESARE CRISPOLTI, cuius *Perugia auguſta*, edita *Perugiæ 1648. 4.* His acceſſit: POMPEIO PELLINI *Storia di Perugia*, Parte *Prima* e *Seconda, Venezia 1664. 4.* Pars vero *Tertia* de Familiis nobilibus Ciuitatis exponens, exemplis paucis exceptis, ſtatim ſuppreſſà fuit. FAVSTO DONNOLA auctore prodiit *Storia di Spello, Foligno 1621. 4.* & LODOVICO GIACOBILLI eſt *Storia di Nocera nell' Vmbria.* MONALDO MONALDESCHI ſunt *Commentari Storici d' Orvieto*, Venezia *1584. 4.* Copioſior CIPRIAN MANENTE *Storie della Città di Orvieto, Tom. I. dall' anno 970. ſino al 1400. e Tom. II. dal 1400. ſino al 1563. Venezia 1561. 4.* & *ibid. 1566. 2. Voll.* FRANCESCO ANGELONI *Storia di Terni* edita in *Roma 1646. 4.* & MATTHEO VECCHIAZZANI *Storia di Forlimpopoli*, lucem vidit *Rimini 1648. 4. 2. Voll.* ad quam narrationem quoque pertinet apologeticum ſcriptum pro patria hac ſua, ſub indice: *La verita difeſa contro Bertinoro rimproverante, Faenza 1661. 4.*

op-

oppoſitum *Giacome Beſi Bertinoreſe.* Erudite ſcripti ſunt IOSEPHI MARIAE SVARESII *Praeneſtes antiquæ* Libri Duo, *Romæ* primum *1655. 4.* editi, ſplendidioribus typis & figuris æneis recuſi *Theſ. A. & H. I. T. VIII. P. IV.* THEODORO VALLE eſt *la regia ed antica Piperno, Napoli 1637. 4.* & EIVSD. *la Città nouva de Piperno, Napoli 1646. 4.* GIVSEPPE CIAMARVCONE proſtat *Deſcrizzione della Città di Sezza, Roma 1641. 4.* Pereruditus eſt PETRI MARCELLINI CORRADINI *de Ciuitate & Eccleſia Setina* Commentarius *Romæ 1702. 4.* editus. DOMINICVS vero ANTONIVS CONTATOR de *Hiſtoria Terracinenſi* Libros Quinque dedit *Romæ 1706. 4.* MICHELE GIVSTINIANO *de' Veſcovi, & de' Governatori di Tivoli* egit, *Roma 1665. 4.* Antiquitates *Tiburtinas* ſtudioſe & erudite deſcripſit ANTONIO del RE in *Antichità Tiburtine, Roma 1641. 4.* quarum parte prima agitur de mirabilibus Palatii hortique Eſtenſis, fontibus, ſtatuis &c. Parte ſecunda continetur compendium ædificiorum ſuperbiſſimæ Villæ Hadriani Imp. collectum ex deſcriptione manu exarata *Pyrrhi Ligorii*, latine hæ antiquitates interprete *Sigeberto Havercampio*, cum ipſius Præfatione & Indicibus, nec non Ichnographia Villæ Eſtenſis extant *T. VIII. P. IV. Th. A. & H. I.* vbi quoque legitur FRANCISCI MARTII *Hiſtoria Tiburtina amplificata* ex interpretatione, cum præfatione & indicibus V. C. *Sigeberti Havercampii*, prodierat italice *Romæ 1665. 4.* ſub titulo; *Storia di Tivoli ampliata.* Add. quæ ibi extat PYRRHI LIGORII *Deſcriptio Villæ Tiburtinæ Hadrianeæ* ex MSCto cum Præfatione *S. Havercampii* edita. De *Vejis* antiquis commentati FAMIANO NARDINI in *l' Antico Vejo, Roma 1647. 4.* & latine interprete *Abrahamo Preigero* Theſ. A. & H. I. T. VIII.

VIII. P. II. Ibi extant quoque ex eiusdem verſione IACOBI MAZZOCHII *Veji defenſi* ſeu Diſſertatio, qua demonſtratur antiquos Vejos hodiernam Ciuitatem Caſtellanam eſſe, qui libellus editus erat *Romæ 1646. 4.* Add. *Lettera e Apologia del Difenſor di Vejo, Roma 1653. 4.* & GIOV. DOMENICO PERAZZI *ſcopetta Apologia in Difeſa del antico Vejo, Ronciglione 1654. 4.* addatur quod eodem *Tomo* legitur PETRI CRVSII Poema Phalæcium de *Ciuitate Caſtellana.* BONAVENTVRA THEVLI expoſitum eſt *Teatro Iſtoricò di Velletri, Velletri 1644. 4.* & FELICE CANTELORI occupatus fuit in *Memorie Iſtoriche della Terra di Ceſi, Roma 1685. 4.* Diplomatibus chartiſque variis ſuffulta SEBASTIANO FANTONI CASTRVCCI *Storia d' Avignone, Venetia 1678. 4. 2. Voll.* qua huius Comitatus adquiſitio a Sede Romana facta, luculenter deſcribitur. *Beneuentanæ* Hiſtoriæ Scriptores antiquiores iam ſupra Tomo V. *Muratoriano* recenſiti, qui & *Tomo IX. Theſ. Anti. & Hiſt. Italiæ* extant. His coniungendæ POMPEIO SARNELLI *Memorie Cronologiche de' Veſcovi, ed Arciveſcovi di Benevento, con la ſerie de' Duchi, e Principi Longobardi della ſteſſa Citta, Napoli 1691. 4.* Vrbis Comitatusque *Comacli* viciſſitudines enarrauit GIOVANNI FRANCESCO ſiue BARTOLAMIO FERRO *Storia di Comacchio, Ferrara 1701. 4.* cuius *Supplemento* editum *Romæ 1705. 4.* Multam lucem Comitatus huius Vrbisque hiſtoria, imo omnis Regni Italiæ & Imperii Romani, accepit ex longa atque difficili controuerſia, quæ inter Sedem Romam ab vna, Imperatorem & Domum Eſtenſem ab altera parte de Iure poſſeſſioneque huius *Comacli* fuit. Pro adſerendis enim iuribus ſuis, plures eosdemque multa eruditione & ſolertia ſcriptos a doctiſſimis viris, produxerunt

runt libellos. Ex quibus noti: *Il Dominio temporale della Sede Apoſtolica ſopra la Città di Comacchio per lo ſpazio continuato di X. Secoli*, *Roma 1708. 1709. 4.* cuius ſcripti auctor eruditiſſimus Præſul IVSTVS FONTANINI. Oppoſitæ huic: *Oſſervazioni ſopra una Lettera intitolata: Il Dominio temporale &c. 1708. 4.* ſcriptore grauiſſimo LVDOVICO ANTONIO MVRATORIO. Secuta: *Diſſertatio hiſtorica de ſummo Apoſtolicæ Sedis Imperio in vrbem Comitatumque Comacli 1709. 4.* quæ compoſita opera ac ſtudio LAVRENTII ZACCAGNI Bibliothecæ Vaticanæ tum Præfecti, & quæ ſtilo IVSTI FONTANINI perſcripta: *Difeſa ſeconda del Dominio temporale della Sede Apoſtolica ſopra la Città di Comacchio, Roma 1711. 4.* His contraria: *Riſpoſta per il diritto Imperiale ſopra Comacchio alla prima e ſeconda Scrittura della Corte di Roma, f.* et ſcriptio auctore LVD. ANTON. MVRATORIO ſub indice: *Alla S. Ceſ. Real Maeſtà di Gioſeffo Imp. umiliſſima Supplica di Rinaldo d' Eſte Duca di Modena, per le Controverſie di Comacchio, 1710. f.* Et quæ ſequutæ: *Quiſtioni Comacchieſi, 1711. f.* & *Synopſis Iurium Cæſareorum ac Eſtenſium in Vrbem & Comitatum Comacli 1712. 4.* nec non *Rifleſſi ſopra la voce ſparſa dalla Corte di Roma per la Reſtituzione del poſſeſſo di Comacchio f.* Tempore vero conſultationum de Electione Caroli VI. Aug. inſtitutarum Francofurti, impreſſæ: *Animadverſiones pro S. R. Imp. & pro Ser. D. Mutinæ in Monitum Lectori datum, quod præmittitur Tabulæ Chronologicæ favore Rev. Cameræ Romanæ editæ in Cauſa Comaclenſi, 1711. 4.* hæc Tabula eſt adiecta *ſecundæ Defenſioni* quæ auctore *Fontanini* prodiit, atque libellus, inſcriptus: *Quanto ſia giuſto è convenevole que Comacchio ſi conſervi al S. Rom. Imp. f.* Pleraque hæc ſcripta publi-

publica, quum primigeniæ editiones eſſent rariores, recuſa, ſine mentione loci, qui *Francofurtum* ad Moenum eſt, 1709. *f.* additis libello ſub titulo: *Riposta alle Rifleſſioni ſopra il Breve ſcritto dalla Santita di N. S. alla Maeſta dell' Imperadrice in morte dell' Imperador Giuſeppe Primo ſuo Figlio* ſingillatim edito, quibus ſucceſſerunt ipſis Litteris Clementis XI. ad Imperatricem d. 3. Maii 1711. adiunctis: *Reflexions, qu'une Perſonne de qualite a faites pour un de ſes Amis*, oppoſitæ Literis Pontificis: *Remarques nouvelles ſur le Bref de ſa Saintete, à S. M. l' Imperatrice Mere & ſur l' Explication, qu'on y a donnée à Rome. Seconde Edition à Cologne 8.* ſine anni mentione. Extat quoque in *Francofurtana Sylloge* ſcriptum Curiæ Romanæ, ſub elogio: *Confutazione di uno ſcritto Italiano e Franceſe ſparſo in Germania con queſto titolo: Quanto ſia giuſto &c.* in *Roma primum editum 1711.* Conductis in vnum argumentis Ius Imperii in hac cauſſa ſolidiſſime aſſeruit, ſimulque nobiliſſima hiſtoriæ Italicæ argumenta illuſtrauit, de patria ſua immortaliter meritus LVDOVICVS ANTONIVS MVRATORIVS, eruditiſſimo libro, cui titulus: *Piena Espoſizione de i Diritti Imperiali ed Eſtenſi ſopra la Citta di Comacchio 1712. f.* quæ interprete *Caſimiro Freſchot* edita gallice hoc elogio: *Les Droits de l' Empire ſur l' Etat Eccleſiaſtique recherches & pleinement eclaircis à l' occaſion de la Diſpute de Comacchio &c. Vtrecht 1713. 4.*

§. XIII.

De *Mediolanenſis* Ducatus principis Italici Regni prouinciæ, regnatorumque eius variorum *Ducum* & *Ciuitatium* illuſtrium ac celebrium rebus, inſignis proſtat Scriptorum cohors. Antiquiores inprimis IOA. *de* CERMENATE *Hiſtoriam Ambroſianæ Vrbis*; & ARNVLPHI *Hiſtoriæ Medio-*

Mediolanenſis Libros IV. ſummo ſtudio expolitos atque illuſtratos *Corpori Mediolanenſi* addiderunt *Palatini Socii* atque celeberrimus MVRATORIVS, vti ex recenſione, iam facta p. *1329. & 1331.* & patebit. Ex recentioribus præcipui præſtantiſſimique *Theſauro Antiquitatum & Hiſtoriarum Italiæ* Tom. II. III. IV. illati, cum eruditis Præfationibus. Noſtrum hic erit breuiter indicare veteres Editiones recuſorum in hiſce Collectionibus præſtantiſſimorum hiſtoricorum. ANDREAE etenim ALCIATI *Hiſtoriæ Mediolanenſis* ab vrbis origine vſque ad Iuliani Imp. tempora, *Libri Quatuor* excuſi *Mediolani 1625. 8.* curante *Io. Baptiſta Bidellio.* TRISTANI CALCHI ſiue CHALCI *Mediolanenſis Hiſtoriæ patriæ Libri XX.* ab origine Vrbis ad an. 1313. cum notis *Ioan. Guilielmi Calaueroni*, edita *Mediolani 1628. f.* & EIVSD. *Reſidua* h. e. *Hiſtoriæ Patriæ Libri XXI. XXII.* ab a. 1313. ad a. 1323. cum deſcriptione Nuptiarum diuerſorum Mediolanenſium Ducum, *Mediolani 1644. f.* cura *Ioan. Petri Puricelli.* IOSEPHI RIPAMONTII *Hiſtoriæ patriæ, poſt duas Chalci Decades Tertia*, ſiue Libri X. priores, ab a. 1313. vſque ad a. 1558. *Mediolani 1641. f.* & Eiusd. *Decadis IV. Libri Septem* nempe XI. XII. XIII. XIV. XV. XVI. ab a. 1560. ad a. 1584. *Mediolani 1643. f.* & *Decadis Quintæ Libri Sex*, de vita & rebus geſtis *Friderici Borromæi* Archi-Epiſcopi Mediolanenſis, editi a *Stephano Sclattero*; atque Eiusd. *Hiſtoriæ Patriæ Continuatio Libris VIII.* quibus poſtrema Caroli V. Imp. & res quas Philippus II. geſſit vſque ad an. 1558. expoſitæ, *Mediolani 1548. f.* Italice ſcripta eſt, ſed in antiquioribus a *Nobæ* temporibus repetita, non ſine fabulis BERNARDINO CORIO *Hiſtoria di Milano*, ex prima optimaque Editione, *Milano 1503. f.* in *Venetia 1554. 4.* Add. BVGATI *Aggiun-*

Aggiunta dell' hiſtoria di Milano, Milano 1587. 4. ibid. 1646. 4. Regnatorum *Mediolanenſis* Territorii, Domanii Regni, qui ex adminiſtratoribus ſe proprietarios fecerunt *Vice-Comitum* & poſtea *Ducum* res geſtæ variorum ſtilo literarum monumentis commendatæ. GEORGII enim MERVLAE *Antiquitatis Vice-Comitum Mediolanenſium, Libri X.* ab origine Vrbis ad an. *1323. Mediolani* primum ſine anni nota editi, *Pariſiis 1549. 4.* apud *Robertum Stephanum* & emendatius *1629. f.* curantibus Marchione *Iohanne Maria* & Comite *Antonio Vice Comitibus.* PAVLVS inde IOVIVS *Vitas XII. Vice-Comitum*, Mediolani Principum ſingulorum imaginibus illuſtratas ſcripſit, Operibus eius inſertas & *Mediolani* quoque cum *Merulæ* Antiquitatibus *a. 1629. f.* editas. qua in Editione addita eſt PETRI CANDIDI DECEMBRII *Vita Philippi Mariæ Vice-Comitis* Mediolanenſis Ducis tertii; quæ in *Theſauro A. & H. I.* eſt omiſſa. *Italice* verſæ, prodierunt *Mediolani 1645. 4.* SCIPIONE BARBVO *italice* exhibuit: *Sommario delle Vite di Duchi di Milano, coſi Viſconti come Sforzeſchi* in *Venetia 1574. f.* ANDREAE ASSARACI *Trivultias ſeu hiſtoriæ rerum a Franciſco Sfortia ad Franciſcum R. Fr. Ducemque Mediolanenſem geſtarum, Mediolani 1516. f.* carmine latino expoſita. Singulatim de *Principibus quibusdam* expoſuerunt IOANNES SIMONETTA *de rebus geſtis Franciſci Sfortiæ Libris XXX. Mediolani 1486. f.* & cum rariſſimus eſſet liber recuſus Tom. XXI. *Muratoriano*, & italice, ſub titulo: *Sfortiade fatta Italiana de li geſti dell' invitto Franc. Sfortia Libri XXX.* in *Venetia 1543. 8.* GALEATIVS CAPELLA *de rebus geſtis Franciſci Sfortiæ II.* commentatus *Venetiis 1535. 4.* cuius & extant *de Bello Mediolanenſi* ſiue *de rebus nuper ab a. 1521. ad 1530. in Italia geſtis Libri*

 VIII.

VIII. Noribergæ 1532. 4. & Tom. II. *Script. Rerum Germ. Schardii* & *in Th. Græv.* ad hiſtoriam rerum in Ducatu hoc geſtarum ſupplendam faciunt ſequentes: ERYCII PVTEANI *Hiſtoria Ciſalpinæ Libri II. de rebus circa Lacum Marium a Johanne Jacobo Medicæo a. 1525. geſtis, Louanii 1614.* & ſub titulo: *Hiſtoria Medicea Libri II. Antwerpiæ 1634. 24.* acceſſit GALEATIVS CAPELLA *de Bello Muſſiano*, ſiue ad *Muſſium* in ſiniſtro lacus Larii littore oppidum, virtute *Io. Iac. Medicæi* circa a. 1526. geſto, editus ab *Erycio Puteano*, quæ tamen iam *Argentorati 1538. 8.* cum Præfatione *Ioachimi Camerarii* prodierat, quod ignorauit *Puteanus*. Vrbis principis huius Ducatus, *Antiquitates* & memorabilia ſollicite ſunt inueſtigatæ, extant enim PAOLO MORIGIA *Hiſtoria dell' Antichità di Milano, Venegia 1592. 4.* lectu ſane dignisſimæ, quibus & notitia familiarum illuſtrium datur, atque IOANNIS ANTONII CASTELLIONAEI *Florilegium Antiquitatum Paroeciæ S. Vincentii in prato, ſiue Mediolanenſes Antiquitates ex Vrbis Paroeciis collectæ, Mediolani 1625. 4.* & *Tom. III. Græv.* quæ ichnographicis ipſarum tabulis, variisque Eccleſiaſticis ritibus illuſtratæ, nec non PLACIDO PVRICELLI *Memorie antiche di Milano, ibid. 1650. 4.* Huc etiam pertinet PETRVS GRATIOLVS *de præclaris Mediolani ædificiis quæ F. Aenobarbi cladem anteceſſerunt, Mediolani 1735. 4.* Ad res Eccleſiaſticas illuſtrandas faciunt CAROLI a BASILICA PETRI de *Metropoli Mediolanenſi* libellus *Mediolani 1596. 8.* & *ibid. 1628. f.* editus, in qua editione comparet breuis Prouinciæ Mediolanenſis hiſtoria; in illa eſt omiſſa impreſſione, quæ *Tomo II. Grauiano* extat. IOA. PETRI PVRICELLI *Monumenta Ambroſianæ Baſilicæ, Mediolani 1645. 4.* primum edita, recuſa *Tomo*

mo IV. Græuiano. DONATI BOSSII ſunt Commentarii *de Epiſcopis & Archi-Epiſcopis Mediolanenſibus, Mediolani 1493. f.* Stemmata illuſtrium ac nobilium Familiarum conſignare adgreſſus *Anonymus* in libro, cui index: *La Nobilta di Milano, Milano 1595. 4.* & *con l' aggiunta di* GIROLAMO BORSIERI, *Milano 1619. 8. Vrbium* non minus ceterarum huius Ducatus, & ciuitatium res a doctiſſimis hominibus præclaris conſignatæ libris. *Cremonenſes* ſiquidem *Annales* conditi ſtudio LVDOVICI CAVITELLII, editi primum *Cremonæ 1588. 4.* atque in *Theſ. Græv. T. III. P. II.* quibus ſtilo quidem ſimplici, multa tamen fide, perque omnem fere vitam adhibita induſtria res memorabiles a patriæ ſuæ origine vsque ad a. 1583. breuiter complexus. Perrara eſt ANTONII CAMPO *Hiſtoria di Cremona, con le Vite de' Duchi e Ducheſſe di Milano, Cremona 1585. f.* & in *Milano 1645. 4.* addatur FRANCISCI ARISII *Cremona literata,* tribus Tomis, *Parmæ 1702. 1705. f.* & CLEMENTE FIAMMEMO *Iſtoria di Caſtelleone nella Diœceſi di Cremona, Cremona 1636. 4. Ticini* ſiue *Pauiæ* Sedis quondam Regum Longobardorum inclitæ, ſimul vero antiquos vicinarum regionum populos & res vetuſtas deſcripſit BERNARDVS SACCVS *Libris X. de Italicarum rerum varietate & elegantia, in quibus præcipue de Ticini Vrbis primordiis, ac de Ticinenſium rebus geſtis, Ticini 1565. & 1587. 4.* quibus res ab a. 571. vsque ad 773. ſub regibus Longobardicis geſtæ exponuntur, extant in SCHOTTI *Italia illuſtrata* atque *Tomo III. Græuiano.* Cum his iungendi: STEFANO BREVENTANO *Iſtoria della antichità, nobilta & delle coſe notabili della Città di Pavia,* in *Pavia 1570. 4.* ROMVALDVS a S. MARIA exhibuit *Papiam Sacram, Ticini 1699. f.* & ANTONIO MARIA SPELTA ſcriptore leguntur:

tur: *Vite de' Veſcovi di Pavia*, *Pavia 1597. 4.* & quæ ſecuta: *Aggionta alla ſudetta Iſtoria*, *Pavia 1602. 4.* Ad literarium ſtatum facit ANTONII GATTI *Gymnaſii Ticinenſis Hiſtoria*, *Mediolani 1704. 8. mai. & Grævi. Theſ. T. IV.* Egregii & eruditi ſunt BENEDICTI IOVII *Hiſtoriæ patriæ Novocomenſis* Libri Duo, ab origine Vrbis ad annum vsque *1532.* perducti, editique primum *Venetiis 1629. 4.* recuſi *Tomi IV. P. II. T. A. & H. I.* qua Vrbis & huius Epiſcoporum res expoſitæ. Hiſce accedant FRANCESCO BALLARINI *Compendio delle Cronice di Como*, *Como 1629. 4.* ALEXANDRI DVKERI *breuis Hiſtoria & deſcriptio Comi Vrbis* ex variis auctoribus concinnata, primum edita T. III. P. II. *Theſ. Græv.* & PRIMO LVIGI TATTI *Annali Sacri di Como, Deca prima e ſeconda*, *Como 1673.* & *in Mediolano 1683. 4.* & *tert. ibid. 1634. 4.* quam vltimam recognouit, correxit & variis obſeruationibus nec non indice copioſo locupletauit IOSEPHVS MARIA STAMPA, nec non: TOMASO PORCACCHI *la Nobilta di Como*, *in Venetia 1569. 4.* *Tortonæ* memoranda, collecta in NICCOLO MONTEMERLO *Storia di Tortona*, *Tortona 1618. 4.* Res *Laudenſes* ſimulque Regni Italiæ, æui quo vixerunt diligenter ad vſus poſteritatis conſignarunt OTHO & ACERBVS MORENAE P. & F. *Rerum Laudenſium tempore Federici Aenobarbi Cæſaris ab a. C. 1153. ad 1168. Hiſtoria*, edita primum a *Felice Oſio* cum eruditis Notis *Venetiis 1639. f.* recuſa *Tomo III. Grauiano* & ſine notis *Tomo I. S. Rer. Brunſ. Leibnitii*, ex Codicibus autem Bibliothecæ Ambroſianæ longe diuerſa, cum editione *Oſiana* ad latus poſita, & in locum *Oſii* notarum, nouis additis IOSEPHI ANTONII SAXII & CASPARI BERETTAE Monachi Benedictini Tomo *VI. Murat.* GIAMBATTISTA VILLANOVA *Iſtoria di Lodi*, pri-

primum formis expreſſa in *Padova 1657. 4.* in latinum vero ſermonem translata extat *T. III. P. I. Th. Gr.* addantur: DEFENDENTE LODI *Diſcorſi Iſtorici intorno la Città di Lodi, Lodi 1629. 4.* & LAZARI AVGVSTINI COTTAE, ſub nomine STATII TRVGI CATALAVNI edita *Deſcriptio chorographica Verbani lacus locorumque adiacentium, Mediolani 1699. 4. Moguntiæ Mediolanenſis*, ſiue *Modoetiæ*, aut *Monzæ*, oppidi Coronæ Longobardicæ antiquæ tutelaris, memoranda deſcripta ſunt in libro, cui index: *Tre illuſtriſſime Glorie di Monza Città imperiale da* BARTHOLOMAEO ZVCCHI, *Milano 1613. 4.* quæ ſecundum auctoris relationem ſunt ædes Diuo Ioanni ſacra ſumtu Theodelindæ Longobardorum reginæ extructa; ſecundo XXIV. Reges Monzæ Corona ferrea redimiti, quorum res breuiter annotauit, & tertio Reliquiæ S. Gerhardi a. 1206. mortui, ibi adſeruatæ. Pertinent huc eruditi libelli eriſtici, nempe LVDOVICI ANTONII MVRATORII *de Corona ferrea, qua Romanorum Imperatores in Inſubribus coronari ſolent Commentarius, Mediolani 1698. 4. Tomo Secundo Anecdotorum* Latinorum primum editus & IVSTI FONTANINI de *Corona ferrea Longobardorum Diſſertatio, Romæ 1707.* Vterque libellus recuſus *Lipſiæ 1719. 8.* & Tom. IV. P. II. *Theſ. Græuio Burm.* cum acceſſionibus, inprimis *Muratorii* Epiſtola, qua *Fontanini* argumenta oppugnantur. Aliorum oppidorum & locorum fata, alii recenſuere, EMANVELLO enim LODI extant: *Breve Storia delle coſe memorabili di Trevi, Milano 1647. 4.* EIVSD. eſt: *Storia di Meda, Milano 1629. 4. Deſcriptio Vrbis & Diœceſeos Nouariæ* edita a quibusdam indicata *1623. 4.* Ad Chorographiam & Genealogiam *Mediolanenſem* quoque pertinent ſequentes: GIANGIVSEPPE

VAGLIANO *le rive del Verbano, Milano 1612. 12.* & CESARE TETTAMANZIO *Storia de ſacro monte ſopra Vareſe, Milano 1614.* atque PAOLO MORIGGIA *Iſtoria della Nobilta del Lago Maggiore, Milano 1603. 8.*

§. XV.

Alterum Regnum eſt *Neapolitanum*, de cuius Hiſtoriæ Scriptoribus, inter ceteros diligenter quædam annotata legas in NICOLO TOPPI *Biblioteca Napoletana, Napoli 1678. f. 2. Parte*, quibus ſubſecutæ: *Addizioni copioſi di* LIONARDO NICODEMO *alla Biblioteca Napoletana del Nic. Toppi, Napoli 1683. f.* Choro- & Topographiæ inſeruiunt *Deliciæ Neapolitanæ*, vernaculo ſermone compilatae ab HIERONYMO MEGISERO, *Lipſiæ 1609. 8.* quibus chorographiam, vrbes, montes, lacus, naturalia & regimen leuiter deſcribit. OTTAVIO BELTAMO *Deſcrizione del Regno di Napoli* prodiit *Napoli 1644. 4.* & POMPEO SARNELLI *Guida di foreſtieri per Napoli, Napoli 1685. 12.* HIERONYMVS TVRLERVS *de peregrinatione & agro Neapolitano* libros duos ſcripſit *Noribergæ 1581. 8.* BENEDICTI de FALCO *Antiquitates Neapolis & amoenisſimi eiusdem agri*, ex Italica editione ſexta emendatiore *Neapoli 1679. 4.* edita, interprete *Sigeberto Havercampio* latine inſerta *Tomo Nono Theſ. A. & H. I.* prima editio prodierat ſub titulo: *Deſcrittione de luoghi antichi di Napoli ed del ſuo diſtretto Napoli 1539. 8.* recuſa *ib. 1568. 1580. 1589. 8.* eod. *Tomo IX.* extat: HENRICI BACCI Almani, *noua & perfectiſſima Deſcriptio Regni Neapolitani in XII. diuiſi Prouincias*, amplificata per CAESAREM de ENGENIO Nobilem Neapolitanum, edita *italice Neapoli 1629. recuſa* ibid. *1679. 4.* & ſecundum hanc *latine* verſa interprete *Sigeberto Havercampio*, in qua accurate diſſe-

diſſeritur de Vrbe Neapoli, rebusque maxime memorabilibus, prouinciis, ciuitatibus, oppidis, caſtellis, vicisque Regni inſignioribus, & de Familiis nobilioribus, non ſolum illis, quæ ſunt Neapoli, verum etiam in aliis Ciuitatibus, præcipuisque Regni opidis, adiectis Arcibus & Turribus Regiis. Acceſſit nouiſſima enumeratio focorum, ſeu familiarum, tributorumque regio fiſco debitorum recenſio; exponuntur porro Archi-Epiſcopatus, Epiſcopatus, nomina Sanctorum, Regum, Vice Regum, ſeptem primaria Regni munera ſeu Officia, Principes, Duces, Marchiones, Comites, Equites denique Aurei Velleris. Multum quoque æſtimanda eſt SCIPION MAZELLA *Deſcrittione del Regno di Napoli, Neapoli 1585. & 1601. 4.* Scriptum hoc & rarum eſt & egregium, quod ſingularum regni prouinciarum deſcriptionem chorographicam & geographicam exhibet. Præterea Regni originem, Regum ſucceſſionem, Pontifices & Cardinales & quod maxime æſtimandum eſt Principum quoque, Ducum, Marchionum, Comitum & Nobilium familias illuſtrat, horumque inſignia exhibet.

§. XVI.

Neapolitanæ Hiſtoriæ inſeruituros nobiles Scriptores, ſtudio CAMILLI PEREGRINI conductos editosque *Neapoli 1626. 4.* & ANTONII CARACCIOLI animaduerſionibus illuſtratos, ex edit. *Neapolitana* iam ſupra p. *1337. Corporis Mediolanenſis Tom. II.* & *Tomo IX. Theſ. A.* & *H. I.* additis variis acceſſionibus, alios præterea *T. XXII.* inſertos, recenſuimus, heic cum tædio lectorum non repetendos. Inſtauratis in Italia bonis literis, varii ad ornandam patriæ, cum primis Neapoleos hiſtoriam, acceſſerunt. Hos inter PAN-

DVLPHVS COLLENVTIVS *Hiſtoriæ Neapolitanæ Libros Sex* fideliter & erudite condidit *italice* primum *Venetiis* 1551. 4. editos, *latine* verſos interprete *Ioa. Nicolao Stupano, Baſileæ* 1572. 4. Iidem libri editi quoque ſub titulo: PANDOLFO COLLENVCCIO *Compendio della Storia del Regno di Napoli con le annotazioni di* TOMMASO COSTO, *in Venetia* 1613. 4. & has ſubſecutæ: MAMBRINO ROSEO *Compendio della Storia del Regno di Napoli, Parte Seconda che ſeguita la Parte Prima del* COLLENVCCIO *con le annotazioni di* TOMMASO COSTO, *e col libro ſettimo di Colonello* PACA, *in Venetia* 1613. 4. Omnem porro vel potiorem rerum in Regno Neapolitano geſtarum expoſitionem dederunt: ANGELO *di* COSTANZO *Storia del Regno di Napoli* 1572. 4. & adiectis XII. Libris *Aquila* 1582. *f.* GIOVANNO VILLANI *Croniche di Napoli* edita, quorundam indicio 1526. GIAMBATTISTA CARAFFA *Storia del Regno di Napoli, Napoli* 1580. 4. CORNELIO VITIGNANO *Cronica del Regno di Napoli, Napoli* 1595. 4. FRANCESCO *de* PIETRI *Storia Napolitana, Napoli* 1634. *f.* cuius tantum prima pars eſt edita. FRANCESCO CAPECE *Hiſtoria della Città & Regno di Napoli, Napoli* 1640. 4. ANTONIO BVLIFON *Cronica, overo Annali Hiſtorici della Città & Regno di Napoli, Napoli* 1690. 12. FRANCESCO CAPECCELATRO *Storia di Napoli, Napoli* 1640. 4. Pars prima eademque perrara. Egregia eſt GIO. ANTON. SVMMONTE *Hiſtoria della Città e Regno di Napoli, Napoli* 1601. 1634. 4. 4. *Voll.* quæ optima habetur editio, licet auctior ſit quæ edita *Napoli* 1675. 4. 5. *Tom.* 4. *Voll.* NICOLAI PARTHENII GIANNETTASII *Hiſtoria Neapolitana, Neapoli* 1713. 4. 3. *Voll.* Sed hoſce omnes ſuperauit, qui candide, intrepide eleganterque res omnes

Nea-

Neapolitanas ciuiles & eccleſiaſticas expoſuit nobiliſſimo opere: *Dell' Iſtoria Civile del Regno di Napoli, Libri XL. ſcritti da* PIETRO GIANNONE Giureconſulto & Auuocato Napoletano, in *Napoli 1723. 4. 4. Voll.* qua, candore ſuo veritatisque & libertatis amore vehementiſſimum Cleri & Curiæ Romanæ odium ſibi conciliauit laudatiſſimus hiſtoricus. Exorti enim ſunt aduerſus præclariſſimos hoſce Commentarios plures iniqui, vt videtur, cenſores, quorum unus: *Annotationes criticas in nonum Librum Tomi ſecundi Hiſtoriæ Ciuilis Neapolitanæ Domini Petri Giannonii*, trium plagularum ſchedio publicauit, cui *Anonymus* ſub perſona familiaris *Giannonii* erudite & ſalſe repoſuit: *Riſpoſta alle Annotazione Critiche &c.* ſine mentione loci 8. Sed his & combuſtione Hiſtoriæ Giannonianæ anno 1726. Romæ facta, non conquieuit hoſtium odium, optimus enim vir ſubdole in carcerem ſub ſpecie amicitiæ raptus, quæ fata fuerit expertus, adhuc ignoramus. Indicio id ſcimus interpretis Galli, qui ex Hiſtoria hac *Neapolitana*, decerpſit: *Anecdotes Eccleſiaſtiques contenant la Police & la Diſcipline de l' Egliſe Chretienne* &c. *tirees de l' Hiſtoire du Royaume de Naples, à Amſterdam 1738. 8.* Omnis autem illius *Giannonii* hiſtoriæ *gallica* verſio adornata forte prodibit *Geneuæ*, vti index propoſitus promittere videtur. Has rerum Neapolitanarum enarrationes ſupplent ſcriptores, qui de vita geſtisque vel *plurium Regum*, vel *quorundam* maxime illuſtrium, commentati. Editæ ſunt autem *Regum Neapolitanorum Vitæ & Effigies*, auctore B. G. *Auguſtæ Vindelicorum 1605. f.* vbi XXV. Icones exhibentur, affabre manu *Dominici Cuſtodis* ſculptæ. FELINVS SANDEVS porro *de Regibus Siciliæ & Apuliæ* quædam annotauit, quæ

edita *Romæ 1495. 4.* & *Hanouiæ 1611. 4.* & *T. X. Gr. P. V.* SCIPIO MAZZELLA extant: *Le Vite de i Re di Napoli, Napoli 1594. 4.* MICHAEL RITIVS de *Regibus Neapolis & Siciliæ* breuiter commentatus editus *Baſileæ 1517. 4.* & T. X. Gr. *P. V.* ANTONII BVLIFONI *Compendio delle Vite de i Re di Napoli*, prodiit *Napoli 1688. 12.* Memoria geſtorum quorundam Regum ſimulque magna æui quo vixerunt hiſtoriæ pars, egregiis commentariis poſteritati tradita. *Hiſtoire de Jeanne premiere & Jeanne ſeconde Reines de Naples & de Sicile Comteſſes de Provences* edita *à Paris 1700. 12.* BARTHOLOMAEI FACII *de rebus geſtis ab Alphonſo I. Neapolitano Rege vsque ad obitum Nicolai V. Papæ, annumque 1455. Commentariorum Libros X.* in lucem primum edidit *Ioannes Michael Brutus, Lugduni 1560. 1562. 4.* iam vero *T. IV. Part. III. Th. A. & H. I.* proſtant. *Ferdinandi* huius F. res, cum primis bella cum Andegauenſibus IO. IOVIANVS PONTANVS *Hiſtoriæ Neapolitanæ, ſeu rerum ſuo tempore geſtarum Libris VI.* eleganter ſcriptis exhibuit, editis *Neapoli 1618. f.* & *Dordrechti 1618. 8.* cum *Collenutio*, & T. iam excitato, *Burmanniano.* Certæ cuiusdam Periodi res annotatas reliquerunt: B. I. *Hiſtoire de l' origine du Royaume de Sicile & de Naples, Paris 1701. 12.* quæ expoſitio ad annum *1100.* perducta. Quæ contra *Ferdinandum I. Arragonium* in hoc Regno attentata fuerunt deſcribuntur in CAMILLO PORTIO *Congiura de' Baroni del Regno di Napoli contra Ferdinando I. dopo l' anno 1480.* ſino *al 1487.* in *Roma 1565. 4.* Ad motus a Paulo IV. & Carafis excitatos pertinet ALESSANDRO ANDREA *tre Ragionamenti della Guerra di Campagna di Roma, & del Regno di Napoli l' 1556. & 1557. Venet. 1613. 4.* Prudentis Interregis *Oſſunæ* geſta lepide deſcripſit GREGORIO LETI in *Vita di*

Qui vero res medii & recentioris æui, regionum, Ducum, Ciuitatum & aliarum rerum commemorabilium deſcripſerunt, eorum ampliſſimus ſane eſt numerus. Aliqua horum hiſtoricorum notitia peti poteſt ex *Iſtoria degli Scrittori Fiorentini di* GIVLIO NERI, in *Ferrara 1722. f.* Enumerabimus primum illos, qui de originibus, & rebus cum omnis Prouinciæ, tum Vrbis celeberrimæ expoſuerunt. Quorſum referendæ VICENZO BORGHINI *Diſcorſi hiſtorici cioè dell' Origine di Firenze, della Citta di Fieſole, della Toſcana e ſue Citta, di Municipii e Colonie Romane, delle Colonie Latine, delle Colonie militari, de' Faſti Romani;* & P. II. *dell' arme delle Famiglie Fiorentine, della Moneta Fiorentina, ſe Firenze ſpianata da Attila, ſe Firenze ricompero la liberta da Ridolfo Imperadore, della Chieſa e Veſcovi Fiorentini, Fiorenza 1585. 4. 2. Voll.* liber in Italia quoque perrarus. *Florentiæ* ad libertatem adſpirantis res potiſſimum enarrarunt, & quidem italico ſermone DINVS COMPAGNVS *Chronica Florentina* iam ſupra p. 1330. Tomo *VIII. Muratoriano* relato; RICOBALDI MALESPINI *Iſtoria Fiorentina, con l' aggiunta di* GIACCHETTO MALESPINI, *e la*

Chronica di GIOVANNI MORELLI, edita in *Firenze* 1568. 4. *ibid.* 1718. 4. & *Tomo VIII. Muratoriano*, caſtigatior. Inſignis GIOVANNI VILLANI, qui hiſtoriam cum uniuerſæ Italiæ tum Florentinæ Vrbis conſcripſit, in *Storia de' ſuoi tempi ſino al* 1348. in *Venetia* 1537. *f.* per *Ioannem Faſolum* edita, in qua tamen impreſſione libri duo poſteriores *deſiderati* atque in illam multi errores irrepſerant, & corrupta nimis rerum & hominum nomina, emendatiorem itaque *ibid.* 1559. 4. procurarunt *Philippus & Iacobus Iuncti* Ciues Florentini, ad MSCtos Codices exactam, & *Remigii Nannini* notulis ornatam, iidemque porro alteram in *Firenze* 1587. 4. inſtituerunt. Nouam demum ab innumeris mendis expurgatam & plurimis variantibus lectionibus ac ſupplementis auctam adornauit V. C. IOA. BAPTISTA RECANATI inſertam *T. XIII. Muratoriano*. Continuator eſt huius frater MATTHAEVS VILLANI ab a. 1348. ad a. 1363. cui in hoc ſcribendæ patriæ hiſtoriæ munere ſucceſſit PHILIPPVS MATTHAEI F. ſed breui tantum ad a. 1364. expoſitione. Vterque patri & auo in commentandi accuratione haut quidem pares, ſinceri tamen, veraces & prudentes, multæque triumviri hi auctoritatis. Primi hanc continuationem edidere *Philippus & Iacobus Iuncti* in *Venetia* 1562. quæ editio Libros tantum *VIII.* & partem *Noni* complectitur. Integram porro iidem typographi procurarunt *Hiſtoriam Villanorum* ſub titulo: M. V. *Storia che continua quelle di Giovanni ſuo fratello con l' aggiunta di Filippo ſuo Figliuolo ſin all' anno 1364. Libri XI. Firenze* 1581. & 1584. 4. & quum perquam rara eſſent huius hiſtoriæ exemplaria, cum duobus MSCtis Codicibus collatam, variantibus lectionibus auctam ac Præfatione ornatam inſeruit MVRATORIVS *T. XIV.* Prodiit quoque

ANO-

ANONYMI: STORIA *delle Coſe avvenute in Toſcana dal 1300. al 1340. Firenze 1568. 4.* SCIPIONE AMMIRATO *Hiſtorie Fiorentine* edita *Firenza 1600. f. 2. Voll. ibid. 1647. f. 3. Voll.* quæ Editio auctior eſt. Partes quasdam inſignes Hiſtoriæ rerum Florentinarum alii conſcripſerunt. BIAGIO BVONACCORSI *Diario de' ſucceſſi ſeguiti in Italia, e particolarmente in Fiorenza, dal 1498. al 1512. Fiorenza 1568. 4.* Ciuiles, quæ Florentiæ fuerunt diſcordias, inteſtina odia, inimicitias eaque quæ inde conſecuta ſunt pro ſua libertate indicauit NICOLAO MACHIAVELLI vsque ad a. 1492. mortemque Laurentii Medicei in *Hiſtoria Fiorentina*, quæ cum aliis Viri opuſculis *italice 1546. 8. 3. Voll. 1550. 4.* latine verſa *Hagæ Comitis 1658. 12.* & *gallice Amſterdam 1696. 12.* huius continuator ab anno 1494. vsque ad 1531. quo anno Alexander Medices Dux renunciatus eſt IACOPO NARDI in *Hiſtorie della Citta di Fiorenza*, in *Firenze 1584.* & *Lione 1582. 4.* Inprimis commemoranda hoc in cenſu: *Storia Fiorentina di Meſſer* BENEDETTO VARCHI, *Coloniæ apud Petrum Marcellum*, ſiue potius *Auguſtæ Vindelicorum*, apud *Paulli Kühzii heredes 1721. f.* propter veritatis odium demum edita. Grauiter, & multo dictionis Hetruſcæ nitore ſcripti hi libri XVI. quibus Florentinorum domi foriſque geſta ab a. 1527. ad a. 1538. deſcribuntur, cum primis vero de Clemente VII. Papa, & Alexandro primo Florentiæ Duce Mediceis multa libere annotata. Quum pleraque huius editionis exempla, ne in plurium manus peruenirent, a quodam Italiæ Principe coemta fuiſſent, vtili conſilio inſerti *Tom. VII. P. II. Th. A. & H. I.* additis variis Iconibus & Varchi Apologia *Laurentii Medicei de natalibus & morte Alexandri Medicei*, & *Laurentii Strozzi* Vita *Philippi Strozzi* nunquam an-

 tea

tea editis. Ab eodem an. 1527. Florentinorum res & fata conſignata in *Storie Fiorentine di Meſſer* BERNHARDO SEGNI, *Auguſtæ Vindel. 1723. f.* illi neque dictionis Tuſcæ elegantia, neque veritatis amore eoque ab omni adulatione vacuo, inferiore, qui tamen filum hiſtoricæ narrationis ad an. 1555. produxit, atque ad Italiæ non ſolum, ſed & omnis Europæ mutationes, eius æui, digreſſus eſt, adiecta eiusdem ſcriptoris *Vita Nicolai Capponi* Reip. Florentinæ vexilliferi. His accedat PIETRO f. patris eius DOMENICO BVONINSEGNI *Hiſtoria Fiorentina, in Fiorenza 1580. 4. & ibid. 1637. 4.* atque COSIMO *della* RENA *Serie degli antichi Duchi, e Marcheſi di Toſcana, Firenze 1690. f.* Alii latino ſermone et fata viciſſitudinesque Reipublicæ Florentinæ et initia Principatus poſteritati commendanda ſuſcepere nobiles celebresque Scriptores. LEONARDVS ARETINVS *Hiſtoria Florentina* ſcripta plauſum popularem promeruit, ſed non eſt a partium ſtudio alienus, et Germanis ſæpe iniquus, hanc ex MSCtis eruit, & a mendis purgatam edidit SIXTVS BRVNO, Doebelenſis, Conſul Numburgenſis *Argentorati 1610. f.* adiectis quoque qui iam editi erant, ſuo tempore in Italia geſtorum & de rebus Græcis Commentariis. Hanc in Italicam linguam transtulerat DONATO ACCIAIUOLI *Storia Fiorentina, Venetia 1476. f.* & *1561. 4.* quæ vltima ad a. 1404. producta, ad annum vsque 1560. continuata, additis *Franciſci Sanſovini notis.* Nec amorem in patriam diſſimulare vbique potuit, qui in ſupplementum veluti *Villanis* ambobus ab anno 1350. ad an. 1455. Florentinas res enarrauit POGGIVS BRACCIOLINI *Hiſtoriæ Florentinæ Libris VIII.* quos primus latine, quo idiomate ſcripti ſunt, in lucem edidit IOANNES BAPTISTA RECANATVS Patritius Venetus, notis &

aucto-

auctoris præmiſſa Vita egregie illuſtratos, *Venetiis 1715. 4.* recognitos inſeruit MVRATORIVS *S. R. I. T. XX.* atque BVRMANNVS *Theſ. A. & H. I. T. VIII. P. I.* Vere, grauiter, pragmatice, eleganter ſcripti ſunt IOANNIS MICHAELIS BRVTI *Hiſtoriæ Florentinæ Libri Octo priores, Lugduni 1562. 4.* a temporibus magni Interregni annoque 1286. ad mortem Laurentii Medicei 1492. poſteriores autem, quantum ſcimus nunquam editi, priorum etiam exempla plurima a Florentiæ regnatoribus Mediceis coemta & rariſſima facta ſunt, recuſa igitur vtiliter *Th. A. & H. I. T. VIII. P. I.* His coniungantur BARTHOLOMAEI SCALAE Equitis Florentini, *Hiſtoriæ Florentinorum* ex viginti Libris ſuperſtites *Quinque*, cum Vita *Vitaliani Borrbomæi*, cura OLIGERI IACOBAEI Dani *Romæ 1677. 4.* editi & *Th. I. l. c.* inſerti. *Mediceorum*, qui Principatum *Florentiæ* obtinuerunt quoque res & vitæ huc adducendæ. Illuſtrium *Florentinæ* Vrbis hominum & ex parte dominorum vitæ, res publicas inſigniter ſupplent & illuſtrant, vtpote: PLACIDO PVCINELLI *Iſtoria d' Vguol grande, Duca di Toſcana* &c. *con la Cronica dell' Abadia di Fiorenza: il trattato delle ſcrizioni Sepolcrali, e con le memorie di Peſcia Terra conſpicua di Toſcana, Fiorenza 1589. 4.* *Mathildæ* Comitiſſæ *Tuſciæ* Vitæ Scriptores vetuſtiores ſupra p. *1327.* relati. Ex recentioribus de potentiſſima femina expoſuerunt: FRANCESCO MARIA FIORENTINI *in Memorie da Matilda Gran-Conteſſa, Lucca 1642. 4.* BENEDETTO LVCHINI *Cronica della vera origine e attioni della Conteſſa Matilda, Mantova 1592. 4.* DOMENICO MELLINI *Trattato de' fatti di Matilda, Fiorenza 1589. 4.* his addatur: *Lettera Apologetica in diffeſa d' alcune coſe da lui ſcritte della Conteſſa Matilda, ibid. 1594.* FELICIS CONTELORII *Mathildis Comitiſſæ Genealogia, Interamnæ 1657. 4.* Compara IOACHIMI

CHIMI FRIDERICI FELLERI *Monumenta inedita p.102.* vbi varios *Vitæ Mathildinæ* Scriptores antiquos & nouos recenſet. STEPHANVS IOANNINENSIS in *Mediceam Monarchiam Pentateuchum* edidit *Anconæ 1524. f.* NICCOLO VALORI ſcriptore edita: *Vita del magniſico Lorenzo de' Medici il Vecchio, Fiorenza 1568. 4.* Acta & facta primi Florentiæ Ducis *Alexandri*, per modum Dialogi expoſita in libello, cui index: *Delle attioni e ſentenze del Signor Aleſſandro de' Medici primo Duca di Fiorenza ragionamente d'* ALESSANDRO CECHERELLI, *Fiorentino, Firenze 1566. 4. Coſmi I.* Magni Ducis commemorabilia copioſe expoſita cum in *Vita di Coſimo de' Medici Primo Gran-Duca di Toſcana deſcritta da* ALDO MANVCCI, iuniore, in *Bologna 1585. f.* tum in alia *Vita del Sereniſſimo Signor Coſimo de Medici primo Gran-Duca di Toſcana ſcritta da* GIOVAMBATISTA CINI, in *Firenze 1611. 4.* & BACCIO BALDINI *Vita di Coſimo Medici*, in *Fiorenza 1578. f. & ibid. 1615. 4.* Coniungantur: *Vite di cinque huomini illuſtri, M. Farinata degli Vberti, Duca d' Athene, M. Silveſtro Medici, Coſimo Medici, il piu Vecchio, e Franceſco Valori ſcritte dal Abbate D.* SILVANO RAZZI, Calmaldolenſe, in *Firenze 1602. 4.* Iam ſupra excitati fuerunt ERYCII PVTEANI *Hiſtoriæ Ciſalpinæ Libri Duo, Louanii 1614. 4.* res potiſſimum circa Lacum Larium a *Ioanne Iacobo Mediceo* geſtas, exhibentes. Res quoque Florentiarum, nec non de ſtatu publico egregiæ obſeruationes in iis leguntur ſcriptionibus, quæ occaſione conſiliorum de ſucceſſione in has terras, extincta ſtirpe Mediceorum maſcula, Iuribusque in Etruriam Imperialibus, prodierunt. Ex variis hiſtoricorum & ICtorum parti addictorum teſtimoniis compoſita eſt pro ſupremo liberoque Florentiæ iure ſcripta:

ſcripta: *Memoire ſur la Liberte de l' Etat de Florence 1721. 4.* Iuſſu Aulæ & alius editus libellus, cui titulus datus: *De Libertate Ciuitatis Florentiæ eiusque Dominii, Piſis 1721. 4.* Primus ex Germanis, quum in Europæ Aulis conſilia agerentur de rebus Florentinis Iura Imperialia vindicauit IACOBVS PAVLLVS de GVNDLING, qui libello paucioribus exemplis excuſo & in Auguſti aulam miſſo, de Iure Imperii, neruoſe expoſuit, elapſis autem ſex quaſi annis copioſiori tractatione, dedit: *Hiſtoriſche Nachricht von dem Lande Tuſcien, oder dem Groß-Herzogthum Florenz, Franckfurt 1723. 4.* Idem argumentum ex ſelectis rarisque monimentis & libris more ſuo, hoc eſt, accurate, eleganter, ſolide tractauit illuſtris vir IOANNES IACOBVS MASCOVIVS Exercitatione *de Iure Imperii in Magnum Ducatum Etruriæ, Lipſiæ 1721. 4.* qui & auctor eſt breuis, ſed pulcri libelli inſcripti: *Examen du Memoire ſur la Liberte de l' Etat de Florence, 4.* ſine loci & temporis mentione. Ex his decerpta & vernaculo ſermone propoſita: *Geſchichtmæßige Vorſtellung von den Gerechtſamen derer Teutſchen Kayſer und des Heil. Reichs auf das Groß-Herzogthum Florenz, von* BRACCIANO *1722. Lipſiæ* excuſa, licet locus non ſit adpoſitus. Eodem tempore a doctiſſimis hiſtoricis & Iuris publici doctoribus certatim Iura Imperii in Etruriam asſerta, & ſimul varia Hiſtoriæ Florentinæ capita egregie illuſtrata, nimirum in SIMONIS FRIDERICI HAHNII libro, cuius index: *Ius Imperii in Florentiam, Halæ 1722. 4.* ſpecioſis obiectionibus commentatoris de *Florentini Status libertate* vindicatum. NICOLAI HIERONYMI GVNDLINGII eruditisſima & ampla Diſſertatio *de Iure Auguſtisſimi Imperatoris & Imperii in Magnum Etruriæ Ducatum,* quæ *Halæ 1722. 4.* prodiit, nec non: FRIDERICI

LVDO-

LVDOVICI Nobilis Domini de BERGER *Vindicatio Iuris Imperialis in Magnum Tuſciæ Ducatum, 1723.* quæ confutatio eſt ſcriptionis, cui titulus: *Memoire ſur la Liberte de l' Etat de Florence*, quæ & adiecta fuit. Secuta eſt: *Noua eaque plena Aſſertio Iuris, quod S. Cæſar. Mai. ac S. Imperio in Magnum Tuſciæ competit Ducatum, ſiue Confutatio Scripti, nuper Piſis ex Aulæ Florentinæ iuſſu editi de Libertate Ciuitatis Florentiæ eiusque 1725. f.* quæ eidem Domino *de* BERGER adſcribenda. Sub paucorum oculos peruenere eruditiſſimi & pleni bonæ frugis commentarii, in hac momentoſa cauſſa ſcripti editique ſub titulo: *Notizia della vera liberta Fiorentina conſiderata ne' ſuoi giuſti limiti per l' ordine de' Secoli con la ſincera Diſamina, e Confutazione delle Scritture e Teſi, che in varj tempi ed a' noſtri di ſono ſtate publicate per negare ed impugnare i Sovrani Diritti degli Auguſtisſimi Imperadori e del Sacro Romano Imperio ſovra la Città e' lo Stato di Firenze e il Gran Ducato di Toſcana*, quod opus plane egregium, formis impreſſum fuit *Mediolani* licet locus non ſit additus, *Parte Prima 1724. f. Parte Seconda 1725. f. Parte Tertia 1726. f.* cuius auctor eſt illuſtris eruditisſimusque Vir Dn. GODOFREDVS PHILIPPVS *de* SPANNAGEL Auguſti Cæſ. Conſiliarius, Hiſtoricus & a Bibliotheca. Miſcellaneæ quædam ſed ex parte dubiæ fidei ad hiſtoriam & Statum Florentinum annotationes legas in *Les Anecdotes de Florence, ou Hiſtoire ſecrete de la Maiſon de Medicis, par Mr.* VARILLAS, *à la Haye 1685. 12.* De his & ſtatu maxime politico quædam breuiter annotauit *Anonymus* in *Memoires des Cours d' Italie; ou Etat ancien & moderne des Duches de Florence, Modene, Mantoue & Parme, Vtrecht 1711. 8.* Vrbis Principis & aliarum vtriusque & veteris & noui

noui territorii ciuitatum & locorum deſcriptiones dedere ſequentes: VGOLINVS FERINVS occupatus fuit in *illuſtratione Vrbis Florentinæ*, *Lutetiæ 1583. f.* & *Florentiæ 1636. 4.* RAFAELLO *del* BRVNO produxit: *Riſtretto delle coſe più notabile di Firenze 1698. 12.* ex ſecunda Editione cuius parte ſecunda ANTONIVS FRANCISCVS MARMI loca vicina deſcripſit. A FRANCESCO BOCCHI laudata eſt: *Bellezze di Fiorenza*, *Fiorenza 1592. 8.* quæ editio GIOVANNI CINELLI acceſſiones habet. FERDINANDO LEOPOLDO *del* MIGLIORE *Firenza illuſtrata*, edita *ibid. 1684. 4.* *Le Storie della Citta di Firenze* ab a. 1494. ad an. 1531. di M. IACOPO NARDI Cittadino Fiorentino, *Firenze 1534. 4.* PAOLO MINI Medico Filoſofo e Cittadino Fiorentino *Diſcorſo della Nobiltà di Firenze & de' Fiorentini* edita in *Fiorenze 1593. 8.* cum quo iungendæ: *Auvertimenti e digreſſioni ſopra il detto Diſcorſe*, *Fiorenze 1594. 8.* Idem dedit: *Difeſa della Citta di Firenze e dei Firentini* in *Lione 1577. 8.* qua patriam ab obiecto turbarum ſæpe motarum delicto, purgare voluit. De *rebus Senenſium* breuiter commentatus AVGVSTINVS DATHVS, *Francofurti 1503. 8.* huc & pertinet quæ eleganter eſt ſcripta FRANCISCI CONTARENI *Hiſtoria Hetruriæ*, *ſiue, de rebus in Hetruria a Senenſibus geſtis cum aduerſus Florentinos, tum adverſus Illibrandinum Vrſinum Petilianenſem Comitem* ab a. *1404. Libri Tres*, quos *Lugduni 1562. 4.* edidit IOANNES MICHAEL BRVTVS, inſeruit *Burmannus* Th. A. & H. I. T. VIII. P. II. prodiere etiam ſingillatim *Venetiis 1623. 4.* Alias de fatis Vrbis huius conſulendi: BENVOGLIENTI *Origine di Siena*, *Roma 1577. 4.* ORLANDO MALAVOLTI *Hiſtoria di Siena* ab A. ante C. natum 382. ad a. 1555. *Siena 1574. 4.* qua Pars I. continetur

ab

ab auctore ipſo edita, in *Venetia 1599. 4.* tribus Tomis vno Volumine, quas poſteriores Partes Filii auctoris edidere & GIVRTA TOMMASI *Hiſtorie di Siena*, *Venetiis 1525. 4. 2. Voll.* Ad *Piſanas* res potentes quondam & illuſtres pertinent præter antiquiores ſupra p. *1333. 1335. ſeq.* relatos *Memorie Iſtoriche della Città di Piſa raccolte da* PAOLO TRONCI, *Livorno 1682. 4.* ex amplis ſex Tomorum Annalibus patriæ ſuæ ingenti ſtudio & labore congeſtis ſed nondum editis, ſunt decerptæ & per modum annalium a Chriſto nato ad a. 1440. memorabilia maxime indicant. MATTHAEI PALMERII de *Captiuitate Piſarum A. C. 1406. a Florentinis expugnatarum Hiſtoria* primum edita cura *Leuini Nicolai Moltkenii* cum *Conclaui Alexandri VII. P. R. Sleſuici 1656. 8.* & ex Codice magis emendato *Th. A. & H. I. T. VIII. P. II. Piſtoiæ* Vrbis factiones & inde ortas miſerias deſcripſit coæuus ſed anonymus in *Iſtorie Piſtoleſe dall' 1300. al 1348. Firenze 1578. 4.* editis. Extat quoque de eadem Vrbe MICHELANGELO SALVI *Iſtoria di Piſtoja*, cuius Tomus I. *in Roma 1656. 4. Tomus II. Piſtoja 1657.* & *Tom. III. Venetia 1662. 4.* editi. De *Antiquitatibus Hortæ Coloniæ Etruſcorum Libri Duo* pereruditi extant IVSTI FONTANINI, quibus præter Hiſtoriam Hortanam alia etiam non pauca res Romanas Italicasque illuſtrantia proferuntur, editi primum *Romæ 1708. 4.* & ex Auctoris chirographo paſſim emendati auctique *Th. I. T. VIII. P. II.* quo loco & CAESARIS ORLANDII *de Vrbis Senæ eiusque antiquitate* Liber proſtat, iam in *Schotti Italia illuſtrata* editus. FRANCISCVS porro DINVS de *Situ Clanarum* expoſuit *Senogalliæ 1696. 4.* Extant etiam *Annali overo Notizie Iſtoriche della Citta di Arezzo in Toſcana dal ſuo principio ſino al preſente anno 1717. dall' Abbate* PIETRO FARVLLI in *Foligno 4.* Ad

Terras

Terras Florentinas pertinent: GIOVANNI MINIATI *Narrazione, e diſegno della Terra di Prato, Firenze 1596. 4.* & DOMENICO TARTAGLINI *Deſcrizione della Città di Cortona con l' aggiunta di diverſi fatti d' eſſa, Perugia 1700. 4.* AGOSTINO FORTVNIO *Cronichetta del Monte Sanſavino di Toſcana, Firenze 1583. 4.* GIANVICENZO COPPI *Annali e Memorie, e uomini illuſtri della Città di S. Geminiano, Fiorenza 1695. 4.* SCIPIONE AMMIRATO *Veſcovi di Fieſole, di Volterra, e di Arezzo, Fiorenza 1637. 4.* De Portu nobiliſſimo *Liburno* encomia conquiſiuit ANTONIO CAVALIERI in *Coronazione di Livorno 1613. 4. Volaterranas* res illuſtrare voluit MARIO GIOVANELLI *Croniſtoria dell' antichità e Nobiltà di Volterra, Piſa 1613. 4.*

§. XXIV.

Gonzagarum antiquiſſimæ Gentis & prouinciæ Mantuanæ ſimulque omnis fere Italiæ ſuperioris res egregio opere complexus ANTONIVS GONZAGA Franciſci IV. Mantuanorum Ducis Archiater, quod inſcribitur: *Gonzaga*, ſiue, *Gonzagarum Mantuæ & Montisferrati Ducum Hiſtoria, Mantuæ 1628. f.* ſed quum Genealogiam Gonzagarum non ab eo principio, quo Aula voluerat, deduxiſſet, ſed a Longobardorum patria exeuntium Ducibus Agiono & Iboro, Gonzingi dictis, vt vult, repetiit, ad annum 1612. octo Libris continuatam, editio libri per tempus prohibita. Multum æſtimantur viri labores a peritis, ad imitationem veterum ſcripti. Laudantur a quibusdam editiones *Mantuanæ 1617. & 1620.* ſed forte tituli, vt fieri ſolet, ſunt mutati, vel libro excuſo, cum Carolus I. Dux editionem permiſiſſet, annus *1628.* præfixus. Huic omnino iungenda: BAPT. PLATINAE *Hiſtoria inclytæ Vrbis Mantuæ & Sereniſſimæ Familiæ Gonzagæ*, a prima vrbis origine circa a.

630. ante Chriſtum natum ad an. 1464. primum edita cura PETRI LAMBECII e Cæſarea Bibliotheca *Vindobonæ 1675. 4.* cum eius præſtantiſſimis annotationibus ad annum 1237. ſaltim perductis, poſt vt ipſe ſcribit, præter ſpem interruptis, volente ita *Eleonora Gonzaga* Ferdinandi III. Imp. vidua. Cum liber iſte rariſſimus eſſet, vtiliter illatus *Theſ. Ant. & H.I. T.IV P.II.* & *T. XX. Theſ. Murator.* Fortisſimi Sæc. XVI. Herois *Ferdinandi Gonzagæ* virtutes & res ac ſimul hiſtoria huius æui deſcripta in *Vita di Ferdinando Gonzaga Principi di Molfetta, deſcritta da* GIVLIANO GOSELLINI, in *Venetia 1579. 4.* Addatur eiusd. POSSEVINI *Belli Monſerratenſis Hiſtoria ab anno 1612. ad a. 1618.* edita, vt quidam ſcribunt, *Venetiis 1638. f.* meum exemplum *Genevæ 1637. f.* excuſum, & ab ipſo auctore editum, forte exemplarium pars *Venetias* miſſa, quibus a nouo bibliopola nouus titulus datus, quibus commentariis res ob Ducatum hunc inter Ferdinandum Mantuæ Ducem & ipſius adiutores Hiſpanos, atque Carolum Emanuelem Sabaudiæ Ducem ab a. 1612. ad 1618. geſtas, Sabaudicæ quidem parti addictus, iuſtis tamen ſubſidiis adiutus deſcripſit. Vrbis cum primis Ducatus primariæ memorabilia conſignata in commentariis: *dell' Hiſtoria di Mantova ſcritta in Commentari dà* MARIO EQVICOLA *d'* ALVETO, primum edita *1521. 4.* ſub titulo: *Cronica di Mantova,* eo ſtilo, quo condiderat ipſe auctor, poſtea emendante ſcribendi veterem rationem BENEDETTO OSANNA *Mantova 1607. & 1610. 4.* quo & fata Vrbis & Ducum Vitæ & geſta Libris Quinque ad an. 1521. deſcribuntur. Ad res Eccleſiaſticas faciunt: IPPOLITO DONESMONDI *dell' Iſtoria Eccleſiaſtica di Mantova*, in *Mantova 1612. 4. & 1616. 4. 2. Voll.* Eiusdem ſcriptoris eſt: *Vita di Franceſco Gon-*

Gonzaga Veſcovo di Mantova, *in Venet.* 1625. 4. Aliqua etiam lux Gonzagarum Hiſtoriæ accenditur in libellis iſtis, qui extincto Vincentio II. pro Duce Carolo Niuernenſi legitimo Succeſſore, & adverſus eum ſcripti, ex quibus mihi innotuerunt his titulis ſignati: *Ducatus Mantuæ* auctore FRANCISCO NIGRO CYRIACO, *acceſſit Disquiſitio alia in eadem cauſa conſcripta a* FRIDERICO BOSIO, *Francofurti* 1629. 4. Et quum in hac controverſia ſingularis lis inter *Sabaudum* atque nouum Ducem *Mantuanum* ſuper Ducatu *Montisferrati* fuiſſet orta, prodiit ANTONII FABRI Senatus Sabaudiæ Præſidis primarii *Conſultatio de Montisferrati Ducatu contra Sereniſſ. Ducem Mantuæ pro Sereniſſ. Duce Sabaudiæ*, *Lugduni* 4. impreſſa & *Francofurti* 1618. 4. recuſa. Huic oppoſita: De *Montisferrati Ducatu, pro Mantuæ Duce contra Conſultationem* ANTONII FABRI, *Mantuæ* 1622. 4. recentiori æuo ſucceſſerunt in his controuerſiis aliæ ſcriptiones, quarum aliquæ conductæ, in *Raccolta delle Scritture eſibite al Signor di Liona Segret. di Stato di Sua Ma. Chriſtianiſſima dall' Ambaſſ. Straord. di Mantova ſopra le giuſte pretenſioni del Duca ſuo Signore verſo il Duca di Savoya*, *Carlovilla* 1664. *f.* De ingreſſu Exercitus Cæſarei in Ducatum Mantuanum & quæ hoc tempore contigerunt, legenda: *Relazione degli Affari di Mantova dal 1627. al 1629. Francfort* 1629. 4. De *Montisferrati* Marchionibus, quorum Succeſſores facti *Mantuani* expoſuit BENEVENUTUS SANGEORGII, cuius *Montisferrati Marchionum & Principum regiæ propaginis ſucceſſionumque ſeries* edita *Aſtæ* 1515. 4. & *Tridini* 1521. 4. Ad huius Ducatus Hiſtoriam pertinet LUCA PROBO BLESI *Acqui Citta antica del Monferrato fatta da Carlo Emmanuel Duca di Savoja*, *Torino* 1613. 4.

§. XXV.

Parmenſes res veteres commemorantes Annales, vide ſupra p. *1332. 1337.* *Parmenſium* ex *Farneſia* gente Ducum laudes & virtutes occaſione nuptiarum *Philippi V.* Hiſpaniarum Regis cum *Eliſabetha Farneſia* celebratæ in: *Indice de las glorias de la Caſa Farneſe, o reſamen de las heroicas acciones de ſus principes que conſagra a la auguſta Reyna de las Espannas Donna Iſabel Farneſe Don* LVIS *de* SALAZAR *y* CASTRO *en Madrid 1716. f.* Ciuitatem *Parmam* deſcripſit BONAVENTVRA ANGELI *Hiſtoria della Città di Parma*, in *Parma 1591. 4.* Virorum illuſtrium Parmenſium memorias conſecrauit RANVCCIO PICO, cuius *illuſtri Parmigiani* editi *Parma 1641. 4.* Singillatim VINCENZO CARRARI egit *della Famiglia de' Roſſi di Parma, Ravenna 1583. 4.* VMBERTVS vero LOCATVS præclare commentatus *de Placentiæ Vrbis origine, ſucceſſu & laudibus ſerioſa narratione*, edita *Cremonæ 1564. 4.* & *Th. H. & A. I. T. III. P. II.* & *italice ibid. 1564. 4.* quæ ſcripta per modum Dialogi, inſertis a primis Vrbis temporibus vsque ad A. C. 1562. ſuccinctis Annalibus. Ex Bibliothecæ Vaticanæ egregiis ſubſidiis, occaſione quæſitæ Canoniſationis Gregorii X. Papæ, qui Placentinus ciuis fuerat, conducta eſt: P. MARIA CAMPI *Hiſtoria univerſale di Piacenza, Piacenza 1651. f. 3. Voll.* qua res non ſolum eccleſiaſticæ, ſed etiam ſeculares, immo repetitis a Trojano Principe Placentulo ciuitatis originibus, plane aliena & ſuppoſititia ſunt illata. Commendant tamen opus hoc & raritas & quam maxime Bullarum, Diplomatum & chartarum vetuſtarum vtilis adparatus. In ſcriptis illis publicis, quæ occaſione Succeſſionis, extincta Linea maſcula Farneſia, a parte Cæſaris & Imperii atque Pontificis Rom. fuerunt edita, Hiſtoriæ *Parmenſis*

ſis, momenta nobiliora fuerunt illuſtrata. Pro Iure Imperiali ſcripſere GODEFRIEDVS RVHLMANNVS *Unwiederrufliches Recht, welches Se. Kayſerl. Mai. von wegen des Heil. Rœm. Reichs, nicht nur auf Parma und Placenz, ſondern ſo gar auf ganz Italien &c. haben, Iena 1709. 4.* & ſolidiori expoſitione IACOBVS PAVLLVS *de* GVNDLING in *Hiſtoriſchen Nachrichten von denen Herzogthümern Parma und Placenza und derſelben Dependenz vom Rœmiſchen Teutſchen Reich, Franckfurt 1723. 4.* Plenæ ſolidæ doctrinæ & ſelectæ eruditionis ſunt: *Vindiciæ Imperiales pro Parmæ & Placentiæ Ducatibus*, quas præſide IVSTO HENNINGIO BOEHMERO propoſuit *Iuſtus Vollrath L. B. de Bode, Halæ Magdeb. 1722. 4.* Curiæ Romanæ vero cauſſam, ſpecioſe, & pro ea qua pollebat eruditione defendere conatus, qui auctor fuit IVSTVS FONTANINI, multis inde præmiis ornatus ſcripto cui indicem fecit: *Della Iſtoria del Dominio temporale della Sede Apoſtolica nel Ducato di Parma e Piacenza* Libri III. documentis additis, in *Roma 1720. f.* quod *latine* quoque & *gallice a Amſterdam 1723. 4.* prodiit.

§. XXVI.

Ateſtinorum & Ducum poſtea *Mutinenſium* res commemorandas ſuſcepit IOANNES BAPTISTA PIGNA, cuius commentarii primum *italice* editi in *Ferrara 1570. 4.* ex italica vero in latinam linguam conuerſi a *Ioanne Barone* ſub indice de *Principibus Ateſtinis Hiſtoriarum Libri Octo, Ferrariæ 1585*, alia exempla, quale meum habent, *1595. f.* ita tamen numeris efformatis, vt X. adpoſita a bibliopola videatur, laudatur & Editio *Veneta 1577. f.* germanice verſi interprete *Dreyfeldero* editique *Moguntiæ 1580. f.* IOANNES quoque BAPTISTA GIRALDVS conſcripſit elegantem *de Ferrara & Ateſtinis Principibus Commentariolum, Ferrariæ*

1556. 4. atque *italice*, interprete LODOVICO DOMENICHI, *Venezia 1597. 8.* FRANCESCO BERNI produxit: *Memorie degli Eroi della Caſa d'Eſte che ebbero il Dominio in Ferrara, Ferrara 1640. f.* Hos tamen omnes ſuperat in eruendis certis originibus vetuſtiſſimæ Familiæ, ſæpius iam laudatus accuratisſimusque LVDOVICVS ANTONIVS MVRATORIVS, qui ope præſidioque antiquorum & germanorum documentorum ſolide commentatus: *delle Antichità Eſtenſe ed Italiane Trattato* edito *in Modena, typis Eſtenſibus 1717. f.* Eſt hæc nobilisſimi operis pars prima, in qua non ſolum origo & antiquitas Eſtenſis Familia declaratur, ſed ſimul etiam propagatio Domus Guelficæ & potentisſimorum Ducum Brunſuicenſium & Lunæburgenſium ſicut & Familiæ Marchionum Eſtenſium, Ducum Ferrariæ, Mutinæ &c. ope vetuſtisſimorum actorum & monimentorum deteguntur. Idem celeberrimus Vir antiquiora *Mutinenſis Hiſtoria* ſubſidia in *Corpore S. R. I. Mediol.* produxit, quæ exquire ſupra p. 1331. 1335. Singulorum *Heroum* quorundam ex hac Gente virtutes & geſta laudauere: IOA. BAPTISTA BONACCOSVS *de laudibus Herculis Eſtenſis Ferraria Ducis, Venetiis 1555. 4.* HERCVLES MATTIOLVS *de laudibus Franciſci I. Ducis Mutina 1659. 4. Ideam* vero *Principis Chriſtiani* in hoc *Franciſco I. Eſtenſi, Duce Mutinenſi* propoſuit DOMINICVS GAMBERTVS, *Mutina 1659. f. Anglice* extat eleganter ſcripta: *The Hiſtory of the Houſe of Eſte to the Death of Alphonſus laſt Duke of Ferrara, London 1681. 8.* Ciuitatis autem *Mutinenſis* memorabilia petenda ex VEDRIANI *Hiſtoria di Modena, Modena 1669. 4. 2. Voll.* Ad Eccleſiaſtica facere ex parte poterit GASPARIS STILLINGARDI *Catalogus Epiſcoporum Mutinenſium, Mutina 1606. 4.* Particulari hiſtoriæ illuſtrandæ inſeruire poterunt:

runt: IACOBI MARIAE CAMPANACII *Bellum Mutinenſe Hencio Rege duce cum Bononienſibus geſtum, Bononiæ 1590. 4.* ad recentiora tempora pertinet: *Informatione de ſucceſſi per l' invaſione dell' armi Spagnole negli Stati del Duca di Modena, Modena 1655. 4. Regii* Vrbis breuis Hiſtoria ſcripta a FVLVIO AZZARI in *Compendio della Iſtoria de la Città di Reggio, Reggio 1623. 4.*

§. XXVII.

Ad Hiſtoriam Principum *Mirandolæ* atque *Concordiæ* facit IOANNES BAPTISTA GVARNOPIVS *de nobili Picorum Familia, Venetiis 1574. 4.* De *Comitibus* vero *Concordiæ* extat Scriptor VRGALINVS VERINVS, *Venetiis 1576. 8.* PETRI PAVLI VERGERII *de Carrarienſium Familia & de illuſtrium eius Principum Iacobi Grandi, Nicolai, Marſilii, Vbertini* &c. *rebus magnifice geſtis hiſtoria* Theſ. A. & H. I. *T. VI. P. II.* primum edita. V. C. IOANNES DAVID KOELERVS edidit Schediasma hiſtoricum pereruditum *de numiſmate Iacobi Grandis de Carraria Domini I. Patauii*, quo ſucceſſionem Carrariorum in Dominatu Patauino ad illuſtrationem Hiſtoriæ Sæc. XIV. ſuſcepit, *Altorfii 1717. 4.*

§. XXVIII.

De *Vrbe* & *Imperio Veneto* copioſiſſimi extant Scriptores. Antiquiores vide ſupra p. *1332. 1335.* De *ſitu* potentiſſimæ *Vrbis Venetæ Libros Tres* compoſuit M. ANTONIVS COCCIVS SABELLICVS, cuius *Carmen* duplex panegyricum *Genethliacon de Originibus* & *Oraculum* de *Venetæ Vrbis apparatu* inter *Opera* Viri *Baſileæ 1560.* edita & in SCHOTTI *Italia illuſtrata*, nec non *Theſ. A. & H. I. T. V.* proſtant. Huius *Theſauri* Tomi Quinti *Partes II. & III.* efficiunt: *Splendor magnificentisſimæ Vrbis Venetæ clarisſimus, e figuris ære deſcriptis elegantisſimis CXX. & accu-*

rata deſcriptione emicans, *& in duas Partes diſtributus*, quarum Prior Templa, Collegia, monumenta, mauſolea, epitaphia, inſcriptiones, ſtatuas, picturas, ſculpturas & reliqua ibidem memoria digna continet; *Poſterior*, regionem Sereniſſimæ Reipublicæ Venetæ, Magiſtratus, Dignitates, Aedificia publica atque priuata, pompas, feſta, ſpectacula & ſumtuoſiſſima quæque recenſet. Opus tum ex aliis, tum ex libro: *Il ritratto, o vero le coſe piu notabili di Venezia*, nec non ex *Sanſovino*, *Martiniano*, & aliis ſcriptoribus collectum. FRANCESCO autem SANSOVINO *Venezia Città nobiliſſima e ſingulare deſcritta*, lucem vidit *Venezia 1581.* & *1604.* & auctior *ibid. 1683. 4.* LEONICO GOLDIONI *Coſe maraviglioſe della Città di Venezia 1603. 8.* cuius libri verus auctor NICOLO DOGLIONI. Iterum præfixo huius auctoris nomine prodierunt: *Coſe notabili della Città di Venezia*, ampliate da ZVANNE ZITTIO, *Venezia 1662. 12.* Huius & argumenti eſt: DOMENICO MARTINELLI *il Ritratto di Venezia*, *ibid. 1684. 12.* An huc pertineat liber inſcriptus: *Prodigioſus Adria*, *ſeu Venetiarum Idea*, *Bononiæ 1633. f.* editus, definire haut poſſum, nunquam enim vidi.

§. XXIX.

Sequuntur illi, qui res Venetas omnis æui poſteritati tradiderunt. Fuit autem *Venetiis* laudabiliter conſtitutum, vt viri quidam doctrina, vſu, prudentia inſignes publica auctoritate patrias res ſolerter & circumſpecte deſcriberent. Hos ſingillatim primum editos, collegit illuſtris Vir APOSTOLVS ZENVS, Cæſareus Hiſtoricus magni nominis, ſub elogio: *Iſtorici delle coſe Veneziane, i quali hanno ſcripto per publico decreto*, *Venetiis* ab An. *1718.* ad *172?. X. Tomis 4. mai.* Præfatione eruditiſſima editor celeberri-

berrimus *Zenus* de Scriptoribus hiſtoricis Venetis vetuſtioribus, latinis maxime, & de iis, qui publica auctoritate poſtremis Seculis ſcripſerunt, pereruditе exponit. Continentur autem ſplendida hac *Collectione* ſequentes: Tomo I. MARCI ANTONII SABELLICI *Hiſtoriæ Rerum Venetarum Libri XXXIII. ad a. 1485.* Tomo II. PETRVS BEMBVS, cuius Hiſtoria Veneta ab Aldo *Venetiis 1569. f.* formis excuſa, hic latine comparet Tomo III. & IV. PAVLVS PARVTA continuator *Bembi*, italico ſermone, cuius opus *Venetiis 1605. 4.* duabus prodiit *Partibus*, quarum prima res ab An. 1513. vbi deſiit *Bembus* ad An. 1552. ſecunda vero, interrupto quodammodo filo, Bellum Cyprium ab An. 1569. ad An. 1572. deſcribuntur, Tom. V. VI. VII. ANDREAS MAVROCENVS, qui ne lacuna maneret, nouam veluti Hiſtoriam concinnauit ab An. 1521. ad a. 1615. XVIII. Libris graui & fere Liuiano ſcribendi genere, quæ *Venetiis 1623. f.* prodiit. Tomo VIII. & IX. BAPTISTA NANI, qui Hiſtoriam Reipublicæ ab a. 1613. ad a. 1671. etruſco expoſuit ſtilo, duabus Partibus, quarum prima ipſo ſuperſtite, in *Venetia a. 1662. 4.* altera poſt mortem eius *a. 1686. 4.* lucem adſpexit. Tom. X. MICHAEL FOSCARINVS, qui VII. Hiſtoriarum Libros moriens reliquit ab An. 1669. ad 1690. *Venetiis 1696. 4.* editos. Poſt hoſce in hac Collectione exhibitos, de Hiſtoria patria egregie meritus PETRVS GARZONVS, cuius *Hiſtoriæ Venetæ italice* ſcriptæ Pars prima *Venetiis 1705. 4.* res ab an. 1682. memorat; *Secunda* vero *ibid. 1716. 4.* excuſa, qua quæ poſt mortem *Caroli II.* Regis Hiſp. ab an. 1700. ad 1714. contigere, accurate enarrat. Singulatim horum Hiſtoricorum publica auctoritate conſtitutorum ſcripta prodiere M. ANTONII COCCII SABELLICI *Hiſtoriæ Rerum Venetarum Libri XXXIII.*

ad annum 1485. *Venetiis 1487. f.* quæ princeps & ſplendida eſt editio hodieque rara. *Baſileæ 1556. 8.* & *Baſileæ 1560.* Operum *T. II. ibid. 1670. 4.* cum notis marginalibus. *Italice* expreſſa in *Venetia 1668. 4.* BLONDI FLAVII diuerſorum Pontificum Secretarii *de Origine & geſtis Venetorum* Liber, *Venetiis 1481. f. Baſileæ 1531. & 1559. f.* atque in *Theſ. A. & H. I. T. V.* vbi, quæ a Venetis ab eorum Vrbis initio & Attilæ temporibus vsque ad Sæculi XV. medium contigere memorabilia ſuccincte enarrantur. PETRI BEMBI *Hiſtoriæ patriæ Libri XII.* ab anno 1486. ad a. 1530. ſtilo quidem culto latino, nec tamen a partium ſtudio ſemper libero, prodiere *Venetiis 1551. f.* recuſi ſtatim *Pariſiis eod. anno 4. Baſileæ 1556. 8.* & *ibid. 1567. 8.* cum aliis eius Operibus *Argentorati* quas inter editio a. *1652.* vitioſe impreſſa. *Italice* verſa edita in *Venetia 1552. & 1570. 4.* Ceterorum, qui publica auctoritate ſcripſerunt veteres editiones iam indicatæ. Alii ſua voluntate ad hanc utilem patriæ operam nauandam acceſſere, & quidem latino vſi ſtilo, BERNARDVS IVSTINIANVS *de origine Vrbis Venetiarum rebusque a Venetis geſtis* Libri XV. *Venetiis 1492.* poſt auctoris mortem a *Benedicto Brugnolo* editi, & *1534. f.* atque *Theſ. A. & H. I. T. V.* & *italice* interprete *Ludouico Domenichi*, *Venetia 1545. & 1608. 8.* atque PETRVS IVSTINIANVS *Rerum Venetarum Hiſtoriæ* Libris XIII. ab a. 421. primum ad a. *1560.* perductis editisque *Venetiis 1560. f.* poſtea ab eodem ad an. *1575.* tribus additis, continuatis ſtilo pereleganti, graui, pragmatico, ſed non ſine indiciis amoris in patriam, *Venetiis 1576. 4.* Libri hi XVI. recuſi *Argentorati 1611. f.* qua varia de rebus Italicis opuſcula acceſſerunt, nimirum: BERNARDI IVSTINIANI Oratio nomine Reipublicæ Venetæ ad Sixtum

IV.

IV. a. 1475. LVDOVICI HELIANI Legati Regis Galliæ Oratio in Comitiis Auguſtanis ad Maximilianum I. Imp. habita; CORIOLANI CEPIONIS *de Petri Mocenigi Venetæ Claſſis Imp. contra Ottomannum Turcarum Principem rebus geſtis Libri III.* CALLIMACHI EXPERIENTIS *Narratio de his, quæ a Venetis tentata ſunt, Perſis atque Tartaris contra Turcas mouendis*; ALEXANDRI PAEANII BENEDICTI *de Bello Venetorum cum Carolo VIII. Rege Gallorum geſto, Libri II.* & PAMPHILI SASSI *Carmen de Bello Tarrenſi*, poſt quam pugnam *Carolus VIII.* Galliæ Rex Italia exiit. IOANNIS BAPTISTAE VERI *Rerum Venetarum Libri Quatuor*, editi *Patauii 1638. 4. Amſtelodami 1644. 12.* auctiores *Venetiis 1678. 4.* & quæ plenior eſt editio *Patavii 1698. 4.* quæ per IOSEPHVM SCARELLAM *ad a. 1692. 4.* continuata. Inſignem laudem eleganti, graui, prudenti & ad veterum rationem compoſito enarrandi genere ſcriptæ Venetæ hiſtoriæ promeruit IOANNES GRATIANVS Profeſſor Patavinus clariſſimus *Hiſtoriarum Venetarum Libris XXXII.* quorum *Tomus Primus, Patauii 1728. 4. mai.* Tomus *Secundus* ibid. eod. anno prodiit. Qui res Venetas & ſimul maxime memorabiles omnis Europæ ab an. 1613. & ſic quæ *Nanius, Foſcarenius, Garzonius*, ad a. 1717. italice copioſe expoſuerant, latina hiſtoria complexus ad annum vsque huc 1700. ſcite & pragmatice expoſuit, vt lectis *Sabellici*, *Bembi* & *Andreæ Mauroceni* libris latine ſcriptis, haberent hiſtoriam vniuerſam non partem modo, gentes expertes linguæ Italicæ, quibus Veneta cognoſcere cordi eſſet. In exponendis externis cautionem adhibuit ne vitio peccaret, quod non vnis offecerit interdum, ſic evagantibus intemperanter, vt niſi admonuerit titulus, non ſatis liqueat, cuius præcipue populi

puli res perſcribere in animo habuerint. Alii res Venetas memoriæ mandare lingua *Italica* maluerunt. Tales ſunt: *Hiſtoria Venetiana ſcritta brevemente da* GIOVANNI NICOLO DOGLIONI, *Venetia 1598. 4.* qua Libris XVIII. ab origine Vrbis Sæc. V. ad a. 1598. res enarrat ita, vt patriæ amori indulgeat omittatque ea, quæ Reipublicæ minus grata acciderunt. PAOLO MOROSINI *Storia della Città e Republica di Venezia* ad annum vsque *1486.* in *Venetia 1637. 4.* GIAMBATTISTA CONTARINI *Storia Veneta* edita *Venet. 1663. 4.* ſcripta quidem eleganter & ordinate, ſed tamen non ſine ſtudio in patriam res Venetas ab origine ad an. vsque 1683. enarrans. ALESSANDRO MARIA VIANOLI *Storia Veneta*, *Venet. 1680. & 1684. 4. 2. Voll.* inſertis CVII. Ducum imaginibus acri inciſis, ornatus cauſſis, immixtæ & variæ Orationes, illa tamen omiſſa, quam ad Maximilianum I. habuit ſenator Iuſtinianus. Stilo turgido vſus FRANCESCO VERDIZZOTTI *de fatti Veneti dal origine della Republica ſino all' 1644. Venetia T. I. 1674. T. II. 1686. f.* & *T. III. 1698.* Minoris ſunt momenti: *Del' origine di Venezia* libellus, *Venet. 1558. 8.* GIVLIO FAROLDO *Annali Veneti, Venet. 1577. 8.* ex *Sabellico* maxime decerpti & ad an. 1486. perducti. FEDELE ONOFRIDI *Cronologia di Venezia, ibid. 1663. 12.* Ab his non ſeiungendus PVBLIVS FRANCISCVS MODESTVS, cuius *Venetias*, *Poema heroicum*, fata ab Vrbis primordiis vsque ad an. *1507.* ſiue Foedus Cameracenſe, exponit *Arimini 1521. f.*

§. XXX.

Alii vero ſucceſſionem & res *Ducum Venetorum* conſignarunt. PETRI MARCELLI, SYLVESTRI GIRELLI & HENRICI KELNERI tractatus *de vita & rebus geſtis Ducum Venetorum* vsque

que ad annum 1574. prodiere *Venetiis & Francofurti 1574. 8.* Singillatim edita commentatio PETRI MARCELLI *de Vitis Principum & geſtis Venetorum* ad a. 1511. cum SYLVESTRI GIRELLI *Additionibus* ad a. 1545. *Venet. 1554. 8.* atque *italice: Vite de' Principi di Vinegia di* PIETRO MARCELLO *tradotte in volgare da* LODOVICO DOMENICHI, *in Venet. 1558. 8.* Huc & pertinent: *Commentario di* GABRIELLO SYMEONI *ſopra alla Tetrarchia di Venegia, di Milano, di Mantoua e di Ferrara*, in *Vinegia 1548. 8.* quo libro origines & ſucceſſiones Ducum Venetorum, exhibentur. LEONIS MATINAE *Icones Principum Venetorum* prodierunt *Patauii 1659. f.* NICOLAI REVSNERI *liber Principum & Ducum Venetorum, Lauingæ 1587. 8.* Sed præſtant omnino IOANNIS PALATII *Faſti Ducales*, ab Anafeſto I. ad Sylueſtrum Valerium, Venetorum Ducem, *Venetiis 1696. 4.* cum eorum Iconibus, inſignibus, Numiſmatibus publicis & priuatis ære ſculptis, Inſcriptionibus ex aula magni Conſilii & ſepulchralibus, adiectæ ſunt Annotationes ad Vitam cuiusque Principis & rerum quæ omiſſæ fuerant. Germanico idiomate prodiit libellus ſub titulo: *der Venetianiſchen Hertzoge Leben, Regierung und Abſterben von dem erſten Paolo Lucio Anafeſto an, bis auf Marcum Antonium Giuſtiniani, Nürnberg 1686. 12.* ſed vulgaria habet. BALTHASARIS BONIFACII *Elogia Contarena Venetiis 1623. 4* edita, acceſſere *Franciſci Contareni* Libris tribus rerum in Hetruria a Senenſibus geſtarum. Ad vitam *Caroli Contareni* facit. *L' Orizonte della fama raccomto hiſtorico della vita del Sereniſſimo Carolo Contarini, in Venetia 1662. 4.* IOANNIS GRATIANI *Geſta Franciſci Mauroceni Peloponneſiaci Venetiarum Principis Patauii 1698. 4.* eleganter & pragmatice ſcripta. *Numiſmata*

mata Virorum illuſtrium ex Barbadica gente ſplendidiſſimo plane opere exhibuit IOANNES FRANCISCVS BARBADICVS Cardinalis & Patauinæ Eccleſiæ Epiſcopus, ex hiſtoricis illuſtrata, prodiere *Patauii 1732. f. chart. aug.* quo LXXX. ſcitiſſime cælata, exhibentur. ANTONII STELLAE vero *Elogia Venetorum nauali pugna illuſtrium* prodierunt *Venetiis 1558. 8.*

§. XXXI.

Alii ad Hiſtoriam *Venetorum* particularem faciunt, quo referendi, qui Hiſtorias cruentorum Bellorum a Venetis geſtorum, curioſe diligenterque expoſuerunt. Quales ſunt: ANDREA MOROSINI *Impreſe e ſpedizioni di Terra Santa e acquiſto di Conſtantinopoli fa dalla Republ. di Venezia, Venet. 1627. 4.* BARTHOLOMAEVS FACIVS *de Bello Venetorum Clodiano inter Venetos & Genuenſes* fuit commentatus, *Lugduni 1568. 8.* GEORGII MERVLAE *Bellum Scodrenſe Turcarum contra Venetos, Venetiis 1474. 4.* & MARTINI BARLETII de *Obſidione Scodrenſi* libellus ſingulatim editus *Venetiis 1504. 4.* PAVLI eſt RHAMNVSII Liber *de Bello Conſtantinopolitano & Imperatoribus Comnenis per Gallos & Venetos reſtitutis, Venetiis 1634. f.* & interprete *Hieronymo* Filio *italice 1604. 4.* GIROLAMO BARDI compoſuit librum inſcriptum: *Vittoria navale ottenuta dalla Republica Venetiana contra Federico I. Imperadore per la reſtituzione del Papa Aleſſandro III. Venet. 1584. it. 1619. 8.* CONRADI WENGERI narratio *de Bello inter Sigismundum Archiſtrategum Auſtriæ & Venetos* ſingillatim *Baſileæ 1544. 8. & Tom. II. S. R. G. Freberiano.* CORIOLANI CEPIONIS *de geſtis Petri Mocenici Libri Tres* editi *Venetiis 1475. 4. & Baſileæ 1544. 8.* ANDREAE MOCENICI *Bellum Cameracenſe aduerſus Venetos geſtum ab an. 1500. ad 1517. Venetiis*

tiis 1525. 8. & *Th. H. I. T. V. P. IV.* nec non *italice* ex verſione ANDREAE ARRIVABENE, *Ven. 1560. 8.* Facit huc perelegans commentatio *gallice* ſcripta auctore Abbate BOS ſub titulo: *Hiſtoire de la Ligue, faite à Cambray entre Jule II. Pape, Maximilien I. Empereur &c. contre la Republique de Veniſe, à Paris 1709. & 1728. 12.* GIROLAMO DIEDO *Lettera, ove ſi deſcrive la Bataglia Navale ſeguita l' anno 1571. Venet. 1588. 4.* Dn. de ST. REAL *Conjuration des Eſpagnols contre la Republique de Veniſe en 1518. Paris 1674.* De bellicis turbis cum *Ferdinando* Archi-Duce circ. a. 1615. ob Vſcochos geſti commentati POMPONIO EMIGLIANI in *Guerre d' Italia ſeguite dall' Anno 1615. ad 1617. 4.* paucis plagulis, & BIAGIO RITH *Commentari delle Guerre paſſate nel Friuli, e ne' Conſini dell' Iſtria, e di Dalmatia, Trieſte 1629. 4.* Bella cum Ottomannis ob *Cyprum* eleganter deſcripſere PETRVS BIZARVS *de Bello Cyprio, Baſileæ 1573. 8. Antwerpiæ 1583. 8.* quo ea quæ a. *1570. 1571.* geſta enarrantur & IOANNES ANTONIVS GVARNERIVS *Bergomi 1597. 4.* & IOANNES MARIA GRATIANVS elegantibus Libris Quinque de *Bello Cyprio, Romæ 1624. f. Noribergæ 1661. 12.* & *gallice* verſis *Pariſiis 1685. 4.* interprete M. *le Peletier.* Germanico idiomate de eodem egit IOANNES WILHELMVS NEVMAYER a Ramsla vir & itineribus & poſſeſſione ac lectione egregiorum librorum ſuffultus in *Bello Cyprio ſ. Beſchreibung des Krieges, welchen der Groß-Türk Selim wieder die Venetianer in der Inſul Cypern geführet von an. 1570. bis 1573, Leipzig 1621. 4.* Prodiit quoque *Hiſtorie delle Coſe ſucceſſe dal principio della Guerra moſſa da Selim Ottomanno a Veneziani ſino al gran Vittoria ottenuta contra Turchi dopo l' anno 1569. al 1571. Venet. 1572. & 1645. 4.* latine verſa, interprete *Ioa. Nicolao Stupano*, ſub titu-

titulo: de *Bello Selimi II. contra Venetos*, *Baſileæ* 1573. 4. *Iſtoria della Guerra di Candia dopo l' anno 1644. inſino al 1669. di Andr. Valiero Senatore Veneto*, edita *Venet. 1679. 4.* & GIROLAMO BRVSONI *Iſtoria dell' ultima Guerra di Candia tra Venetiani e Turchi dall' 1644. all' an. 1671. Venet. 1673. 4.* MATTHIAE MERIAN *langbeſtrittenes Kœnigreich Candia, Franckfurt 1670. f.* elegantibus ornata figuris æneis ſcriptio. ALESSANDRO VERNINO *Iſtoria della Guerra di Dalmazia ſotto il Generalato di Leonardo Foſcolo dopo l' an. 1644. al 1648. Ven. 1648. 8.* Ad recentiora pertinent: *Hiſtoire des Conquetes des Venitiens depuis 1684. juſqu' en 1688. Bruxelles 1688. 12.* & *Succeſſi del Arme Venete in Levante, Ven. 1686. 4.* LOCATELLI *Iſtoria della Veneta guerre in Levante ſotto la condotta di Franc. Moroſini, Venet. 1695. 4.* atque *Frammenti ſtorici della Guerra in Dalmazia, Ven. 1692. 12.* quæ HIERONYMO BRVSONI adſcribuntur. Nec non: PIETRO GARZONI *Iſtoria della Republica di Vinezia in tempo della ſacra Lega contra Maometto IV. e tre ſuoi ſucceſſori. Ven. 1705. 4.* Recentisſimi Belli cum Turcis orti, quo Morea a Turcis capta, fata & viciſſitudines deſcribuntur im *H. und Venetianiſchen Kriegs-und Friedens-Theatro*, quod Lipſiæ ab an. 1717. ad 1718. 4.

§. XXXII.

Status publici Veneti Notitia, quæ in lucem dari fuit permiſſa, a ſequentibus fuit tradita. DONATI ſiquidem IANNOTII, Reipublicæ Venetæ a Secretis, *Dialogus*, ex tribus vnus ſuperſtes *de Republica Venetorum*, cum notis *Nicolai Craſſi* primum editus *Venetiis 1589. 4.* & inter *Respublicas Elzevirianas, Lugd. Batauor. 1624. 24.* & *1631. 1642. Amſtelodami* item ead. forma, atque *italice, Roma 1540. 4.* & *1542. 8.* CASPARIS porro

CON-

CONTARENI Patricii Veneti, & magni nominis Cardinalis *de Magiſtratibus & Republica Venetorum Libri Quinque*, cum notis *Nicolai Craſſi*, *Venet. 1589. 4. Baſileæ 1543. 8.* cum Præfatione *Sigismundi Gelenii* & *ibid. 1547. 8. Venet. 1592. 8.* ac inter *Opera, Pariſiis 1571. f. Venetiis 1589. f.* interque *Reſp. Elzeuirianas Lugduni Bat. 1628. 24.* *italice* verſi *Venez. 1545. 1551. 1554. 8.* nec non cum iam laudato & aliis huius argumenti *Theſ. A. & H. I. T. V. Romanorum & Venetorum Magiſtratuum* inter ſe comparationem inſtituit ſingulari libello GVERINVS PISO SOACIVS ICtus Patauinus, *Patauii 1563. 4.* IOANNIS COTOVICI Vltraiectini I. V. D. & Militis Hieroſolymitani *Synopſis Reipublicæ Venetæ* in tabulam redacta longam ſatis, adiecta ipſius *Itinerario Hieroſolymitano & Syriaco*, edito *Antwerpiæ 1619. 4.* & hodie raro. IACOBI SIMANCAE *Collectanea de Republica Veneta* prodierunt *Antwerpiæ 1579. 8.* Extant porro: GIOVANNI FRANC. OLMO *Relazioni della Republica di Venezia, Venez. 1628.* & *Relatione della Città, e Republica di Venetia, Colonia 1672. 12.* Argumenti huius quoque eſt: *Opinione de* PAOLO SARPI, *comme debba governarſi la Republica Veneta, Ven. 1681. 12.* Huc & pertinent: *Diſcorſo Ariſtocratico ſopra il Governo de Veneziani, Venet. 1670. 12.* & *La Politique civile & militaire de Venitiens, par le Sieur de la* HAYE, *Paris 1663. 12.* Multa libertate Venetis minus grata a duobus legatis & miniſtris Regis Galliarum commentationes de ſtatu & ratione regiminis Veneti ſunt editæ perelegantes, nempe: ST. DIDIER *Deſcription de la Ville & Republique de Veniſe, Paris* & *Amſterdam 1680. 12.* atque AMELOT *de la* HOVSSAYE *Hiſtoire du Gouvernement de Veniſe, Paris 1677. 8.* & *1685. 12. 2. Voll.* quibus non ſolum ſitus, munera publica, dignitates, ſed quidquid

 ad

ad notitiam, arteſque imperii, quantum ab extraneis percipi potuit, pertinet, libere indicatur. *Ducis Venetiarum* ſplendor externus ex parte patent ex FVLGENZIO MANFREDI *Dogi di Venezia, in ritratto e Compendio, con varie particolarità intorno la Città, Venet. 1598.* figuris æneis expoſitus. Addatur BERNARDI GEORGII *Periocha in XIV. publicas ſolennitates, in quibus Princeps Venetus quotannis in publicum prodit, Venetiis 1559. 8.* De *dignita Procuratoria di S. Marco di Venezia* editus libellus, quem iam excitauimus MANFREDI, *Ven. 1602. 4. Præcedentiæ Ius* præ *Sabaudo* Duce aſſerere voluit: THEODORVS GRASWINCKELIVS Diſſ. de *Iure Præcedentiæ inter Venetam Rempublicam & Ducem Sabaudiæ, Lugduni Batau. 1644. 8.* De *Dominio* vero *Maris Adriatici*, quod *Veneti* ſibi tribuvnt, aſſerere voluerunt edita: *Allegation in Iure di* CORNELIO FRANGIPANE *per la Vittoria Navale contro Federico I. Imperatore e Atto del Papa Aleſſandro III. per il Dominio della Republica Veneta del ſuo Golfo contre alcune ſcritture de Napoletani, Venezia 1618. 4.* Eodem tempore prodiit libellus ANGELI MATTHEACII *de Iure Venetorum & Iuriſdictione Maris Adriatici, Venetiis 1617.* & perſonati FRANCISCI *de* INGENVIS breues pagellæ *de Iuriſdictione Venetæ Reipublicæ in Mare Adriaticum, Geneuæ 1619. 4.* nec non IVLII PACII *de dominio Maris Adriatici Diſceptatio pro Republica Veneta, Lugduni 1619. 4.*

§. XXXIII.

Apud omnes hiſtoriarum cupidos celebratiſſimum ſcriptum eſt, quod ſub titulo: *Sequittino della Liberta Veneta* in *Mirandola, 1612. 4. & 1619. 8.* prodiit. Hoc ſcripto *libertas Veneta* ab ipſis Reipublicæ fundamentis examinatur atque diſcutitur, cum auctor per omnem hiſtoriæ ſucceſſio-

ceſſionem demonſtrare voluerit, Venetos olim ſub Imperio Oſtrogothorum, Imperatorum Byzantinorum, Caroli M. & Francicorum, immo etiam Germanicorum fuiſſe, idque occaſione attentatæ ab Hiſpanis atque Auſtriacis libertatis. In Gallicum ſermonem fuit translatum per *Amelot de la Houſſaye, Ratisbonæ 1677. 12. & 1684. 8.* Raræ eruditionis ſcriptum eſt, ideoque factum, vt integræ gentes de auctore libri, quem ſibi vindicare volebant, diſceptarent. Modo enim MARCO VELSERO, Auguſtano, modo ANTONIO ALBITIO, Florentino, modo NICOLAO CLAVDIO PEIRESCIO, Aquisſextienſi, viris certe ſummis, adſcribitur. Immo *Gaſſendus* in *Vita Peireſcii* libro III. p. 200. tam *Gualdum*, quam *Pignorium*, aut contuliſſe operas in eo opere conſcribendo, aut communicaſſe cum *Peireſcio*, quos digereret commentarios, ex mente tamen aliorum profert. Licet iſtis fidem ipſe non habeat, cum iſti magis ingenui fuerint, patriæque ſuæ amantes, quam vt ea impietatis labe maculari voluerint. Nouam atque hodie communem de auctore huius libri opinionem protulit Abbas de St. Real in hiſtoria coniurationis Hiſpanicæ, ALPHONSVM *de la* CVEVA Marchionem de *Bedmar*, Regis Hiſpaniarum ordinarium apud Venetos legatum, præcipuum coniurationis auctorem, & vertente tempore eccleſiæ Romanæ Cardinalem, verum faciens libri auctorem, quam opinionem plerique hodie ſequuntur, licet non deſint, qui de eodem adhuc dubitent. *Velſerum* auctorem eſſe negat *Chriſtophorus Arnoldus* in Præfatione nouæ *Operum Velſeri* editioni præmiſſa. Quidquid ſit, ſcriptum eſt erudititſſimum, quod ſatis de ſingulari auctoris hiſtoriarum mediæ ætatis cognitione teſtatur. *Paulo Sarpio* qui-

dem committebatur, vt refutaret, quod tamen recuſabat. Adgreſſus fuit THEODORVS GRASWINKELIVS *de libertate Veneta* libro *ſiue Venetorum in ſe & ſuos imperantes iure, Lugduni Batauorum 1634. 4.* quo ſcripto dignitatem quidem equitis D. Marci promeruit, ſed impari conatu. Eamdem confutationem tentarunt vel argumentum adfine tractarunt ZOROASTER ROITER *Specchio di Libertà e Riſpoſta contro alli Calonniatori di Venetia,* in *Bengodi 1616. 4.* SCIPIONE ERRICO *Antiſcrutinio, Meſſina 1650. 8.* RAFAELLE *della* TORRE *Squitinio della Republica di Venetia d' Autore incognito Squitinato, Geneve 1653. 4.* atque ANGELO PORTENARI *Apologia della libertà delli Popoli Veneti antichi, Padova 1629. 4.* & GIO. NIC. DOGLIONI *Venetia trionfante e ſempre libera, Venet. 1613. 4.*

§. XXXIV.

In controuerſia iſta quæ *Venetorum* Reipublicæ interceſſit cum *Paulo V.* varia ſcripta prodierunt. Scilicet tres a Venetorum Republica perlatæ erant leges, quarum prima ſancitum, bona a laicis abſque permiſſu Principis & auctoritate publica ad perſonas eccleſiaſticas nulla alienatione poſſe transferri. Altera erat de ædificandis nouis eccleſiis aut monaſteriis, & ne cuiquam Hoſpitalia vel pia loca, ſine Reipublicæ ſpeciali licentia, erigere vel fundare liceat. Tertia denique de grauiorum & atrociorum criminum ab eccleſiaſticis perſonis commiſſorum iudiciis a ſupremo conſilio decem Reipublicæ conſiliariorum exercendis. Ob hæc decreta excommunicabatur Venetorum Reſpublica a *Paulo V.* qua occaſione erant, qui vel Pontificis vel Reipublicæ cauſſam tuendam ſuſciperent. Ipſam hiſtoriam inimicitiarum, quæ *Paulo V.* Pontifici R. cum Republica *Veneta* inter-

interceſſerunt, compoſuit, qui hac in graui cauſ-ſa pro Republica calamum ſumſit eruditiſſimus PAVLLVS SARPIVS, ſ. *Fra* PAOLO, cuius *Hiſtoria particolare delle Coſe paſſate trà il ſommo Pontefice Paolo V. e la Republica di Venetia gli anni 1605. 1606. 1607. Mirandola 1624. 4. e Lione 1624.* EI. *Fra* PAOLO *editæ Conſiderationi ſopra le Cenſure di Paolo V. contra la Republica di Venetia, Venet. 1606. 4.* & EIVSD. *Apologia per le Oppoſitioni fatte dal Cardinale Bellarmino alli Trattati di Giovanni Gerſone ſopra la validità delle ſcommuniche, Venet. 1606. 4.* addatur EIVSD. *Hiſtoria dell' Inquiſizione nella Città e Dominio di Venetia, Ven. 1675. 12.* Hiſtoriam controuerſiæ ex *italico* anglice vertit *Chriſtophorus Potterus, Londini 1629. 8.* Pars vero Scriptorum, quæ pro hac, vel illa parte prodierunt, congeſta fuit in ſyllogen, cui titulus: *Acta & ſcripta varia controuerſiæ inter Paulum V. & Venetos, Vincentiæ 1607. 8.* Præcipue defenſores *Venetæ* Reipublicæ fuerunt ANTONIVS QVIRINVS, Frater PAVLVS SERVITA & IOANNES MARSILIVS. *Pontificis* partes ſuſcipiente potiſſimum *Bellarmino* & *Baronio*. Eadem ſcripta *italice* prodierunt aliquantum auctiora, *Geneuæ 1646. 4.* Acceſſit enim NICOLAI CRASSI *Antiparæneſis ad Baronium pro Republica Veneta* & NICODEMI MACRI, ſiue potius ASCANI PERSII *Disceptatio cum Nicolao Craſſo de paræneſi Baronii ad Rempublicam Venetam.* Separatim prodierunt GABRIELIS BARLIETII *Suspiciones de IV. Monarchiis & Antichriſto ex cenſura & ab excommunicatione Pauli V. contra Rempublicam Venetam, Francofurti 1606.* Editæ porro in hac celebri contentione *Fr.* FVLGENTIO *Conformatione delle Conſiderationi di P. Fr. Paolo di Venetia contro le Oppoſitioni di M. Gio. Antj. Boccio Carmel. Ven. 1606. 4.* VENTVRAE VIN-

CENTINI *Aſſertiones contra Venetæ Reipublicæ maledicos*, Venet. 1606. 4. IOANNIS MARSILII *Opuſculum de controuerſia inter Paulum V. & Rempublicam Venetam*, 4. NICOLAI VIGNERII *de Venetorum Excommunicatione, aduerſus Baronium Diſſertatio, Salmurii* 1606. 4. & *Francofurti* 1607. 4. ANTONII QVERINI *Avviſo delle Ragioni della Republica di Venezia intorno alla difficoltà promoſſe da Paolo V. Venet.* 1606. 4. cui repoſuit quædam PAOLO ANAFESTO, *Bologna* 1607. 4. *Eſſame compoſto da* GIOVAN. MARSILIO *ſopra tutte quelle ſcritture, che ſin hora ſono ſtate mandate alle ſtampe, ſopra la differenze tra Paolo V. e la Republica di Venetia, ibid.* 1607. 2. *Voll.* Talis ſylloge prodiit ſub elogo: *Raccolta degli Scritti usciti fuori in ſtampa, e ſcritti a mano nella cauſa del Papa Paolo V. & Signori Venetiani, Coira* 1607. 4. Extant quoque *Reſponſa I. C. M.* ANTONII PEREGRINI; ANTONII ORTHELII & IOACHIMI SCAYNI, *reddita pro Decretis Principis Veneti* &c. *Venetiis* 1606. 4. In Tomo tertio Monarchiæ Goldaſti continentur: ANNIBALIS CRANCII *ſententiæ ſuper quæſtione, an iniurias a Paulo V. Papa Reip. Venetæ illatas liceat bello propulſare*; PARISII f. IACOBI LESCHASSERII *conſulatio de controuerſia inter Paulum V. & Rempublicam Venetam*, IOACHIMI SCAYNI *reſponſum pro decretis Reip. Venetæ*. VENTVRAE VINCENTINI *conſilium ſuper controuerſia vertente inter Paulum V. & Rempublicam Venetam*, Edita porro eſt *Gallofranci ad Philenotum epiſtola pro libertate Status & Reipublicæ Venetorum, Pariſiis* 1607. 4. Sed quis omnes hoſce libellos enumeraret.

§. XXXV.

Ditionis *Venetæ* in *Longobardia* præcipua vrbs eſt *Patauium*. Origines huius inueſtigatæ in *Lori-*

origine di Padova di LORENZO PIGNORIA, *Padoa 1625. 4.* addatur eiusdem opuſculum laudato libro adiectum, ſub titulo: *L' Antenore, Padoa 1625. 4.* quo de hoc conditore e Troianis exponit. *Latine* verſæ hæ origines interprete *S. Hauercampio* proſtant *Th. A. & H. I. T. VI. P. II.* Extant porro *della Felicita di Padoa di* ANGELO PORTENARI *Libri nove, Padoa 1623. f.* hodie rariores, quibus etiam multos ſcriptores horumque opera recenſet, *Patauii 1623. f.* Elegantes & quondam rari BERNHARDINI SCARDEONII *de Vrbis Patauii antiquitate & claris ciuibus Patauinis Libri Tres, Baſileæ 1560. f.* quibus non ſolum de origine vrbis agit, ſed etiam de cuiuscunque generis eruditis, qui ibidem claruerunt, addita appendice de Sepulchris inſignibus exterorum *Patauii* iacentium, emendata ad exemplum manu *Petri Scriuerii* recognitum, collatis etiam SERTORII VRSATI *monumentis Patauinis*, extant *Th. A. & H. I. T. VI. P. VIII.* vbi & OCTAVII FERRARII legitur Oratio *de laudibus Vrbis Patauii*, ex eius *Proluſionibus Patauii 1650. 4.* & *Wolffenbüttelii 1711. 8.* edita. Quantum ad ſtatum literarium adtinet copioſior NICOLAVS COMNENVS PAPADOPOLVS *Hiſtoria Gymnaſii Patauini*, duobus Tomis *Venetiis 1726. f.* Add. ANTONII RICCOBONI, de *Gymnaſio Patauino Libri Sex, Patauii 1598. 4.* quibus origo eius, doctores præclariores vsque ad A. C. 1571. controuerſiæ memorabiles recenſentur. Extat quoque *Th. A. & H. I. T. VI. P. IV.* IACOBVS PHILIPPVS THOMASINVS *Inſcriptiones vrbis Patauinæ* collegit ſacras & profanas, *Patauii 1649. 4.* Sed maiori cum cura atque iudicio *Monumenta Patauina* explicauit SERTORIVS VRSATVS, quæ explicatio plurimum ad gentium atque familia-

rum Romanarum notitiam poterit conducere. Poſt hoſce, *Agri Patauini Inſcriptiones ſacras & profanas* edidit IACOBVS SALOMONIVS, *Patauii 1696. 4.* qui non ſolum ex variis Scriptoribus, alias antiquas, a prioribus nondum memoratas adiecit, ſed etiam ex ſequiori ætate varia clarorum virorum epitaphia, quæ hinc inde reperiuntur congeſſit, addita vbique vberiore explanatione hiſtorica. Secutæ ſunt eiusdem SALOMONII *Vrbis Patauinæ Inſcriptiones ſacræ & profanæ, Patauii 1701. 4.* quæ, eadem induſtria ſingulas, quæ in vrbe continentur antiquitates & epitaphia deſcribunt. GVILIELMI & ALBRIGETI CORTVSIORVM extat *Hiſtoria de Nouitatibus Paduæ & Lombardiæ* ab a. *1256. ad a. 1364. Venetiis 1535. f.* atque T.*XII. Muratoriano p. 1332.* nec non *Th. A. & H. I. T. VI.* cum *Supplemento* ad hanc *Cortuſiorum* Hiſtoriam. IACOBI CAVACII libri VI. *Hiſtoriarum Cœnobii D. Iuſtinæ Patauinæ, Venetiis 1696. 4.* PETRI SAVIOLI *Theſaurus Vrbis Patauinæ, vocatus S. Mons Pietatis, Patauii 1682. 4.* RAPHAEL BAGATA edidit *SS. Epiſcoporum Veronenſium antiqua Monumenta, Venet. 1576. 4.* Leguntur & Patavinæ hiſtoriæ in PIETRO GERARDO *Vita e Geſti d' Ezzelino da Romano III. Tiranno da Padova in IX. Libri, Venet. 1544. 8. & 1552. 8.* quæ & *gallice* eſt verſa. ALBERTINVS MVSSATVS *bella populi Patavini aduerſus Canem Scaligerum Veronenſem,* a. 1318. libris tribus deſcripſit *Venetiis 1636. f.* Veronenſem Hiſtoriam illuſtrant: ADRIANO VALERINI *le Belezze di Verona, Verona 1586. 8.* ANDREAE FVLVII *Hiſtoriæ Veronenſes, Romæ 1517. 8.* ALESSANDRO CANOBBIO *breve Compendio cavato della ſua Storia di Verona, Verona 1598. 4.* EIVSDEM quoque eſt: *Tavola di quanto e ſtato raccolto intorno la Nobilta, antichità e fatti di Verona, Verona 1587.*

1587. 4. MAVRITIO MORO *Cronica delle Choſe notabili di Verona, Verona 1611. 8.* GIROLAMO *della* CORTE *Hiſtoria di Verona, Verona 1596. 4.* 2. Voll. Eruditi ſunt ONVPHRII PANVINII *Antiquitatum Veronenſium & Virorum illuſtrium Veronenſium* Libri VIII. *Pataui 1647. & ibid. 1668. f.* atque alius: *de Vrbis Veronæ Viris doctrina & bellica virtute illuſtribus, Veronæ 1661. 4.* Coniungenda: *La Nobiltà di Verona di* GIOV. FRANCESCO TINTO, in *Verona 1592. 4.* PAVLI SCALICHII extat Liber *de Genealogia, ſeu antiquiſſima Scaligerorum Gente, ſive a Scala ab anno ſalutis 80. ad an. 1561. 4.* Add. IOSEPHI SCALIGERI *Epiſtola ad Janum Duſam de Vetuſtate & Splendore Gentis Scaligeræ* Th. A. & H. *T. IX. P. VII.* Aeſtimatiſſimus quoque liber eſt TORELLI SARAYNAE *de Veronæ origine & viris illuſtribus Veronenſibus,* Libris V. *Veronæ 1540. f.* extant in *Schotti Italia illuſtrata,* & cum ſequenti Th. A. & H. I. T. IX. P. VII. Eiusdemque *le Hiſtorie e fatti Veroneſi, ne' tempi de Popolo e Signori Scaligeri, in Verona 1542. 4.* qui & prodierunt, ſub titulo: *Hiſtorie e Fatti di Veroneſi deſcritte da* TORELLO SARAINA, *Verona 1586. 4.* LVDOVICO MOSCARDO habemus *Storia di Verona dall origine ſua fin all 1668.* in *Verona 1668. 4.* Hos omnes ſuperauit quod ad res antiquiores, qui hodie Italiæ maximo eſt ornamento illuſtriſſimus Marchio SCIPIO MAFFEI elaboratisſimis commentariis, quos inſcripſit: *Verona illuſtrata, italice, Veronæ 1731. 32.* fol. mai. & ibid. *8. mai.* ſplendide & curate editis, quorum Pars prima continet hiſtoriam illius Ciuitatis, ſimulque antiquarum Venetiarum ab origine vsque ad Caroli M. in Italiam aduentum; altera, exponit hiſtoriam literariam & notitiam de Scriptoribus Veronenſibus; Pars tertia refert notitiam rerum in

ea vrbe perquam memorabilium; Pars denique quarta & vltima exhibet auctam Editionem ſecundam librorum de Amphitheatris ac ſpeciatim de Veronenſi, qui primum editi *Veronæ 1728.* *Breſciæ* Vrbis percelebris res diuerſis monimentis conſignatæ: GIOVANNI BATTISTA NAZARI *Breſcia antica*, edita in *Breſcia 1562. 8.* & *1658. 4.* LEONARDO COZZANDO *Riſtretto profano e ſacro della Storia Breſciana*, *Breſcia 1694. 4.* OTTAVIO ROSSI *Memorie Breſciane*, editæ *Breſcia 1626. 4.* & *1693. 4.* HELIAE CAPREOLI *Chronica de rebus Brixianorum*, *Libris XII.* ad a. vsque 1500. perductis *Brixiæ* ſine *anni* mentione f. edita, in quibus naturalis Vrbis & agri indoles, eiusdemque primi conditores, ac res tam ſacræ quam ciuiles a primo Vrbis exordio, vsque ad Auctoris tempora exponuntur. Inſerti hi Libri *Theſ. A. & H. Italiæ T. IX. P. VII.* additis duobus poſtremis libris ad annum 1510. ex MSC. Codicibus Bibliothecæ Ottobonianæ & Brixienſis beneficio V. C. *Apoſtoli Zeni.* *Italice*, interprete *Patrizio Spini* editi cum Supplemento, in *Breſcia 1585. 4.* Res memorabiles viciniæ conſignatæ in FVLGENZIO RINALDI *Monumenti del Caſtello d'Iſeo*, *Breſcia 1685. 4.* BONGIANI GRATTAROLI *Storia della Riviera di Salo*, *Breſcia 1599. 4.* *Lago, Fortezza, e Rocca di Garda, e Gardeſana*, deſcripta ſunt a GIVLIO *dal* POZZO, *Verona 1679. 4.* DOMENICO CODAGLI *Storie Orceana* edita *Breſcia 1592. 4.* De *Bergomo* extant: FRANCISCI BELLAFINI *de origine & temporibus ſiue fatis Vrbis Bergomi*, *Venetiis 1532.* & in *Th. A. & H. I. T. IX. P. VII.* vbi & proſtant: MARCI ANTONII MICHAELIS *Agri & Vrbis Bergomatis Deſcriptio* perbreuis, edita primum cum *Bellaſino* *Venetiis 1532. 4.* qua conditores, rectores, fata & geſta,

geſta, nec non ſitus & facies, tam agri, quam vrbis exponuntur, & VINCENTII CORONELLI, Venetorum Reip. Coſmographi *Rerum & temporum Bergomenſis Eccleſiæ Synopſis*, *Venetiis* 1696. 8. quæ ab eius exordio vsque ad a. 1696. antiquitatem, conditores & dominatus Vrbis Bergomi, & Eccleſiæ Bergomenſis Epiſcoporum ſeriem exhibet. Præcipuus BARTHOLOMAEVS FARINA, cuius *Bergamo e ſua origine*, *Bergamo* 1702. 4. edita, quam ex italico *latine* vertit *Abrahamus Preigerus*, notulasque & indicem auctorum & rerum adiecit *Theſ. A. & H. I. T. IX. P. II.* P. CELESTINO *Hiſtoria di Bergomo* formis impreſſa *Bergomo* 1617. 4. 3. Voll. ACHILLIS MVTII *Theatrum, quo domorum, rerum, virorumque illuſtrium Bergomatum monimenta referuntur*, *Bergomi* 1596. 4. Annales ſiſtunt DONATO CALVI *Efemeridi di Bergamo*, *Milano* 1676. 4. Ad eccleſiaſtica facit: BARTHOLOMAEI *de* PEREGRINIS *de ſacra Bergomenſi vinea*, Liber, *Brixiæ* 1553. 4. IOA. CHRYSOSTOMI ZANCHI *de origine Orobiorum, ſiue Cenomanorum* extat Liber *Venetiis* 1531. 8. P. GREGORIO ſunt *Ragguagli ſacri e profani de' Popoli communi, oggi detti della Valcamonica*, *Venet.* 1698. 4. PIETRO PAOLO ORMANICO extant *Conſiderazioni ſopra alcune Memorie della Religione antica dei Popoli di Valcamonica*, *Breſcia* 1639. 4. *Cremæ* fata commemorarunt: ALEMANNI FINO *Storia di Crema*, *Venezia* 1566. 4. *Crema* 1571. 8. & *ibid.* 1711. 8. quibus binis vltimis Editionibus Libri duo & variæ acceſſiones adiectæ. *Taruiſii* memorabilia maxime leguntur in GIOVANNI BONIFACIO *Storia Trivigiana in fino all' anno* 1591. *Trivigi* 1591. 4. extant porro: BARTHOLOMAEI BVRCHELATI *Commentarii memorabiles multiplicis Hiſtoriæ Taruiſinæ*, *Taruiſii* 1616. 4. GREGORIO GRAZIANI au-

ctore

ctore prodiit *la vera deſcrizione della Città di Ceneda*, *Trevigi* 1621. 12. CHRISTOFORO CIECO *da Forli* eſt *Cronica della Marca Trivigiana*, *Venet.* 1574. 8. GIR. BERTONDELLI ſtudio conſcripta: *Storia della Città di Feltre, Venet.* 1673. 4. & ANTONIO *dal* CORNO editæ *Memorie ſtoriche di Feltre fino all' anno* 1710. *Venet.* 1710. 4. GIOV. BATTISTA BARPO habetur: *Deſcrizione di Belluno e ſuo Territorio, Belluno* 1640. 4. & GIORGIO PILONI *Storia di tutti i ſucceſſi della Città di Belluno con Tavole de Veſcovi e de Rettori*, *Venet.* 1607. 4. addantur DOGLIONI *Origine di Cividal di Belluno*, *Venet.* 1588. 4. & IOANNIS PIERII VALERIANI *Antiquitatum Bellunenſium Sermones Quatuor*, primum editi *Venetiis* 1620. 8. & cum *Pierii, Hieroglyphicis*, *Francofurti* 1678. 4. *Fori Iulii* ex parte Venetis ſubiecti ſtatum hiſtoriamque illuſtrarunt ERCOLE PARTENOPEO *Deſcrizione del Friuli*, *Vdine* 1604. 4. HENRICI PALLADII *de Oliuis Rerum Foro Iulienſium Libri XI. ab O. C. ad An. C.* 452. editi *Vtini* 1659. *f.* & *Th. A. ac H. I. T. VI. P. IV.* vbi & EIVSD. de *Oppugnatione Gradiſcana A. C.* 1618. *facta Libri V.* extant illati ex editione *Vtini* 1658. *f.* producta, nec non quæ ibi etiam leguntur: BASILII ZANCAROLI *Antiquitatum Ciuitatis Fori Iulii Libri IV. Venetiis* antea, poſt auctoris mortem 1669. editæ. GIANFRANCESCO PALLADIO extat *Storie della Provincia di Friuli dal* 452. *al* 1658. *Vdine* 1660. *f.* 2. *Tom.* & ad bellica fata FAVSTINO MOISESSO *Storia dell' ultima guerra del Friuli Libri due*, *Venet.* 1623. 4. Et antiquitate & Patriarchali ſede nobilis eſt *Aquileja*, de qua legendi IOANNIS CANDIDI *Commentariorum Aquilejenſium Libri VIII.* ab vltimis temporibus vsque ad inducias quinquennales a. C. 1517. *Venetiis* 1521. *f.* & *Th. A. & H. I. T. VI. P. IV.* italice 1544. 8. antiquitates potiſſimum illu-

illuſtrarunt huius loci & viciniæ M. ANTONIVS SABELLICVS *de vetuſtate Aquilejæ & Fori Iulii Libris VI. Venet. 1502.* & inter *opera, Baſileæ* iunctim excuſa atque *Th. A. & H. I. T. VI. P. IV.* vbi & reperias PHILIPPI *a* TVRRE *Diſſertationes de Beleno, & aliis quibusdam Aquilejenſium Diis, & de Colonia Venetorum Foroiulienſi, additis Fragmentis Inſcriptionis Fratrum arvalium recens in Agro Romano effoſſis*, quæ primum editæ *Romæ 1700. 4.* cum monumentis veteris *Antii.* GIANGIVSEPPE CAPODAGLI *Vdine illuſtrata* lucem vidit in *Venetia 1666. 4.* & ANTONIO LVPIS *Memorie inſigni della Motta, Veneti. 1677. 4. Iſtriæ* notitia illuſtrari poterit ex NICOLO MANZVOLI *nuova Deſcrizione della Provincia dell' Iſtria, Venet. 1611. 8.* & PIERO COPO *Sito dell' Iſtria, Venezia 4.* necnon PAOLO NALDINI *Corografia, ò ſia Deſcrizione della Città e della Dioceſe di Giuſtinopoli, detto volgarmente Capo d' Iſtria, Venetia 1700. 4.* ANTONII DEVILLE eſt *Deſcriptio Portus & Vrbis Polæ, Venetiis 1633. 4.* PALLADIVS FVSCVS ſiue NIGER *de ſitu Oræ Illyrici* commentatus Libris duobus *Romæ 1540. 4.* quæ cum notis IOANNIS LVCII, & eiusdem Libro de *Regno Illyrici* ex Editione *Amſtelodamenſi 1666. f.* atque additis Inſcriptionibus Dalmaticis ex edit. *Veneta 1674. 4.* illati *Th. A. & H. I. & S. P. XIV.* De *Dalmaticis Scriptoribus* mox inter *Hungaricos* fiet mentio. Populi Regnique *Slauoniæ* quædam memorabilia conduxit MAVRO ORBINI in commentariis, quibus titulum dedit: *il Regno de gli Slavi, corettamente detti Schiavoni, dalla loro origine in ſino all' anno 1370. Peſaro 1601. f.* Cum *Vſcochis* cruentæ ſæpe Venetis fuere concertationes, de his autem expoſuit MINVCIO MINVCCI *Hiſtoria degli Vſcochi, con i progreſſi di quella gente, continuata ſino all' anno*

anno 1616. da Fra PAOLO, *Venet. 1616. 4.* & *ibid. 1683. 12.* & *gallice*, ex interpretatione *Amelot de la* HOVSSAYE. Add. PROSPERO VRBANI *Difeſa della Republica di Venezia contra le oppoſizioni di Emanuel Tordeſiglia in materia degli Vſcocchi, 4.* GIOVAN. autem LVCIO *Memorie Iſtoriche di Tragurio, ora detto Trau, Venet. 1673. 4.* Firmum hodie contra Turcas propugnaculum eſt Inſula *Corfu*, de qua ANDREAE MARMORA *Storia di Corfu, Venet. 1672. 4.* perrara. Antiquitates eius cum ſacras tum profanas eruditisſime illuſtrauit in *Primordiis Corcyræ*, eminentisſimus Cardinalis ANGELVS MARIA QVIRINVS Archi-Epiſcopus Corcyrenſis & Bibliothecarius Vaticanus, quæ poſt editionem *Lycienſem a. 1725.* ab auctore nuperrime recognita & multis partibus adaucta, *Brixiæ 1738. 4. mai.* iterum editæ. De *Cefalonia* agit ANDREA MOROSINI *Corſi di penna ſopra l' Iſola della Cefalonia, Venet. 1628. 4.*

§. XXXVI.

De *Genua* Vrbe & Republica *vetuſtiores Scriptores*, recenſitos vide ſupra p. *1327. 1334. 1338.* *Hiſtoricorum* quædam notitia peti poterit iis ex ſcriptoribus, qui de illuſtribus ingenio atque doctrina *Liguribus* expoſuerunt, nimirum, ex VBERTI FOLIETAE *Elogiis clarorum Ligurum, Romæ 1574. 4.* & ibid. *1577. f.* auctiore & emendatiore editione, quæ inſerta *Th. A. & H. I. T. I. P. I.* Cum quibus euoluendi: MICHAELE GIVSTINIANI *gli Scrittori Liguri, Roma 1667. 4.* RAFFAELE SOPRANI *li Scrittori della Liguria, Genova 1667. 4.* atque IACOBI BRACELLII *de claris Genuenſibus* libellus, vna plagula exhibitus in SCHOTTI *Hiſpan. illuſtr.* cum EIVSD. *Deſcriptione Liguriæ*, alias inter Viri *Lucubrationes, Pariſiis 1520. 4.* editæ, & *Th. A. & Hiſt. I. T. III.* Notitia plenior huius Reipublicæ addi-

ſcenda

ſcenda ex HIERONYMI *de* MARINIS *Genua, ſiue Dominii, Gubernationis, Potentiæ, Dignitatis Sereniſſimæ Reipublicæ Genuenſis compendiaria Deſcriptione, italice Genova 1597. f. latine Genuæ 1665. 12.* & *Theſ. A. & H. I. T. I. P. II.* vbi & proſtant PETRI BIZARI perbreuis *Diſſertatio de vniuerſo Reipublicæ Genuenſis Statu & adminiſtratione, Antwerpiæ 1579.* nec non: *Leges nouæ Reipublicæ Genuenſis, a Legatis ſummi Pontificis, Cæſaris & Regis Catholici, in quos per Rempublicam collata fuerat auctoritas, conditæ, & Genuæ d. XVII. Martii A. C. 1576. publicatæ ac in lucem* ab eod. PETRO BIZARO, *Antw. 1583.* editæ. VBERTO FOGLIETA compoſuit libellum *della Republica di Genova, Lione 1575. 8.* Ad hoc argumentum faciunt: IOANNIS BAPTISTAE BVRGI *de dignitate Genuenſis Republicæ Diſceptatio, Genuæ 1641. f.* & EIVSD. *de Dominio Reipublicæ Genuenſis in Mari Liguſtico, Romæ 1641. 4.* amore quidem in patriam plenæ, ſcriptæ tamen nitide & eleganter. ODARDO GANDVZI extant *Diſcorſo ſopra i Governi antichi di Genova, Genova 1614. 4.* Gallice prodiit elegans *Relation de l'Etat des Gennes, par le* NOBLE Procuratorem generalem in Parliamento Metenſi, *à Paris 1685. 12.* poſt horrendam ignium pluuiam iuſſu Ludouici XIV. Genuæ immiſſam edita, adiecit Pacta, per quæ Genuenſes Carolo VI. Galliæ Regi eiusque ſucceſſoribus ſe dediderant. BARTOLOMEO PASCHETTI extant *le Belezze di Genova, Genova 1583. 8.* Præcipui hiſtorici autem *Genuenſes* ſunt VBERTVS FOLIETA, cuius *Hiſtoriæ Genuenſium ab origine Vrbis ad A. C. 1528. Libri XII.* editi primum a. *1581.* auctore defuncto, a *Paulo* fratre *Genuæ 1585. f.* cumque rariſſimi eſſent, optimo conſilio auctiores & emendatiores inſerti *Th. A. & H. I. T. I.* in *Italicam* conuerſi linguam pro-

prodiere *Genuæ 1616. f.* huius continuator eſt IACOBVS BONFADIVS *Annalium Genuenſium Libris Quinque*, quibus res ab an. 1528. in quo *Folieta* deſinit, recuperatæque per *Andream* Principem *Auriam* libertatis vsque ad a. 1550. enarrauit. Editi fuerunt in lucem a *Bartholemæo Paſchetto* Veronenſi, Medico & Philoſopho *Papiæ 1586. 4.* & *Tomi I. P. II. Th. A. & H. I.* Ab eodem *Paſchetto* hi libri in italicam verſi & aucti fuere editi *Genova 1597. f.* Culto ſcribendi genere prudenterque exarati PETRI BIZARI *Senatus Populique Genuenſis Rerum domi foriſque geſtarum Hiſtoriæ atque Annalium Libri XXIII.* ab a. 1100. quo Genuenſis libertatis initia facta ad annum vsque 1578. his ſubiecta geſta omnis Europæ memorabilia, quibus Genuenſes adfuere, prodiere *Antwerpiæ 1579. f. Italice* res Genuenſium expoſitæ in *Riſtretto delle Hiſtorie Genoveſi di* PAOLO INTERIANO, *Lucca 1551. 4.* ab an. 1096. ad a. 1506. atque inſignes Reipublicæ conuerſiones ſcribendi ratione culta exponit. *Hiſtoire de la Republique de Genes, par le Chevalier de* MAILLY, *à Paris 1696. 12. 3. Voll.* edita eademque breuiter oſtenſum ab a. 1096. ad a. 1684. quo Gallici ignes immiſſi tempus quæ fata fuerint celeberrimæ Vrbis & Reipublicæ. Partem Hiſtoriæ Genuenſis tradunt PHILIPPO CASONI *Annali della Republica di Genova del Secolo XVI.* editi in *Genova 1708. f.* IACOBI MARIAE CAMPANACII ſtilo *Genuenſis Reipublicæ motus a Ioa. Aloyſio Fliſco excitatus* deſcriptus, editusque libellus *Bononiæ 1588. 4.* De eodem extat VBERTI FOLIETAE *Coniuratio Ioannis Ludouici Fliſci, Romæ 1577. Genuæ 1587. 4.* atque *Th. A. & H. I. T. I. P. II.* Similis expoſitio edita ſub titulo: *Narrationes duæ facinorum atrocium* curante Ioachimo Camerario, *Lipſiæ 1568. 8.* nec non in AGOSTINO

MA-

MASCARDI *la Congiura del Conte Giov. Liugi de Fieſchi, Venet. 1629. 4* & auctior in *Bologna 1639. 4.* Subſidio hiſtorias Genuenſes legentibus eſſe quoque aliquo modo poterunt: IACOBI BRACELLII *de Bello, quod inter Hiſpanos & Genuenſes Seculo ſuo geſtum ab An. 1412. ad an. 1444.* Libri, quos edidit *Auguſtinus Iuſtinianus Pariſiis 1520. 4.* typis *Aſcenſianis* & prodiere *Hagenoæ 1530. 4. per Nic. Gerbelium, Romæ 1537. 1539.* recuſi *Th. A. & H. I. T. I. P. II* IOANNES AVGVSTINVS *della* LENGVEGLIA *Bellum Genuenſium contra Alphonſum Regem Arragoniæ* ſcripſit *italice Genuæ 1643. 4.* & ANDREAS SPINOLA itidem Diſcurſum *italice* edidit *de Bello inter Genuenſes & Ducem Sabaudiæ, Genuæ 1625. 4.* FERDINANDVS RAGGIVS eodem idiomate deſcriptos dedit *Duces, Gubernatores & Procuratores Reipublicæ Genuenſis, Genuæ 1665. 4.* Inſignem partem Hiſtoriæ Genuenſis illuſtrant CAROLI SIGONII *de Vita & rebus geſtis Andreæ Doriæ Melphiæ Principis Libri Duo*, quos *Philippus Argelatus*, nonnullis animaduerſionibus & documentis adhuc ineditis ad eandem Hiſtoriam pertinentibus, illuſtratos, *Tomo Tertio Operum* SIGONII inſeruit. ODOARDO GANDVCI *Ragionamento della Converſione de Genoveſi, Genova 1615. 4.* & FEDERICO FEDERICI *Lettera ſopra alcune Memorie della Republica di Genoua, Milano 1634. 8.* nec non FRANCESCO CICALA *Diſcorſo ſopra le Convenzioni di Sarzana con Genova, Lucca 1654. 4.* nec omittendus AGOSTINO MARIA MONTI *Compendio di Memorie Storiche di Savona, Roma 1697. 8.*

§. XXXVII.

Ad res Reipublicæ Lucenſis illuſtrandas pertinentia monimenta iam ſupra indicata. *Theſauro A. & H. I. Burmann.* Tom. IX. P. VIII.

proſtant ex MSCto italico verſi, & primum publicati, indiceque nominum & rerum inſtructi MARTINI MANFREDI Lucenſis *Monumentorum Hiſtoricorum Vrbis Lucæ*, Libri, vbi, quæ notabiliora circa mutationes & conuerſiones ditionis & regiminis huius Ciuitatis ab origine eius, ad An. vsque D. 1661. contigerunt, comprehenduntur. Partem huius Hiſtoriæ illuſtrat NICOLAI MACHIAVELLI *Vita Caſtruccii Principis Luccenſis*, cum inter Opera iunctim edita, tum quibusdam Editionibus *Hiſtoriæ Florentinæ* adiecta, nec non Editioni *Principis Conringianæ*, vt & GIROLAMO BERALDI *Relazion d' alcuni ſucceſſi occorſi alla Rep. di Lucca nell' anni 1638. 1639. 1640. Col. 1640. f. Eiusdemque Difeſa della Republica di Lucca, Col. 1640. f.* De *Aquis Lucenſibus*, vulgo *Villenſibus* egit IOANNES BAPTISTA DONATIVS, *Lucæ 1580. 4.* De S. Marini republica extat MATTEO VALLI *Relatione dell' Origine, e Governo della Republica di San-Marino, Padova 1633. 4.* PETRI LVCCANI laudantur a quibusdam *Annales Reipublicæ Raguſanæ*, quos nunquam vidi.

CAPVT

CAPVT VIGESIMVM OCTAVVM
DE
SCRIPTORIBVS RERVM
HVNGARIAE ET VICINARVM PROVINCIARVM.

§. I. *Qui de Scriptoribus, Origine & antiquitate Gentis expoſuere.*
§. II. *Scriptores, qui Chorographiam & Statum naturalem deſcribunt.*
§. III. *Collectiones Scriptorum Rerum Hungaricarum extantes & promiſſæ.*
§. IV. *Scriptores, qui maiores de rebus Hungariæ viciniaque Commentarios & Compendia dedere.*
§. V. *Scriptores de vita rebusque Regum celebrium.*
§. VI. *Scriptores qui partes tantum rerum Hungaricarum hiſtoriae condiderunt & bella deſcripſerunt.*
§. VII. *Scriptores qui ad Hiſtoriam Tranſylvaniæ faciunt.*
§. VIII. *Scriptores Rerum Dalmatiæ, Boſniæ & regionum vicinarum.*
§. IX. *Scriptores Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ.*
§. X. *Scriptores de Statu politico Regni Hungariæ & vicinarum prouinciarum.*

§. I.

IAm ad Orientis plagas redeuntes nos vocat *Hungariæ* Regnum ſcutum & propugnaculum aduerſus Ottomannos, & tot naturæ donis nobiliſſimum. Cuius *Scriptorum Notitiam* quamdam dedit DAVID CZWITTINGERVS Nobilis Hungarus *Bibliotheca Scriptorum, qui extant de rebus Hungaricis*, ſubiecta eius *Specimini Hungariæ literatæ*, editæ *Francofurti & Lipſiæ*, ſiue potius *Altorſii* 1711. 4. Pleniorem longe *Bibliothecam Scriptorum hiſtoricorum Hungariæ*

ſummo ſtudio conduxit, accurate digeſſit & de ſingulis ſententiam ſolide dixit Vir celeberrimus MARTINVS SCHMEIZELIVS, quam manu exaratam vidi, quæ ſane luce digniſſima eſt. Diligenter erudite que ex Scriptoribus Romanis & Græcis, FRANCISCVS FORIS OTROKOCSI *Origines Hungaricas* inueſtigauit & conduxit *Franequeræ 1693. 8.* quibus, ſubſidio linguarum, multa curioſe illuſtrauit. Idem argumentum adgreſſus IOANNES AMBROSIVS Diſſ. *de Origine Gentis Hungaricæ*, *Ienæ 1659. 4.* & PAVLVS PLATANVS Diſſ. de *Gentis Hungaricæ primis incunabulis*, *Witteb. 1676. 4.* Pereruditæ quoque ſunt VALENTINI FRANCKII *a* FRANCKENSTEIN *Origines Nationum & præcipue Saxonicæ in Tranſiluania Cibinii* primum *1696. 12.* impreſſæ, recuſæ *Helmſtadii 1697. 4.* cuius addantur MARTINI KELPII *Natales Saxonum Tranſyluaniæ*, forma Diſſertationis, *Lipſiæ 1684. 4.* propoſitæ.

§. II.

NICOLAI OLAHI Archi E. Strigonienſis *Hungaria*, quæ *Apparatus* ad *Hiſt. Hung.* BELIANI *Monum. I.* conſtituit, Regni ſitum, diuiſionem, habitum neruoſe, exponit. WOLFFGANGVS LAZIVS, conduxit *des Khünigreichs Hungern ſamt ſeinen einverleibten Landen gründtliche und wahrhaftige Chorographica Beſchreibung*, *Wien 1556. 8.* alii laudant editionem apud *Ægidium Aquilam*, cui acceſſerit *Regni Hungariæ Archilogiæ Liber unus.* In WILHELMI SCHAEFERI dicti DILICHII *Vngariſcher Chronica*, breuis Deſcriptio Vrbium Superioris & Inferioris Hungariæ primo loco exhibetur, adiectis earundem quibusdam figuris, ſed parum ſcite æri inciſis, *Caſſel 1606. 4.* Alias MARTINVS ZEILERVS edidit *neue Beſchreibung des Königreichs Vngarn, vermehrt durch Iohann Beza*, *Vlm 1664. 8.* atque *Auguſtæ Vind.* cum Contin. *Andreæ Stübelii 1685. 8.*

Leuis

Leuis eſt CHRISTIANI MÜNSICHTI *Neue und kurze Beſchreibung des Kœnigreichs Vngarn* 1664. 8. *Idea Generale del Regno d' Vngheria di* D. CASIMIR FRESCHOT *in Bologne* 1687. 12. prodiit. GEORGII KRECKWITZII *richtige Beſchreibung des gantzen Kœnigreichs Hungarn, Erfurti* 1685. 8. qua Vngariæ vrbes ordine alphabetico recenſet, harumque memorabilia deſcribit. *Hungaricæ Vrbes* viſuntur quoque in IOH. CHRISTOPHORI WAGNERI *Beſchreibung des ganzen Orients, ſonderlich des Kœnigreichs Vngarn* &c. *Augſpurg* 1685. & 1705. *f.* cum figuris æneis. Addantur: WILHELMI PETRI ZIMMERMANN *aller Vngariſchen Stædte, Veſtungen, Caſtellen &c. wahrhaftige Contrafacturen und Beſchreibung, Augſpurg* 1604. *f.* Eiusd. *Anderer Theil, ibid.* 1604. *f.* qua ex exhibentur munitiones, quæ ab a. 1603. vsque 1607. captæ fuerunt. Ad hunc cenſum quoque pertinet libellus SIGISMVNDI *von* BIRCKEN, inſcriptus: *neuvermehrter Donau-Strand, mit allen ſeinen Ein- und Zuflüſſen, angelegenen Kœnigreichen, Provinzien, Herrſchaften und Stædten* &c. cum fig. æn. *Nürnberg* 1686. 12. Sed nobilius opus molitus ALOYSIVS FERDINANDVS, Comes MARSIGLI, ad naturalem totius Hungariæ hiſtoriam faciens, quod ſub hoc titulo primum promiſit: *Regius Pannonico-Myſius Danubius ex Cætio monte in Auſtria ad flumen Iantræ vsque in Bulgaria, confluentium aquarum agmine decurrens: geographice, hiſtorice & phyſice deſcriptus: regionum qualitatibus, aquarum decurſibus, Romanorum antiquitatibus, mineralium, vegetabilium & animantium natiuis productionibus delineatus & explanatus; aſtronomicis, mathematicis, eruditis & naturalibus principiis illuſtratus.* Operis *Prodromum* ad Regiam Societatem Anglicanam, cuius membrum eſt, miſit 1700. *f.* qui & in 8. editus. Facilis ipſi fuit

occaſio, dum Leopoldi Imp. Campi præfectus Generalis in bello Turcico omnem Vngariam peragraſſet, maxime vero dum poſt pacem Carlouitzenſem controuerſiæ, quæ de finibus ſupererat, dirimendæ & accuratis vndiquaque limitibus conſtituendis a Cæſare præficeretur. Edendorum horum commentariorum multis additis figuris æneis ſpem noſtra ætate Autor orbi literato fecit. Expleuit quoque tandem, dum produxit ſplendidisſimum, ſumtuoſiſſimumque propter 288. tabulas æneas maiores, opus, inſcriptum: *Danubius Pannonio-Myſicus Obſeruationibus Geographicis, Aſtronomicis, Hydrographicis, Hiſtoricis, Phyſicis perluſtratus, Hagæ Comitum & Amſtelodami 1726. f. maxima forma VI. Tomis.* Omnium curas in deſcribendo ſtatu geographico ciuili, naturali ſuperauit accuratisſimus vir MATTHIAS BELIVS, Pannoniæ ornamentum. Hic primum expoſuit: *Hungariæ antiquæ & nouæ Prodromum, cum ſpecimine, quomodo in ſingulis Operis partibus elaborandis verſari conſtituerit. Norimbergæ 1723. f.* Inde immortale produxit opus hoc titulo: *Notitia Hungariæ nouæ hiſtorico-geographica, diuiſa in Partes Quatuor, quarum Prima: Hungariam Cis-Danubianam; Altera Trans-Danubianam; Tertia Cis-Tibiſcanam; Quarta Trans-Tibiſcanam vniuerſim XLVIII. Comitatibus deſignatam, expromit.* Cuius *Tomus Primus, Viennæ Auſtriæ 1735. f.* ſplendide nitideque excuſus, exhibet Hungariam Cis-Danubianam, huiusque eam tantum partem, quæ Comitatum *Piſonienſem* abſoluit. *Tomus Secundus Viennæ 1736. f.* quo reliqua *Piſonienſis* Comitatus portio Comitatus *Thuroczienſis; Zolienſis, Liptouienſis* ſumma accuratione deſcripti; *Tomus Tertius Viennæ 1737. f.* quo Hungariæ pars auguſtalis ſiſtitur, nempe Comitatus *Peſt, Pilis & Solth*, & deſcri-

ſcriptio cultisſima *Budæ*, ſedis olim regiæ, *Peſti* *Viſſegradi*, *Vaciæ*, *Colocſæ*, adjectis NALDI NALDII *Bibliothecæ Coruinianæ* laudibus & *Carminum Libris Quatuor* de eodem argumento. Graui politisſimoque ſtilo celeberrimus auctor, Regionum ſitum, terminos, montes, campos, fluuios, lacus, thermas, cœli ſolique ingenium, naturæ munera & prodigia, incolas variarum gentium atque harum mores, Prouinciarum Magiſtratus, illuſtres Familias, vrbes, arces, oppida & vicos propemodum omnes, ſingularum præterea ortus & incrementa, belli pacisque conuerſiones & præſentem habitum, ea quæ adhiberi potuit diligentia, ſuperatis tot remoris, atque inuidorum difficultatibus, deſcripſit. Acceſſerunt V. C. SAMVELIS MICKOVINII *Mappæ* ſingulorum Comitatuum methodo Aſtronomico-Geometrica concinnatæ. Laudatur ab aliis SAMVELIS TIMON S. I. doctiſſimi *Hungaria Antiqua & Noua* in 8. edita, quam ipſe non vidi. Ad ſingularia Hungariæ naturalia, quod ad *Aquas* cum primis cognoſcenda pertinet GEORGII WERNHERI libellus *de admirandis Hungariæ aquis*, *Viennæ* 1551. 4. cum *Reychersdorffi Chorogr. Tranſylv. Colon.* 1585. *f.* cum *Herberſteinii Moſcouia*, & inter Script. R. H. p. 591.

§. III.

Rerum Hungaricarum Scriptores varii, *Hiſtorici*, *Geographici*, ex veteribus plerique ſed fugientibus editionibus reuocati, quidam primum editi, cura ac prouidentia IACOBI BONGARSII, licet nomen ſuum haut fuerit profeſſus vir ſummus, prodierunt *Francofurti* apud hæredes *Andreæ Wechéli* 1600. *f.* quæ collectio hodie perrara eſt, hosque habet Scriptores:

1. Magiſtri IOANNIS *de* THVVROZ Chronica *Hungarorum*, ab ipſius Gentis incunabulis ad initia *Matthiæ* Regis. Quæ edita primum ſ. *Auguſtæ* ſ. *Venetiis* 1488. 4. *med.* cum fig. ligno inciſis.

2. Magiſtri IOANNIS *de* KIKVLLEW Ludouici Regis ſecretorum notarii *Chronica Ludouici* Regis inſerta operi *Thurozii* p. 92.
3. *Epiſtola* Magiſtri ROGERII, ſiue miſerabile carmen, ſuper deſtructione Regni *Hungariæ* per *Tartaros* facta *p. 177.*
4. PETRI RAZANI apud Matthiam Regem olim per triennium legati *Epitome Rerum Hungaricarum* per Indices p. 199.
5. CHARTVICII Vita *S. Stephani*, a *Laur. Surio*, ſtilo perperam mutato p. 268.
6. Vita *S. Emerici* B. *Stephani* F. ab eodem Surio iam edita p. 281.
7. PHILIPPI CALLIMACHI de rebus geſtis a *Vladislao* Polonorum & *Hungarorum* Rege, Libri Tres p. 284.
8. Regis *Hungariæ Matthiæ* nuptiæ & coronatio Reginæ, a Palatini Comitis Legato diligenter deſcripta, p. 354.
9. GALEOTI MARTII, de egregie, ſapienter, iocoſe dictis ac factis *Matthiæ* Regis, ad inclytum Ducem Ioannem filium eius p. 362.
10. MELCHIORIS SOITERI *a Vinda* Belli *Pannonici*, per *Fridericum* Comitem Palatinum contra *Solymannum* Turcarum tyrannum geſti Libri II. p. 394.
11. IOA. MARTINI STELLAE de *Turcarum* in Regno *Hungariæ ſucceſſibus an. 1543. & 1544.* Epiſtolæ Quatuor p. 423.
12. WOLFFGANGI LAZII rei contra *Turcas* geſtæ *a. 1556.* breuis Deſcriptio p. 438.
13. BASILII IOA. HEROLDI Rerum contra *Turcas* auſpiciis *Ferdinandi* Auſtriaci Cæſ. a. *1556.* in Interamnenſi Pannonia geſtarum Hiſtoriola, Dialogo conſcripta p. 444.
14. PETRI BIZARI Bellum *Pannonicum* ſub *Maximiliano II.* Rom. & *Solymanno* Turcarum Impp. geſtum p. 467.
15. SAMVELIS BVDINAE Hiſtoria *Sigethi* a. *1566.* ex Croatico conuerſa p. 521.
16. IOANNIS IACOBINI Notarii Vrbis Claudiopolitanæ Breuis enarratio rerum a *Sigismundo* Tranſyluaniæ Principe a. 1595. geſtarum, p. *536.*

17. IO-

17. IOANNIS PISTORII, Nidani Regum *Hungariæ*, ex optimis auctoribus explicata Genealogia, p. *549.*
18. GEORGII *a* REYCHERSDORF *Chorographia Tranſyluaniæ*, p. 565.
19. EIVSD. *Moldauiæ* Chorographia p. *582.*
20. GEORGII WERNHERI de admirandis *Hungariæ* aquis p. 590.
21. IOA. MARTINI STELLAE Deſcriptio & munitiones *Altenburgi*, Arcis dotalis *Mariæ* Reginæ *Hungariæ p. 507.*
22. FELICIS PETANCII de itineribus aggrediendi *Turcam p. 610.*
23. Appendix ad res *Hungaricas*, in qua Inſcriptiones *Tranſyluanicæ* veteres nonnullæ, & *Annales* exſcripti de Templis *Leutſchouienſi* & *Coronenſi p. 617.*

Alios Scriptores *Hungaricos*, aut editos olim, ſed inuentu rariores, aut adhuc in tenebris latentes, vtilisſimo conſilio produxit, quem iam laudauimus, feliciſſimus Hungaricæ hiſtoriæ aſſertor MATTHIAS BELIVS in *Apparatu ad Hiſtoriam Hungariæ*, ſiue *Collectione miſcella Monumentorum, ineditorum partim, partim editorum, ſed fugientium*, præmiſſis eruditisſimis Præfationibus culto ſtilo perſcriptis. Opus inſigne partitus eſt in *Decades*, prodieruntque *Decadis* Primæ *Monumentum I. & II. Poſonii 1735. f.* nempe: 1) NICOLAI OLAHI Archi-Epiſcopi Strigonienſis *Hungaria*, ſiue de Originibus Gentis, Regionis ſitu, diuiſione, habitu atque opportunitatibus Liber Singularis; acceſſit EIVSDEM *Compendiarium Ætatis ſuæ Chronicon* ab A. C. 1464. ad a. 1558. 2) MICHAELIS SIGLERI *Chronologiæ Rerum Hungaricarum, Tranſiluanicarum & vicinarum Regionum Libri Duo* ab a. C. 366. ad 1563. *Decadis Primæ Monumentum III.* eſt IVVENCI COELII CALANI *Dalmatæ, Attila* poſt *Venetam* & *Ingolſtadienſem* Editionem, recuſus, recognitus, & notis vberrimis

V.C. *Ioannis Tomka* illuſtratus. Præmiſſa eſt eruditisſima *Pii Nicolai Garelli* de *Iuuenco* Epiſtola. *Monumentum IV.* ſiſtit: HIERONYMI LASKY Palatini Siradienſis, *Hiſtoriam arcanam Legationis, nomine Iohannis Regis ad Solymannum Turcarum Imperatorum ſuſceptæ* ex Codice MSCto edita, notulisque illuſtrata. Monumentum V. ſub prelo ſudaſſe transmiſſa ad me liberaliter folia docuerunt, cuius pluriumque editionem magno deſiderio expectamus. Idem adornandam Patriam ſuam huiusque hiſtoriam natus celeberrimus BELIVS, de conducendis in vnum Corpus exemplo *Bongarſii* præſtantisſimis Hiſtoricis cogitat, *Syllabum*que eorum, quos coniungere apud animum conſtituit beneuole ad me miſit, quem omnino inſerendum hic putaui, enixe optans, vt Nobiles Hungariæ, aut bibliopolæ prudentes & ad literariæ rei commoda prouehenda excitati, eodem nitore hosce egregios Scriptores educant quo *Palatini Socii*, *Mediolanenſes*, & ad poſteritatem commemorandus *Petrus van der Aa*, Italicos produxerunt. Dabit autem eadem Tomo I.

M. IOH. THVROCZ, *Chronicon Hung.* ex edit. *Iacobi Bongarſii*, ſicuti ea prodiit, *Francof.* ap. hæredes *Andreæ Wechelii a. 1600.* cum XX. ſcriptoribus aliis, eidem adnexis.

Tomo II.

ANTONII BONFINII *Decades*, quarum Libri ſinguli in capita; hæc in §§os diuidentur, ſynopſibus præmiſſis, & additis marginalibus. Accedent, ſub ſingulis columnis, emendationes nominum propriorum. Ex edit. *Ioh. Sambuci*, *Francof. 1581.* cum adtextis auctoribus.

Tomo III.

PETRI *de* REWA, *Monarchiæ & S. Regni Hung. Coronæ*, Centuriæ VII. ex edit. Comitis *Franc. de Nadaſd*, *a. 1669. fol.* cum CASPARIS IONGELLINI catalogo Palatinorum, &c. aucto & emendato.

EIVS-

EIVSDEM, *commentarius de S. regni Hung. corona.* Conferentur editiones duæ: prior, anni *1613.* quæ viuo auctore prodiit; poſterior, quæ *Tyrnauiæ 1732.* lucem adſpexit.

* Addentur analoga, vt ſua ſit volumini moles.

Tomo IV.

NICOLAI ISTVANFFII, *Hiſtoriarum de rebus Hung. libri XXXIV.* ex edit. *prima Colonienſi, anni 1622. f.* libri ſinguli, in capita, hæc in §§os diuidentur, ſynopſibus & marginalibus adiectis. Addetur vnius ſeculi, compendiaria continuatio.

Tomo V.

CASPARIS ENS, *de rebus Hungaricis, commentaria,* itidem in capita & §§os diſpertita.

IOHANNIS NADANY, *Florus Hungaricus*, ex edit. *Amſtelod.* anni 1663. cum breuibus notis.

LVDOVICI TVBERONIS, *commentariorum de rebus ſui temporis, Lib. XI. Francof. 1603.*

Tomo VI.

IOHANNIS SOMMERI *Reges Hungariæ*, carmine Elegiaco, Ovidiani æmulo, conſcripti; cum appendicibus.

STEPHANI TAVRINI, Olomucenſis, *Stauromachia*, id eſt, *Cruciatorum ſeruile bellum*, quod anno ab orbe redemto, poſt ſeſqui milleſimum, quarto decimo, & Pannonias, & limitaneas prouincias, depopulaverat, in quinque libros ſummatim digeſtum, carmine.

NICOL. GABELMANNI, Germani, *Monomachia Hungarica*, carminum libri duo, ad Comitem *Franciscum* de *Nadasd*, *Patauii 1590.*

IOH. CSERNOVICII a Lybæo monte, de *bello pannonico, libri VI.* hiſtoriam Rudolphi II. complexi. Carmine heroico, Claudianum imitante.

RVINAE PANNONICAE, libri IV. ediſſerunt, heroico verſu, res a morte *Iohannis* inter *Ferdinandum* & *Iſabellam*, geſtas, & plura alia, venuſte cantata.

Tomo VII.

WOLFGANGI BETHLENII, *Hiſtoriarum Tranſiluaniæ*, lib. X. qui ſuperſunt, fol. ſine loco, die ac conſule.

IOH.

proſtant ex MSCto italico verſi, & primum publicati, indiceque nominum & rerum inſtructi MARTINI MANFREDI Lucenſis *Monumentorum Hiſtoricorum Vrbis Lucæ*, Libri, vbi, quæ notabiliora circa mutationes & conuerſiones ditionis & regiminis huius Ciuitatis ab origine eius, ad An. vsque D. 1661. contigerunt, comprehenduntur. Partem huius Hiſtoriæ illuſtrat NICOLAI MACHIAVELLI *Vita Caſtruccii Principis Luccenſis*, cum inter Opera iunctim edita, tum quibusdam Editionibus *Hiſtoriæ Florentinæ* adiecta, nec non Editioni *Principis Conringianæ*, vt & GIROLAMO BERALDI *Relazion d' alcuni ſucceſſi occorſi alla Rep. di Lucca nell' anni 1638. 1639. 1640. Col. 1640. f.* *Eiusdemque Difeſa della Republica di Lucca, Col. 1640. f.* De *Aquis Lucenſibus*, vulgo *Villenſibus* egit IOANNES BAPTISTA DONATIVS, *Lucæ 1580. 4.* De S. Marini republica extat MATTEO VALLI *Relatione dell' Origine, e Governo della Republica di San-Marino, Padova 1633. 4.* PETRI LVCCANI laudantur a quibusdam *Annales Reipublicæ Raguſanæ*, quos nunquam vidi.

CAPVT

CAPVT VIGESIMVM OCTAVVM
DE
SCRIPTORIBVS RERVM
HVNGARIAE ET VICINARVM PROVINCIARVM.

§. *I. Qui de Scriptoribus, Origine & antiquitate Gentis expoſuere.*
§. *II. Scriptores, qui Chorographiam & Statum naturalem deſcribunt.*
§. *III. Collectiones Scriptorum Rerum Hungaricarum extantes & promiſſæ.*
§. *IV. Scriptores, qui maiores de rebus Hungariæ viciniæque Commentarios & Compendia dedere.*
§. *V. Scriptores de vita rebusque Regum celebrium.*
§. *VI. Scriptores qui partes tantum rerum Hungaricarum hiſtoriae condiderunt & bella deſcripſerunt.*
§. *VII. Scriptores qui ad Hiſtoriam Tranſylvaniæ faciunt.*
§. *VIII. Scriptores Rerum Dalmatiæ, Boſniæ & regionum vicinarum.*
§. *IX. Scriptores Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ.*
§. *X. Scriptores de Statu politico Regni Hungariæ & vicinarum prouinciarum.*

§. I.

IAm ad Orientis plagas redeuntes nos vocat *Hungariæ* Regnum ſcutum & propugnaculum aduerſus Ottomannos, & tot naturæ donis nobiliſſimum. Cuius *Scriptorum Notitiam* quamdam dedit DAVID CZWITTINGERVS Nobilis Hungarus *Bibliotheca Scriptorum, qui extant de rebus Hungaricis*, ſubiecta eius *Specimini Hungariæ literatæ*, editæ *Francofurti & Lipſiæ*, ſiue potius *Altorfii* 1711. 4. Pleniorem longe *Bibliothecam Scriptorum hiſtoricorum Hungariæ*

 ſum-

ſummo ſtudio conduxit, accurate digeſſit & de ſingulis ſententiam ſolide dixit Vir celeberrimus MARTINVS SCHMEIZELIVS, quam manu exaratam vidi, quæ ſane luce digniſſima eſt. Diligenter eruditeque ex Scriptoribus Romanis & Græcis, FRANCISCVS FORIS OTROKOCSI *Origines Hungaricas* inueſtigauit & conduxit *Franequeræ 1693. 8.* quibus, ſubſidio linguarum, multa curioſe illuſtrauit. Idem argumentum adgreſſus IOANNES AMBROSIVS Diſſ. *de Origine Gentis Hungaricæ, Ienæ 1659. 4.* & PAVLVS PLATANVS Diſſ. de *Gentis Hungaricæ primis incunabulis, Witteb. 1676. 4.* Pereruditæ quoque ſunt VALENTINI FRANCKII a FRANCKENSTEIN *Origines Nationum & præcipue Saxonicæ in Tranſiluania Cibinii* primum *1696. 12.* impreſſæ, recuſæ *Helmſtadii 1697. 4.* cuius addantur MARTINI KELPII *Natales Saxonum Tranſyluaniæ*, forma Diſſertationis, *Lipſiæ 1684. 4.* propoſitæ.

§. II.

NICOLAI OLAHI Archi E. Strigonienſis *Hungaria*, quæ *Apparatus* ad *Hiſt. Hung.* BELIANI *Monum. I.* conſtituit, Regni ſitum, diuiſionem, habitum nervoſe, exponit. WOLFFGANGVS LAZIVS, conduxit *des Khünigreichs Hungern ſamt ſeinen einverleibten Landen gründtliche und wahrhaftige Chorographica Beſchreibung, Wien 1556. 8.* alii laudant editionem apud *Ægidium Aquilam*, cui acceſſerit *Regni Hungariæ Archilogiæ Liber unus.* In WILHELMI SCHAEFERI dicti DILICHII *Vngariſcher Chronica*, breuis Deſcriptio Vrbium Superioris & Inferioris Hungariæ primo loco exhibetur, adiectis earundem quibusdam figuris, ſed parum ſcite æri inciſis, *Caſſel 1606. 4.* Alias MARTINVS ZEILERVS edidit *neue Beſchreibung des Königreichs Vngarn, vermehrt durch Iohann Beza, Vlm 1664. 8.* atque *Auguſtæ Vind.* cum Contin. *Andreæ Stübelii 1685. 8.*

Leuis

Leuis eſt CHRISTIANI MÜNSICHTI *Neue und kurze Beſchreibung des Kœnigreichs Vngarn* 1664. 8. *Idea Generale del Regno d' Vngheria di* D. CASIMIR FRESCHOT *in Bologne* 1687. 12. prodiit. GEORGII KRECKWITZII *richtige Beſchreibung des gantzen Kœnigreichs Hungarn, Erfurti* 1685. 8. qua Vngariæ vrbes ordine alphabetico recenſet, harumque memorabilia deſcribit. *Hungaricæ Vrbes* viſuntur quoque in IOH. CHRISTOPHORI WAGNERI *Beſchreibung des ganzen Orients, ſonderlich des Kœnigreichs Vngarn* &c. *Augſpurg* 1685. & 1705. f. cum figuris æneis. Addantur: WILHELMI PETRI ZIMMERMANN *aller Vngariſchen Stædte, Veſtungen, Caſtellen &c. wahrhaftige Contrafacturen und Beſchreibung, Augſpurg* 1604. f. Eiusd. *Anderer Theil, ibid.* 1604. f. qua ex exhibentur munitiones, quæ ab a. 1603. vsque 1607. captæ fuerunt. Ad hunc cenſum quoque pertinet libellus SIGISMVNDI *von* BIRCKEN, inſcriptus: *neuvermehrter Donau-Strand, mit allen ſeinen Ein- und Zuflüſſen, angelegenen Kœnigreichen, Provinzien, Herrſchaften und Stædten* &c. cum fig. æn. *Nürnberg* 1686. 12. Sed nobilius opus molitus ALOYSIVS FERDINANDVS, Comes MARSIGLI, ad naturalem totius Hungariæ hiſtoriam faciens, quod ſub hoc titulo primum promiſit: *Regius Pannonico-Myſius Danubius ex Cætio monte in Auſtria ad flumen Iantræ vsque in Bulgaria, confluentium aquarum agmine decurrens: geographice, hiſtorice & phyſice deſcriptus: regionum qualitatibus, aquarum decurſibus, Romanorum antiquitatibus, mineralium, vegetabilium & animantium natiuis productionibus delineatus & explanatus; aſtronomicis, mathematicis, eruditis & naturalibus principiis illuſtratus.* Operis *Prodromum* ad Regiam Societatem Anglicanam, cuius membrum eſt, miſit 1700. f. qui & in 8. editus. Facilis ipſi fuit

occaſio, dum Leopoldi Imp. Campi præfectus Generalis in bello Turcico omnem Vngariam peragraſſet, maxime vero dum poſt pacem Carlouitzenſem controuerſiæ, quæ de finibus ſupererat, dirimendæ & accuratis vndiquaque limitibus conſtituendis a Cæſare præficeretur. Edendorum horum commentariorum multis additis figuris æneis ſpem noſtra ætate Autor orbi literato fecit. Expleuit quoque tandem, dum produxit ſplendidisſimum, ſumtuoſiſſimumque propter 288. tabulas æneas maiores, opus, inſcriptum: *Danubius Pannonio-Myſicus Obſeruationibus Geographicis, Aſtronomicis, Hydrographicis, Hiſtoricis, Phyſicis perluſtratus, Hagæ Comitum & Amſtelodami 1726. f. maxima forma VI. Tomis.* Omnium curas in deſcribendo ſtatu geographico ciuili, naturali ſuperauit accuratisſimus vir MATTHIAS BELIVS, Pannoniæ ornamentum. Hic primum expoſuit: *Hungariæ antiquæ & nouæ Prodromum, cum ſpecimine, quomodo in ſingulis Operis partibus elaborandis verſari conſtituerit, Norimbergæ 1723. f.* Inde immortale produxit opus hoc titulo: *Notitia Hungariæ nouæ hiſtorico-geographica, diuiſa in Partes Quatuor, quarum Prima: Hungariam Cis-Danubianam; Altera Trans-Danubianam; Tertia Cis-Tibiſcanam; Quarta Trans-Tibiſcanam vniuerſim XLVIII. Comitatibus deſignatam, expromit.* Cuius *Tomus Primus, Viennæ Auſtriæ 1735. f.* ſplendide nitideque excuſus, exhibet Hungariam Cis-Danubianam, huiusque eam tantum partem, quæ Comitatum *Piſonienſem* abſoluit. *Tomus Secundus Viennæ 1736. f.* quo reliqua *Piſonienſis* Comitatus portio Comitatus *Thuroczienſis; Zolienſis, Liptouienſis* ſumma accuratione deſcripti; *Tomus Tertius Viennæ 1737. f.* quo Hungariæ pars auguſtalis ſiſtitur, nempe Comitatus *Peſt, Pilis & Soltb,* & deſcri-

ſcriptio cultisſima *Budæ*, ſedis olim regiæ, *Peſti* *Viſſegradi*, *Vaciæ*, *Colocſæ*, adiectis NALDI NALDII *Bibliothecæ Coruinianæ* laudibus & *Carminum Libris Quatuor* de eodem argumento. Graui politisſimoque ſtilo celeberrimus auctor, Regionum ſitum, terminos, montes, campos, fluuios, lacus, thermas, cœli ſolique ingenium, naturæ munera & prodigia, incolas variarum gentium atque harum mores, Prouinciarum Magiſtratus, illuſtres Familias, vrbes, arces, oppida & vicos propemodum omnes, ſingularum præterea ortus & incrementa, belli pacisque conuerſiones & præſentem habitum, ea quæ adhiberi potuit diligentia, ſuperatis tot remoris, atque inuidorum difficultatibus, deſcripſit. Acceſſerunt V. C. SAMVELIS MICKOVINII *Mappæ* ſingulorum Comitatuum methodo Aſtronomico-Geometrica concinnatæ. Laudatur ab aliis SAMVELIS TIMON S. I. doctiſſimi *Hungaria Antiqua & Noua* in 8. edita, quam ipſe non vidi. Ad ſingularia Hungariæ naturalia, quod ad *Aquas* cum primis cognoſcenda pertinet GEORGII WERNHERI libellus *de admirandis Hungariæ aquis*, *Viennæ* 1551. 4. cum *Reychersdorffi Chorogr. Tranſylv. Colon.* 1585. *f.* cum *Herberſteinii Moſcouia*, & inter Script. R. H. p. 591.

§. III.

Rerum Hungaricarum Scriptores varii, Hiſtorici, Geographici, ex veteribus plerique ſed fugientibus editionibus reuocati, quidam primum editi, cura ac prouidentia IACOBI BONGARSII, licet nomen ſuum haut fuerit profeſſus vir ſummus, prodierunt *Francofurti* apud hæredes *Andreæ Wechbeli* 1600. *f.* quæ collectio hodie perrara eſt, hosque habet Scriptores:

1. Magiſtri IOANNIS de THVVROZ Chronica *Hungarorum*, ab ipſius Gentis incunabulis ad initia *Matthiæ* Regis. Quæ edita primum ſ. *Auguſtæ* ſ. *Venetiis* 1488. 4. *med.* cum fig. ligno inciſis.

2. Magiſtri IOANNIS *de* KIKVLLEW Ludouici Regis ſecretorum notarii *Chronica Ludouici* Regis inſerta operi *Thurozii* p. 92.

3. *Epiſtola* Magiſtri ROGERII, ſiue miſerabile carmen, ſuper deſtructione Regni *Hungariæ* per *Tartaros* facta *p. 177.*

4. PETRI RAZANI apud Matthiam Regem olim per triennium legati *Epitome Rerum Hungaricarum* per Indices p. 199.

5. CHARTVICII Vita *S. Stephani*, a *Laur. Surio*, ſtilo perperam mutato p. 268.

6. Vita *S. Emerici* B. *Stephani* F. ab eodem Surio iam edita p. 281.

7. PHILIPPI CALLIMACHI de rebus geſtis a *Vladislao* Polonorum & *Hungarorum* Rege, Libri Tres p. 284.

8. Regis *Hungariæ Matthiæ* nuptiæ & coronatio Reginæ, a Palatini Comitis Legato diligenter deſcripta, p. 354.

9. GALEOTI MARTII, de egregie, ſapienter, iocoſe dictis ac factis *Matthiæ* Regis, ad inclytum Ducem Ioannem filium eius p. 362.

10. MELCHIORIS SOITERI *a Vinda* Belli *Pannonici*, per *Fridericum* Comitem Palatinum contra *Solymannum* Turcarum tyrannum geſti Libri II. p. 394.

11. IOA. MARTINI STELLAE de *Turcarum* in Regno *Hungariæ ſucceſſibus an. 1543. & 1544.* Epiſtolæ Quatuor p. 423.

12. WOLFFGANGI LAZII rei contra *Turcas* geſtæ *a. 1556.* breuis Deſcriptio p. 438.

13. BASILII IOA. HEROLDI Rerum contra *Turcas* auſpiciis *Ferdinandi* Auſtriaci Cæſ. a. *1556.* in Interamnenſi Pannonia geſtarum Hiſtoriola, Dialogo conſcripta p. 444.

14. PETRI BIZARI Bellum *Pannonicum* ſub *Maximiliano II.* Rom. & *Solymanno* Turcarum Impp. geſtum p. 467.

15. SAMVELIS BVDINAE Hiſtoria *Sigethi* a. *1566.* ex Croatico conuerſa p. 521.

16. IOANNIS IACOBINI Notarii Vrbis Claudiopolitanæ Breuis enarratio rerum a *Sigismundo* Tranſyluaniæ Principe a. 1595. geſtarum, p. *536.*

17. IO-

17. IOANNIS PISTORII, Nidani Regum *Hungariæ*, ex optimis auctoribus explicata Genealogia, p. *549*.
18. GEORGII *a* REYCHERSDORF *Chorographia Tranſyluaniæ*, p. 565.
19. EIVSD. *Moldauiæ* Chorographia p. *582*.
20. GEORGII WERNHERI de admirandis *Hungariæ* aquis p. 590.
21. IOA. MARTINI STELLAE Deſcriptio & munitiones *Altenburgi*, Arcis dotalis *Mariæ* Reginæ *Hungariæ p. 507*.
22. FELICIS PETANCII de itineribus aggrediendi *Turcam p. 610*.
23. Appendix ad res *Hungaricas*, in qua Inſcriptiones *Tranſyluanicæ* veteres nonnullæ, & *Annales* exſcripti de Templis *Leutſchouienſi* & *Coronenſi p. 617*.

Alios Scriptores *Hungaricos*, aut editos olim, ſed inuentu rariores, aut adhuc in tenebris latentes, vtilisſimo conſilio produxit, quem iam laudauimus, feliciſſimus Hungaricæ hiſtoriæ aſſertor MATTHIAS BELIVS in *Apparatu ad Hiſtoriam Hungariæ*, ſiue *Collectione miſcella Monumentorum, ineditorum partim, partim editorum, ſed fugientium*, præmiſſis eruditisſimis Præfationibus culto ſtilo perſcriptis. Opus inſigne partitus eſt in *Decades*, prodieruntque *Decadis* Primæ *Monumentum I. & II. Poſonii 1735. f.* nempe: 1) NICOLAI OLAHI Archi-Epiſcopi Strigonienſis *Hungaria*, ſiue de Originibus Gentis, Regionis ſitu, diuiſione, habitu atque opportunitatibus Liber Singularis; acceſſit EIVSDEM *Compendiarium Ætatis ſuæ Chronicon* ab A. C. 1464. ad a. 1558. 2) MICHAELIS SIGLERI *Chronologiæ Rerum Hungaricarum, Tranſiluanicarum & vicinarum Regionum Libri Duo* ab a. C. 366. ad 1563. *Decadis Primæ Monumentum III.* eſt IVVENCI COELII CALANI *Dalmatæ*, *Attila* poſt *Venetam* & *Ingolſtadienſem* Editionem, recuſus, recognitus, & notis vberrimis

V.C. *Ioannis Tomka* illuſtratus. Præmiſſa eſt eruditisſima *Pii Nicolai Garelli* de *Iuuenco* Epiſtola. *Monumentum IV.* ſiſtit: HIERONYMI LASKY Palatini Siradienſis, *Hiſtoriam arcanam Legationis, nomine Iohannis Regis ad Solymannum Turcarum Imperatorum ſuſceptæ* ex Codice MSCto edita, notulisque illuſtrata. Monumentum V. ſub prelo ſudaſſe transmiſſa ad me liberaliter folia docuerunt, cuius pluriumque editionem magno deſiderio expectamus. Idem adornandam Patriam ſuam huiusque hiſtoriam natus celeberrimus BELIVS, de conducendis in vnum Corpus exemplo *Bongarſii* præſtantisſimis Hiſtoricis cogitat, *Syllabum*que eorum, quos coniungere apud animum conſtituit beneuole ad me miſit, quem omnino inſerendum hic putaui, enixe optans, vt Nobiles Hungariæ, aut bibliopolæ prudentes & ad literariæ rei commoda prouehenda excitati, eodem nitore hosce egregios Scriptores educant quo *Palatini Socii*, *Mediolanenſes*, & ad poſteritatem commemorandus *Petrus van der Aa*, Italicos produxerunt. Dabit autem eadem Tomo I.

M. IOH. THVROCZ, *Chronicon Hung.* ex edit. *Iacobi Bongarſii*, ſicuti ea prodiit, *Francof.* ap. hæredes *Andreæ Wechelii a. 1600.* cum XX. ſcriptoribus aliis, eidem adnexis.

Tomo II.

ANTONII BONFINII *Decades*, quarum Libri ſinguli in capita; hæc in §§os diuidentur, ſynopſibus præmiſſis, & additis marginalibus. Accedent, ſub ſingulis columnis, emendationes nominum propriorum. Ex edit. *Ioh. Sambuci*, *Francof. 1581.* cum adtextis auctoribus.

Tomo III.

PETRI *de* REWA, *Monarchiæ & S. Regni Hung. Coronæ*, Centuriæ VII. ex edit. Comitis *Franc. de Nadaſd, a. 1659. fol.* cum CASPARIS IONGELLINI catalogo Palatinorum, &c. aucto & emendato.

EIVS-

EIVSDEM, *commentarius de S. regni Hung. corona.* Conferentur editiones duæ: prior, anni *1613.* quæ viuo auctore prodiit; poſterior, quæ *Tyrnauiæ 1732.* lucem adſpexit.

* Addentur analoga, vt ſua ſit volumini moles.

Tomo IV.

NICOLAI ISTVANFFII, *Hiſtoriarum de rebus Hung. libri XXXIV.* ex edit. *prima Colonienſi, anni 1622. f.* libri ſinguli, in capita, hæc in §§os diuidentur, ſynopſibus & marginalibus adiectis. Addetur vnius ſeculi, compendiaria continuatio.

Tomo V.

CASPARIS ENS, *de rebus Hungaricis, commentaria,* itidem in capita & §§os diſpertita.

IOHANNIS NADANY, *Florus Hungaricus,* ex edit. *Amſtelod.* anni 1663. cum breuibus notis.

LVDOVICI TVBERONIS, *commentariorum de rebus ſui temporis, Lib. XI. Francof. 1603.*

Tomo VI.

IOHANNIS SOMMERI *Reges Hungariæ,* carmine Elegiaco, Ouidiani æmulo, conſcripti; cum appendicibus.

STEPHANI TAVRINI, Olomucenſis, *Stauromachia,* id eſt, *Cruciatorum ſeruile bellum,* quod anno ab orbe redemto, poſt ſeſqui milleſimum, quarto decimo, & Pannonias, & limitaneas prouincias, depopulaverat, in quinque libros ſummatim digeſtum, carmine.

NICOL. GABELMANNI, Germani, *Monomachia Hungarica,* carminum libri duo, ad Comitem *Franciſcum* de *Nadasd, Patauii 1590.*

IOH. CSERNOVICII a Lybæo monte, de *bello pannonico, libri VI.* hiſtoriam Rudolphi II. complexi. Carmine heroico, Claudianum imitante.

RVINAE PANNONICAE, libri IV. ediſſerunt, heroico verſu, res a morte *Iohannis* inter *Ferdinandum* & *Iſabellam,* geſtas, & plura alia, venuſte cantata.

Tomo VII.

WOLFGANGI BETHLENII, *Hiſtoriarum Tranſiluaniæ,* lib. X. qui ſuperſunt, fol. ſine loco, die ac conſule.

IOH. BETHLENII, *Rerum Tranſiluanicarum*, lib. IV. ab a. *1663. ſeqq. 12mo.*

LAVR. TOPPELTINI, *origines & occaſus Tranſiluanorum, Lugd. a. 1667. 12mo.*

STEPH. SAMOSCII, *analecta lapidum vetuſtorum*, & nonnullarum in *Dacia* vetuſtatum. *Patauii a. 1593. 12mo.*

Tomo VIII.

IOH. LVCII *de regno Dalmatiæ & Croatiæ, libri VI. Francof. 1666. fol.* cum mappis geographicis.

GEORGII RVTKAII, *memoria Regum & Banorum, regnorum: Dalmatiæ, Croatiæ, & Sclauoniæ*, fol. *Viennæ 1652.*

ANONYMI nuperus tractatus, de *Boſnia.* 4to.

* Singula hæc, *præfationibus*, & adſperſis paſſim notis, illuſtrabuntur, & ſumma adcuratione reuiſa, prodibunt. Faxit Deus, feliciter!

§. IV.

Eos inter, qui res Hungaricas vicinarumque gentium plenioribus commentariis deſcripſerunt primum habeat locum ANTONIVS BONFINIVS Italus quidem natione ſed Hungarorum Liuius, qui ad principis huius hiſtorici imitationem expoſitiones ſuas in Decades diuiſit, *Rerum Hungaricarum Decadibus quatuor & dimidia Libris XLV. comprehenſis*, has iuſſu Regis *Matthiæ I.* conſcripſit iisdemque Hiſtoriam gentis ab origine vsque ad an. *1495.* atque ad *Vladislaum* ſucceſſorem *Matthiam*, cui & opus dedicauit, vere, candide & libere, ita vt benefactoris ſui *Matthiæ*, vitia haut diſſimulauerit, complexus. Decades tres priores *Martinus Brennerus*, Tranſyluanus edidit *Baſileæ 1543. f.* ap. *Robertum Winterum*, quæ editio plena mendorum typographicorum. Secuta Editio *ſecunda Baſileæ 1568. f.* apud *Oporinum*, qua XXV. reliqui Libri cura *Ioannis Sambuci* acceſſerunt. *Tertia* & *Quarta* apud *Wechelos & heredes, Francofurti 1581.* & *Hanouiæ 1606.* prodiere, & *Quinta* demum *Coloniæ*, paginis in columnas, vt vocant typographi diui-

diuiſis, inque §. diſtincta & marginalibus inſtructa. Tribus poſterioribus Editionibus, quem laudauimus *Sambuci*, primum cura aliquot *Appendices* acceſſere, nimirum:

1. IOANNIS SAMBVCI Appendix de *Ladislao*, *Lodovico* & *Ferdinando* Regibus p. 536. *Edit.* d. a. *1606.*
2. EIVSD. Orationes Funebres vna de *Ferdinando I.* p. 775. altera de Maximiliano II. p. 816. & *Tertia* de *Coronatione Rudolphi II.* Poſonii p. 827.
3. EIVSD. Expoſitiones *Obſidionum Agriæ p. 791. Zigethi p. 803. Temeſuari p. 807. Tokay p. 812. Giulæ p. 813.*
4. De reddita *Matthiæ* Regi Corona p. 655.
5. Contractus *Matrimoniorum* inter *Lodouicum* & *Mariam*, ac *Ferdinandum* & *Annam.*
6. Concordia Vngarica inter *Fridericum III. Maximilianum I.* & *Vladislaum*, Reges p. 742.
7. BRODERITHII Clades *Mohaczienſis* p. 757.
8. IOANNIS HEROLDI Chronologia *Pannoniæ* p. 834.
9. MICHAELIS RITII de Regibus *Vngariæ* Libri Duo p. 837.
10. P. CALLIMACHI EXPERIENTIS *Attila* p. *853.*
11. NICOLAI OLAHI *Attila* p. *862.*
12. T. CORTESII Carmen de laudibus *Matthiæ* Regis *p. 891.*
13. ABRAHAMI BAKSCHAY *Chronologia* p. 914.
14. Gnomæ generales SAMBVCI de tribus ſummis in Imperatore virtutibus p. 937.
15. Regum *Vngariæ* priſcorum *Conſtitutiones*, ſeu *Decreta.*

Germanice verſus prodiit *Bonfinius* interprete *Hieronymo Bonner*, *Baſileæ* ſiue potius *Bernæ 1545. f.* qua editione XXX. tantum Libri extant, & *Francofurti 1581. f.* ex verſione *Pauli Friſii*, qua XLV. Libri comparent. Grauis quoque eſt fideque dignus domeſticus hiſtoricus NICOLAVS ISTHVANFIVS *Rerum Hungaricarum Libris XXXIV.* quos moriens Archi-Epiſcopo Strigonienſi *Petro Pazmanno* legauerat, quique cura *Antonii Hierati* lucem

cem viderunt primum *Coloniæ Agrippinæ 1622. f.* & *ibid. 1662.* & *1685. f.* ac *demum Coloniæ Agripp. 1719. f.* cum Supplementis Hiſtoriarum ad annum vsque *1719.* quæ tamen partium ſtudio laborare videntur. Res geſtas ab obitu *Matthiæ Coruini* vsque ad *Matthiam*, & ſic ab an. 1490. ad a. 1606. deſcripſit, quumque in his multa, quibus interfuit, diligenter atque cordate exponat, & apud Hungaros & omnes bonos, optimi ac prudentis hiſtorici, quique cum veteribus comparari posſit, elogium tulit. Commendatur ab iis, qui legerunt inſigniter SAMVELIS TIMON S. I. *Epitome Rerum Hungaricarum*, *Caſchouiæ* iterum *1737. f.* edita, quæ antea ſub titulo: *Synopſeos Rerum Hungaricarum 4.* fuerat formis expreſſa, qui ex Diplomatibus & monimentis ſingularia de vita rebusque geſtis Regum Hungariæ obſeruarit. Breviori exponendi ratione vſi MICHAEL RITIVS Neapolitanus, cuius *de Regibus Hungariæ Libri Duo* compendium quaſi Decadum *Bonſinii* exhibent, ab incunabulis Gentis ad Vladislaum vsque II. prodiere iuncti eiusdem *de Regibus Hiſpaniæ, Neapolis* &c. Libris *Baſileæ 1517. 4.* atque additi *Bonſinii* Decadibus inſertique *Script. R. Hung.* CASPARIS ENS *Rerum Hungaricarum Hiſtoria Libris IX. comprehenſa* editaque *Coloniæ Agrippinæ 1604.* & *1648. 8.* in qua præter regionis ſitum, ceteraque, quæ eo pertinent, ea, quæ a primis Regni incunabulis acciderunt breuiter, ſui vero & ſuperioris temporis res geſtas ad A. vsque *1604.* fuſe, ſed ſtilo vulgari deſcripſit, prodiit quoque *ibid. 1608. 8.* EIVSD. *Appendix*, ad hanc *Rerum Hungaricarum Hiſtoriam*, atque EIVSDEM *ſuccincta nuperi Motus Auſtro-Vngarici Narratio.* Non magni eſt momenti GOTHARDI ARTHVSII *Hiſtoria chronologica Pannoniæ, Francofurti ad Moenum*

num

num 1608. 4. qua res per Hungariam, & Tranſylvaniam, a conſtitutione Regnorum illorum, vsque ad annum 1640. geſtæ, breuiter exponuntur, additæ ſunt Icones Regum, Ducum & Procerum, tam Chriſtianorum quam Turcicorum, manu *Theodori de Bry* inciſæ, cum Tabula chorographica totius Hungariæ. Prodiit hæc hiſtoria & vernaculo ſermone. ABRAHAMI BAKSAI *Chronologia Ducum & Regum Hungariæ*, primum edita *Cracouiæ 1567. 4.* & *Decadibus Bonfinii* ſubiecta p. 914. PETRI RANZANI Siculi Liber *de rebus Hungaricis in Indiculos 36.* eleganti breuitate *diuiſus* & Regi *Matthiæ* oblatus cum Adpendice abs ſe adornata primum editus a IOANNE SAMBVCO *Viennæ Auſtriæ 1558. f.* & in *Bongarſii S. R. H.* PETRI quoque de REVA huc pertinent *Centuriæ VII. de Monarchia & S. Corona Regni Hungariæ*, *Auguſtæ Vind. 1613. f.* emendatius vero & auctius cura FRANCISCI Comitis de NADASD *Franco-furti ad Moen. 1659. f.* Annales continent Rerum Hungaricarum ab ortu gentis vsque ad annum 1655. Elegans eſt compendium ex ſexcentis ſcriptoribus, quorum tamen allegata, quod dolendum omiſit, decerptum in IOANNIS NADANYI *Floro Hungarico*, *Amſtelodami 1663. 12.* qui ab origine gentis orſus neruoſam expoſitionem ad an. 1657. quo Ferdinandus III. Imp. mortuus, perduxit. Germanico idiomate variæ huiuscemodi compendiariæ expoſitiones cum choro- & topographica deſcriptione prodierunt, quales ſunt PAVLI CONRAD BALTHASARIS HAHNII *Alt- und Neu Pannonia*, *Nürnberg 1686. 4.* quo & XLV. Regum vitæ resque geſtæ vulgariter enarrantur. Huc pertinet SCHAEFERI ſiue DILICHII ſupra iam excitatum *Chronicon Vngariæ* vernacula ſcriptum. *Gallica* lingua compendium hiſtoria-

rum

rum Hungaricarum, ab ANONYMO partibus Ragozyanis dedito compilatum, hoc titulo: *Hiſtoire des Revolutions d' Hongrie, où on donne une idée juſte de ſon legitime Gouvernement, à la Haye 1739. 4. 2. Voll. & 12. 6. Voll.* Parte *prima* Hiſtoria rerum Hungaricarum ab a. *1000.* ad 1699. breuiter expoſita, Parte *ſecunda* eadem ad an. vsque 1705. *Tertia* res ſemeſtris *1705.* & dimidii *1706.* anni; *Quarta* Regni huius commemorabilia ad an. *1711.* *Quinta* & *Sexta* commentarios vitæ & actionum *Franciſci Ragoczky*, & Comitis *Betlem Niclos ab a. 1703.* exhibet, adiectis Indicibus. Parti *primæ* addita Tabula Hungariæ, Tranſyluaniæ & Slauoniæ auctore *Dn. de l'Isle.*

§. V.

Multum lucis Hiſtoria *Hungariæ* ex contemplatione vitæ geſtorumque Regum celebrium accipit, ſunt autem plures in hoc fructuoſo argumento Scriptores. Vniuerſim de *Regibus Hungariæ* quædam commemorarunt præter iam p. *1485.* laudatos HIERONYMVS HENNINGES cuius, *Geneſis & Deſcriptio Vitarum Regum Hungariæ 1597. 8.* edita; IOANNIS NADASSII S. I. *Reges Hungariæ a Stephano vsque ad Ferdinandum III. Poſonii 1637. f.* ANONYMI *der Herzoge und Kœnige in Vngarn Leben, Regierung und Abſterben*, a Duce I. *Keve ad Leopold. Nürnberg 1683. 12.* omnes leuioris ſunt momenti. Effigies Ducum & Regum Hungariæ ab *Keve I. ad Ferdinandum IV.* cum Inſcriptionibus in ſingulos directis conſpicere, qui volet, poterit in FRANCISCI *de* NADASD Comitis, *Mauſoleo Regni Apoſtolici Regum & primorum militantis Hungariæ Ducum, Noribergæ 1661. f.* edita & Verſio *germanica.* De *Attila Hunnorum Rege* certior notitia petenda ex PRISCO *Rhetore*, cuius narrationes extant inter *Excerpta de Legationibus &c.*

quæ

quæ prodierunt interprete CAROLO CANTECLARO *Pariſiis 1648. f.* Ex recentiorum maxime ſcriptis, qualis *Sabellicus* & e Chronico antiquo Hungarico fabularum pleno eſt compilata NICOLAI OLAHI Archi-Epiſcopi Strigonienſis *Atila*, *Bonfinii* Decadibus editionum recentiorum p. 862. adiectus, vbi & p. *853.* extat PHILIPPI CALLIMACHI *Atila* ex Olaho fere deſcriptus. IVVENCI vero CAELII CALANI *Dalmatæ Attilam*, poſt Editiones *Venetam* an. 1502. f. ad calcem Vitarum Plutarchi, & *Ingolſtadienſem 1608.* in *Henrici Caniſii Promptuario Eccleſiaſtico* factas, tertium produxit V.C. MATTHIAS BELIVS *Apparatu Hiſtoriæ Hungariæ Decad. I. Monument. III.* præmiſſis ſua Præfatione & *Pii Nicolai Garelli* Epiſtola de hoc ſcriptore, vtraque pereruditа. Nec contemnenda RVDOLPHI ROTHII Diſſertatio *de Attila Hunnorum Rege*, *Ienæ 1671. 4.* qua gentis ſimul origines erudite eruit, numus autem in frontiſpicio *Attilæ* effigiem exhibens eſt ſuppoſititius. *S. Stephani* Regis Vita extat in libro, cui titulus: *Legendæ Scriptorum Regni Hungarici in Lombardica Hiſtoria non contentæ*, *Coloniæ Agripp. 4.* vbi & *Vita S. Emerici F. Stephani*, extant quoque in *Bongarſiana* Collectione ex *Surii* Actis interpolatæ. CHARTVITII *Deſcriptio Vitæ S. Stephani* Regis H. & *S. Emerici* F. proſtat inter *S. R. H. Bongarſianos. Hiſtoria Vitæ S. Ladislai Regis Hungariæ* auctore SIMONE VNGIEVSZKIO edita *Vilnæ 1664. 4.* Eleganter & pragmatica grauitate ſcripti ſunt PHILIPPI CALLIMACHI EXPERIENTIS Geminianenſis, *de rebus ab Vladislao Hungariæ & Poloniæ Rege geſtis Libri Tres* ad Caſimirum Fratrem in Regno Poloniæ ſucceſſorem ſcripti, primumque editi cura *Sigismundi* Scheufleri Canonici Friſingenſis *Auguſtæ Vindelicorum 1519. 4.*

 re-

recuſi *1584. 4.* adiectique *Cromeri Poloniæ*, *Coloniæ 1589.* editæ, extant quoque in Collectione *Bongarſiana*. De *Matthia* Coruino fortisſimo Rege exponentes quosdam Scriptores vide ſupra inter *Bongarſianos*. AGLOSSAE GENESSII *Deſcriptio Coronationis Matthiæ II. Regis Hungariæ, cum breui Regum Pannoniæ Chronologia*, *germanice* verſus hic liber a *Wolffgango Spangenbergio*, prodiit *Argentorati 1609. 8.*

§. VI.

Chronicorum librorum, qui partem tantum *Hiſtoriæ Hungaricæ* referunt certamque *Periodum*, *Bellorum* adhæc in Hungaria vicinisque regionibus geſtorum, obſidionum, & huiusmodi ſingularium euentuum deſcriptionum ac narrationum magnus eſt numerus, hos omnes huic ſelectiori Bibliothecæ non capit deſignatus locus. M. ROGERII *Deſcriptio deſtructionis Regni Hungarici per Tartaros factæ*, forma epiſtolari, ipſaque Epiſtola in capita diuiſa, ſeu, vt ipſi vocare placuit: *Miſerabile carmen*, immixtum reperitur *Chronico Hungariæ Ioannis Thurozii.* STEPHANI BRODERITHI *Narratio de Proelio ad Mohács a. 1526. commiſſo, in quo Ludouicus Rex Hungariæ occubuit*, ſingillatim prodiit *Argentorati 1688. 8.* cum additionibus *Caſparis Kühnii 1688. 8.* nec non inter *Script. Bongarſ.* vbi & FELICIS PETANZII Deſcriptio extat & in *Tomo II. Schardiano.* WOLFGANGI LAZII *Hiſtorici Cæſarei, Rei contra Turcas a. 1556. geſtæ deſcriptio*, cum adiecta *Chorographia Pannoniæ*, *Francofurti ad Moenum 1600. f.* edita, recenſet curate prælia, oppugnationes atque expugnationes locorum, regionis item ſitum & huiusmodi ſingularia. Extat quoque inter *Scriptores Rer. Germ. Schardianos T. II.* vbi & reperitur: BASILII IOANNIS HEROLDI *Rerum contra Turcas auſpi-*

auſpiciis Ferdinandi Auſtriaci, Rom. Imp. & Regis Hungariæ An. 1556. in interamnenſi Pannonia geſtarum Hiſtoriola, Dialogo conſcripta editaque *Hanouiæ 1613. 8.* MELCHIORIS SOITERI *a Vinda*, ICti *Belli Pannonici per Fridericum Comitem Palatinum Rheni aduerſus Soleymannum Imp. Caroli V. Cæſarisque Ferdinandi auſpicio geſti* Libri Duo primum editi *Auguſtæ Vindelicorum 1538. 4.* inſerti quoque *Tomo II. Schardiano.* Comparet etiam in PHILIPPI LONICERI *Chronicorum Turcicorum* Libro II. & inter *Script. R. H. Bongarſianos*, IOANNIS *de* ZERMEGY *Hiſtoria rerum geſtarum inter Ferdinandum I. & Ioannem Hungariæ Reges*, editam *Amſterodami 1662. 12.* adde HIERONYMI LASKY *Hiſtoriam arcanam Legationis nomine Ioannis Regis*, *ſupra p. 1482.* IEAN *de* MALMEDY *Diſcours de la grande Guerre au Pais d' Hongrie entre Maximilian II. E. des R. & Iean Vaivod Prince de Tranſylvanie allie & defendu de Sultan Solyman, Paris 1565. 8.* PETRVS BIZARVS de *Bello Pannonico* a Solymanno coepto a Selimo finito a. *1566. 1567.* commemorauit, editus primum libellus *Baſileæ 1573. 8.* & inter *Bongarſianos* recuſus. Verſio forte germanica eſt: *Vngariſcher Krieg, ſo ſich zwiſchen dem Rœmiſchen Kayſer Maximiliano II. und dem Türckiſchen Solymanno a. 1565. und 1566. verlauffen hat. Baſel 1566. 4.* vel eſt ALPHONSI VLLOAE Deſcriptio quæ tali titulo prodiit. Non enim vidi. Ad hæc ſuperioraque & ſubſecuta cum Turcis in Hungaria Bella pertinet: *Syndromus Rerum Turcico Pannonicarum* auctore M. A. C. L. *Francofurti 1603.* & *1627. 4.* quo procliorum, oppugnationum & expugnationum variorum locorum munitorum per centum quinquaginta annorum ſpatium factarum, præſertim in Hungaria narrationes continentur. Cuius mentionem iam *p. 207.* feci. CHRI-

STIANI SCHESEI *Ruinarum Pannonicarum Libri IV. cum Hiſtoria Pannonica Solymanni Imp. Turc. vltimam expugnationem Gyulæ & Szigethi continente, Viteb. 1573. 4.* editi. Ad hunc cenſum pertinent LVDOVICI TVBERONIS *Commentariorum de rebus quæ temporibus ſuis in illa Europæ parte, quam Pannonii & Turcæ, eorumque finitimi incolunt, geſtæ ſunt, Francof. ad Moenum 1603. 4.* qui prudens accuratusque eſt ſcriptor. Germanico ſermone variæ huiusmodi expoſitiones prodierunt, ex publicis maximam partem relationibus decerptæ, quales ſunt: ANONYMI *Hiſtoria von den Empœrungen, ſo ſich in Vngarn, auch in Siebenbürgen, Moldau &c. von Jahr und Tag ſeithero des Jahrs 1516. bis auf 1596. zugetragen, Cœln f.* & *Wahrhaftige und kurze Erzehlung der fürnehmſten Scharmüzeln und Schlachten in Vngarn und Crabaten, zwiſchen dem Türcken und Kayſerl. M. Rudolpho II. Vrſel 1594. 4.* ex diverſis huius commatis libris & relationibus congeſtum opus, quod inſcribitur: *Ortelius rediuiuus & continuatus, oder, der Vngariſchen Kriegs-Empœrungen hiſtoriſche Beſchreibung in Ober- und Nieder-Vngarn, wie auch Siebenbürgen von dem 1395. bis in das 1607. Jahr &c. durch* HIERONYMVM ORTELIVM, addita noua continuatione ab *an. 1607. ad 1665.* per MARTINVM MAYERVM cum figuris multis æneis, *Franckf. am Mayn 1665. f.* Supplementum huic operi parauit MARTINVS FREIGIVS, quo res ab an. *1664.* ad *1683.* exponuntur, *Wien 1694. 4.* Huc pertinent: ERASMI FRANCISCI *Adler Bliz, oder Beſchreibung des Vngarn- und Türckenkriegs, Nürnberg 1684. 4.* CHRISTOPHORI BOETII *ruhmbelorberter Kriegs-Helm wieder den blutbeſprengten Türckiſchen Tulban, Nürnberg 1687. 4.* Nuper prodiit: *Leben und Thaten des Prætendenten von Vngarn und Siebenbürgen, Ioſeph Ragoczy,*

und ſeiner Vorſahren, *Fft.* 1739. 8. Gallico porro ſermone varii huiusmodi libelli editi, multa libertate, ſed quandoque non ſine manifeſto partium ſtudio ſcripti, tales: MARTIN FVMEE *Hiſtoire des Troubles d' Hongrie, à Paris* 1594. 8. quæ & germanice *f.* edita. *Hiſtoire generale des Troubles d' Hongrie & Tranſylvanie, à Paris* 1608. 4. *Hiſtoire des Troubles d' Hongrie depuis an* 1655. *juſqu' à preſent, avec le Siege de Neubeuſel, & une Relation exacte du Combat de Gran, Paris* 1686. 12. 3. *Voll.* & *à Amſterdam* 1686. 12. & *Hiſtoire des Troubles d' Hongrie, à Bruſſeles* 1686. 12. 3. *Voll.* nec non: *Hiſtoire des Troubles d' Hongrie, & des Deſordres arrivees dans ce Royaume* 1685. & 1687. 12. *VI. Tom.* vt & *Memoires des Guerres de Tranſylvanie & d' Hongrie, à Amſterdam* 1680. 12. & *Hiſtoire des derniers Troubles d' Hongrie, à Paris* 1683. 12. Nec omittendæ *Hiſtoire d' Emeric Comte de Tekeli, à Paris* 1691. 8. *Cologne* 1693. 8. *Amſterdam* 1694. & *Hiſtoire du Prince Ragozi, Paris* 1707. 12. vtraque cum grano ſalis legenda. *Italice* ſcriptæ prodierunt commemorationes de hiſce conuerſionibus bellisque ſequentes: GIO. ANDR. ANGELINI BONTEMPI *Hiſtoria della Rebellione di Vngaria*, in *Dresda*, 1672. 12. & *Bologna* 1674. 12. MAVRITIO NITRI *Ragguaglio del ultime Guerri di Vngaria e Tranſylvania tra l' Imperadore Leopoldo I. ed il grande Signore Ehmed IV. Georgio Rákotzi, ed altri Principi di Tranſylvania, in Venetia* 1666. 4. vt & *Memorie del General Principe di Montecucoli, Coloniæ* 1708. 8. curante HVYSSENIO editæ, Libro ſecundo, memorabilia Belli Turcici annorum 1661. 62. 63. & 64. referunt. ANONYMI *Raggvaglio della Guerra tra l' Armi Ceſaree ed Ottomanne dal principio delle Ribellione degli Vngari ſino l' Anno corrente* 1684. *in Venetia* 1684. 12. nec non *Diario de Succeſſi dell'*

armi Ceſaree in Vngaria nella campagna del a. 1685. 12. huc & pertinet: NICOLO BERENGANI *Hiſtoria delle Gverre d' Europa dalla Comparſa dell' Armi Ottomanne nell Vngaria l' anno 1683. in Venetia* 1698. 4. 2. Tom.

§. VII.

Tranſyluaniæ nobiliſſimi Principatus choro- & topographicam expoſitionem, qualis tum erat, dedit curate GEORGIVS a REICHERSDORF *Tranſyluaniæ & Moldauiæ aliarumque vicinarum regionum ſuccincta Deſcriptione* adiectis duabus Tabulis geographicis, *Viennæ* 1550. 4. ſubiuncta quoque eſt MARTINI BRONIOVII *Tartariæ deſcriptioni*, quæ expreſſa formis *Coloniæ Agripp.* 1595. *f.* & inter Script. *Bongarſii.* Antiquitatibus illuſtrandis huius prouinciæ ſeruiunt STEPHANI SAMOSCII *Analecta Lapidum & nonnullarum in Dacia Antiquitatum, Patauii* 1593. 12. & *Francofurti ad Mœn.* 1598. *f.* adhærere ſolet hæc vltima editio: LAZII *Commentariis Reip. Romanæ. Daciam antiquam* ex numis, lapidibus, aliisque monumentis reſtitutam promiſit Dn. SOMMERVS *Nouis litter. Lipſ.* 1720. *p.* 149. quod & de Principe Moldauiæ IO. NIC. ALEX. MAVROCORDATO annotarunt auctores *Nouell. erud.* 1721. *pag.* 550. qui parauerit: *Daciam veterem & novam.* Succeſſere inde LEVINI HVLSII *Deſcriptio Tranſyluaniæ, Moldauiæ & Valachiæ, Francofurti ad Mœn.* 1595. 4. germanice, atque præclara DANIELIS GVILIELMI MOLLERI Diſſertatio Hiſtorico-Geographica *de Tranſyluania*, habita *Altorfii* 1700. 4. LAVRENT. TOPPELTINI de Megyes eruditæ *Origines & occaſus Tranſyluanorum, ſeu, erutæ Nationes Tranſylvaniæ, earumque vltimi temporis reuolutiones, hiſtorica narratione breuiter comprehenſæ, Lugduni* 1667. 12. *Compendium Hiſtoriæ Tranſyluanicæ* ab 1546. *ad*

an. 1703. adiectum *Hiſtoriæ Diplomaticæ de Statu Religionis Evangelicæ &c.* cuius mox facienda mentio. Partem inſignem Hiſtoriæ Tranſyluanicæ illuſtrant & multum æſtimandi ſunt viri magnæ prudentiæ IOANNIS BETHLENII Comitis Albenſis Comitatus & Tranſylv. Cancellarii *Rerum Tranſyluanicarum Libri Quatuor, continentes res geſtas Principum eiusdem ab anno 1629. ad annum vsque 1663.* ſine loci mentione, in Germania, vt videtur, *1664. 12.* editi, ſcripti a viro qui rebus geſtis ex parte interfuit. Germanice verſi hi libri, interprete IOANNE TROESTERO, ſub titulo: *Bedrængtes Dacia, das iſt, Siebenbürgiſche Geſchichte, Nürnberg 1666. 12.* Egregii quoque ſunt FRANCISCI ANTONII *de* SIMEONIBVS *de Bello Tranſyluanico & Pannonico Libri VI.* ad Clementem XI. P. M. *Romæ 1713. 4.* quorum *Parte Prima* Bella in Tranſyluania geſta 1656. ad 1662. *Parte Secunda* Hungarica an. 1663. pugnamque ad S. Gothardum curate deſcripſit. In compendioſa rerum Hungaricarum commemoratione *gallice* facta, iam ſupra excitata extant, ſed & ſigillatim venditæ: *Memoires Hiſtoriques du Comte Betlem Niclos contenant l' Hiſtoire des derniers Troubles de Tranſylvanie 1736. 12.* Ab amico percepi, Dn. SOTERIVM Parochum *zu Creutz* in Tranſyluania, in *Hiſtoria Vniuerſali Tranſyluaniæ* ſumma cura elaboraſſe, cunctaque quæ ocularem inſpectionem poſtulant diligenter curioſeque perueſtigaſſe, ſed, quantum quidem ſcio, nondum ſua edidit. Ad res vicinæ Valachiæ per certam Periodum noſcendas facit LEONHARDI GORECII *Deſcriptio Belli Iuoniæ Voiuodæ Walachiæ*, quod a. 1574. cum *Selimo II.* *geſſit*, acceſſit IOANNIS LASICII *Hiſtoria de ingreſſu Polonorum in Valachiam cum Bogdano & cæde Turcarum, Francof. 1578. 8.* IOANNIS SOM-

MERI ſingularis extat deſcriptio *Vitæ Iacobi Deſpotæ Moldauiæ Reguli*, quæ edita cum PETRI ALBINI *Commentatiuncula de Wallachia, Wittebergæ 1587. 4.* & BALDASSARIS WALTHERI *Deſcript. rer. a Iön Michaële Walachiæ Palat. geſtar. Gorlizii 1599. 4.*

§. VIII.

De *Dalmatiæ* Regno extant CASIMIRI FRESCHOT *Memorie hiſtoriche e Geographiche della Dalmatia*, in *Bologna 1687. 12.* Inſigni cura ex optimis antiquioribus & recentioribus auctoribus conductus egregius liber, qui inſcribitur: *Alter und neuer Staat des Kœnigreichs Dalmatien, Nürnberg 1718. 8.* cum figuris æneis, quo non ſolum ſtatus choro- topo- & geographicus ſuccincte ſiſtitur, ſed & res hiſce in terris viciniſque partibus *Vſcochorum, Morlachorum* atque Reipublicæ *Raguſæ* geſtæ, breuiter exponuntur, additis Regum & Dynaſtarum ſtemmatibus genealogicis, in appendice breuis narratio de fatis religionis Chriſtianæ eruditionisque & I. LVCII *Inſcriptiones Dalmaticæ* acceſſere. Ad *Croatiam* ſingulatim pertinet: MARCI FRISCHII *Chorographia Croatiæ, Noribergæ 1555. 8.* Harum regionum ſcriptores quosdam domeſticos & magni faciendos reperias in raro hodie libro: IOA. LVCII Traguerienſis, *de Regno Dalmatiæ & Croatiæ, Libris Sex, Amſtelodami 1666. f.* memorant quidam editiones *Francofurtenſem ad Moen. 1666. f.* & *Amſtelod. 1668. & 1688. f.* ſed tituli ſaltim a bibliopolis mutati ſunt, neque enim tam raro proſtaret liber, ſi tot vicibus fuiſſet recuſus. Hiſce varios *Rerum Dalmaticarum* addidit *Scriptores*, nimirum *Presbyteri Diocleatis. Regnum Slavorum* p. 287. MARCI MARVLI Patritii Spalatenſis *Regum Dalmatiæ & Croatiæ geſta* pag. 303. THOMAE Archi Diaconi Spalat. *Hiſtoriam Salonitanorum Pontificum atque Spalatenſium* p. 312. MICHAE MADII *Hiſtoriam Spalat.* p. 371. *Tabulam*

lam Hiſtoriarum a Cutbeis de geſtis ciuium Spalatenſium p. 381. *Memoriam Archi-Epiſcoporum Salonitanæ & Spalatinæ Eccleſiæ* p. 385. *Obſidionem Iadrenſem* p. 387. *Memoriale Pauli de Paulo* Patritii Iadr. p. 423. PALLADII FVSCI Patauini, *de ſitu oræ Illyrici* p. 451. MARCI MARVLI *in eos, qui B. Hieronymum Italum eſſe contendunt* p. 457. APPIANI Alexandrini *Hiſtoria de bellis Illyricis* p. 462. cum notis quibusdam *Lucii*. Plenum egregiæ frugis & ex genuinis fontibus deductum eſt ANONYMI *Spicilegium Obſeruationum Hiſtorico-Geographicarum de Boſniæ Regno, Hungarici quondem Iuris, occaſione Armorum Cæſareorum hoc anno 1737. in Boſniam motorum, Lugduni Batauorum, impenſis Buartſi 1737. 4.* ſed locus eſt fictus, alibi enim & forte *Viennæ* liber formis eſt impreſſus, vt typorum forma oſtendit.

§. IX.

Eccleſiæ Chriſtianæ origines & viciſſitudines inueſtigare cœpit MELCHIOR INCHOFER S. I. cuius *Annalium Eccleſiaſticorum Hungariæ, Tomus Primus, Romæ 1644. f.* editus atque ad a. C. 1059. perductus, ſpem eruditorum hominum non impleuit, admiſcens aliena de Imperatorum Pontificumque rebus, quæ ad illuſtrandas res eccleſiæ Hungaricæ vel plane nihil vel parum lucis attulerunt, nec rara eſt fabularum ſeges. Liber autem inuentu difficilis. Cum his vtiliter iungitur pereruditi viri FRANCISCI FORIS OTTROKOCSI antiqua *Hungarorum religio vere Chriſtiana & Catholica, temporibus S. Stephani primi eorum Regis Chriſtiani, ab ipſis ſuſcepta, Tyrnauiæ 1706. 8.* FRANCISCI PARITZ *Breues rerum Eccleſiaſticarum Hungaricarum iuxta ac Tranſyluanicarum inde a Reformatione Commentarii Cibinii 1684. 12.* editi. GEORGII HANERI *Hiſtoria Eccleſiarum*

Tranſyluanicarum, *Francofurti ad Mœn.* 1694. 12. a primis originibus ad ea tempora, quibus ſcribebat, ex præclaris ſubſidiis quatuor libris delineata eſt. Præſtantisſima eſt & verax Anonymi, viri iuſtis præſidiis ad hoc argumentum tractandum inſtructi *Hiſtoria Diplomatica de Statu Religionis Euangelicæ in Hungaria* 1710. *f.* ſine *loci* mentione, ſumptibus *Genſchii* Bibliopolæ *Halberſtadienſis*, qui varias imagines Imperatorum, maxime Auſtriacorum, huc non pertinentes, inepte addidit. Fata ſacrorum Euangelicorum ab an. 1523. ad 1702. percenſet, atque documentis publicis actisque ſingula illuſtrat, addita *Appendix*, qua Acta Comitiorum Hungaricorum de Annis 1647. 1649. 1662. 1681. & 1687. integra, quod ad Religionem attinet, exhibentur. Adhibita inſigni cura ex optimis præſtantiſſimisque libris editis & manu exaratis concinnata celeberrimi Viri MARTINI SCHMEIZELII *de Statu Eccleſiæ Lutheranorum in Tranſyluania*, *ad Magnificum Dn. Erneſtum Salomonem Cyprianum*, *Diſſertatio Epiſtolica*, *Ienæ* 1722. 4.

§. X.

Notitiam Status publici Regni Hungariæ & incorporatarum prouinciarum dederunt varii. *Anonymus* nempe auctor *Reipublicæ & Status Hungariæ*, quæ *Lugd. Batauor.* 1634. 12. edita & ad *Elzeuirianas* pertinet, qui de regione ipſa, admirandis aquis, origine Hungarorum, de regibus, Legibus fundamentalibus St. Stephani, de contributione regia, electione, coronatione & poteſtate Regis, de Statu eccleſiaſtico, politico & militari ſtrictim commentatus. MARTINVS porro SCHOEDELIVS Præſide MATTHIA BERNEGGERO amplam Disquitionem hiſtorico-politicam de *Regno Hungariæ* methodo, quæ tum grata

grata erat cauſali compoſuit, nobile notitiæ Hungaricæ argumentum per cauſſas efficientem, materialem, formalem, & finalem diuidendo, plura ex politicis generalibus addens. Hanc congeriem *Schoedeliano-Berneggerianam* in ſynopticas diſpoſitiones redegit notisque perpetuis illuſtrauit IOANNES FERDINANDVS BEHAMB *Notitia Hungariæ Berneggeriana, perpetuis obſeruationibus condecorata, Argentorati 1676. 8.* quibus ſingularia geographica, hiſtorica & politica ad Hungariam facientia, legas. *Anonymi* Galli *l' Etat preſent du Royaume d' Hongrie 1686. 12.* editus, qui liber an conueniat cum *Hiſtoire & deſcription ancienne & moderne du Royaume d' Hongrie*, edita *à Paris 1699. 12.* neſcio, nec enim vidi. Fontes *Iuris Publici Hungarici* ex *Legibus Fundamentalibus* & *Articulis Diætalibus* deducendi, quas cum aliis pactis & normis decidendi controuerſias curate conduxit STEPHANVS WERBOEZIVS perſonalis præſentiæ Regiæ, cum illud ederet Locumtenens, in Opere, quod a diuiſione nuncupauit *Tripartitum*, a Rege *Vladislao*, cui Budæ a. 1514. in conuentu Regni generali obtulit, approbatum. Edidit hoc ipſe collector primum *1521.* recuſum inde ſæpius, vtpote *Leutchouiæ 1660. 4.* cum verſione *Hungarica*, & cum *Corpore Iuris Hungarici Viennæ 1628. f. Tyrnauiæ 1690* & *ibid. 1696 f.* quæ poſterior editio locupletisſima, vtpote Leges conſtitutionesque ab anno *1035.* ad annum *1687.* exhibens. His iungendi *Articuli Diætales Poſonienſes anni 1715.* excuſi *Debreczini 1726. 8.* & *Articuli Diætales 1723. Viennæ f.* atque alii 1729. *Piſonii* & ibid. *1730.* excuſi. Ex his aliisque ſubſidiis deductæ variæ de Iure Publico Hungariæ ſcriptiones, nempe IOANNIS ANDREAE LOCHNERI, cuius *Facies Iuris Publici Regni Hungariæ, Tubingæ 1666. 4.*

Dis-

Diſſertationis forma primum propoſita, quo, argumenta ab aliis ſcriptoribus omiſſa, de Regno nempe, Rege, eiusdemque Inſignibus, electione & coronatione, de Comitiis item, Militia & fortitudine Hungarorum perſpicue delineavit, laudatis fideliter teſtibus, quibus ſua debet. Variis autem obſeruationibus illuſtratam iterum produxit generoſus iurisque omnis & patrii conſultisſimus Dn. IOANNES IONY cum ſtudiorum cauſſa in hac noſtra Salana ageret, *Ienæ 1717. 4.* Multa accuratæ diligentiæ laude ſcriptus eſt MICHAELIS PANCRATII Sabeſ. Tranſylv. Iurium Doctoris *Tractatus Politico-hiſtorico-iuridicus Iuris Publici Regni Hungariæ Magiſtratuum & Statuum, tam eccleſiaſticorum, quam ſecularium, originem in genere & in ſpecie exhibens, Caſſoviæ 1668. 4.* quo libello potiſſimum origines Regni membrorumque eius diligenter curateque indagauit. Quædam capita attigit MICHAEL BENCSIK in Academia Tyrnauienſi Iuris Patrii Profeſſor & cauſarum vtriusque fori per Hungariam Aduocatus, in ſcripto, cui titulum dare ipſi placuit: *Nouiſſima Diata nobiliſſima* (anni nempe 1722. 23.) *Principis, Statuum & Ordinum I. R. Hungariæ Partiumque eidem annexarum, ſiue Propoſitiones Academicæ Lege nobilitares Ius Patriæ publicum redolentes, ex Tit. IX. primordiali Part. I. Tripart. aliisque Regni Conſtitutionibus deductæ, Tyrnauiæ 4.* quo in primis ordinem Tabularum, Seſſionumque *Diætalium*, a paucis curate, exhibitum, ſiſtit; publicis officiis adhibitos, recenſet, de regibus Hungariæ Carolo cum primis VI. Imp. Iuribusque Regis Maieſtaticis breuiter, quidem ſed appoſite varia annotauit, ordinemque Cancellariæ Hungaricæ, nec non Conſilii Poſonienſis, exhibuit, ſed tamen miſcuit aliena, quæ plane non pertinent ad argumentum, mor-

mordaci ſtilo in diuerſæ religioni addictos vtitur, deque rebus & negotiis quæ ad publicum Regis Ordinumque iudicium pertinent, audacter ſtatuit & pronunciauit, vt parum abfuerit, quin Ordines Poſonii congregati, quibus obtulerat fœtum hunc, grauius in eundem animaduerterint. Huc facit ex parte doctiſſimi, quem ſupra laudauimus Dn. IOANNES IONY Cauſſarum vtriusque fori per Hungariam Aduocati perelegans *Commentatio Hiſtorico-Iuridica de Origine & Progreſſu Iuris Hunno-Hungarici, Leutſchouiæ* 1727. 4. ſumptibus auctoris edita, a primis Hunnorum in Pannoniam ſusceptis demigrationibus, ad præſentia vsque tempora, continua annorum ſerie repetita, cui varias ad notitiam Hungariæ perutiles obſeruationes inſeruit. Certa cum incertis mixta habent libelli *Anonymorum* inſcripti: *Der Staat von Vngarn, Leipzig* 1706. 8. & *der Staat von Siebenbürgen, Wallachey und Moldau*, ibid. 1707. 8. De *Comitiis* Regni *Hungariæ* doctiſſimam *Diatribam* prelo parauit Vir clariſſimus eruditiſſimusque IOANNES TOMKA dictus SZASCKY Con-Rector Gymnaſii Poſonienſis fidelisſimus, cuius priores plagulæ Capita tria, de primis Comitiorum incunabulis, de Comitiorum præliminaribus & de Comitiorum ordine complexa & typis iam in 4. excuſa, humanisſimi viri beneuolentia ad me transmiſſa, ſed an cetera iam lucem viderint, ignoro. De *S. Regni Hungariæ Corona* Commentarium edidit PETRVS de REWA, cuius prior editio viuo auctore 1613. vidit lucem, altera *Tyrnauiæ* 1732. eandem adſpexit. De *Origine, & fatis ſacræ, angelicæ & apoſtolicæ Regni Hungariæ Corona*, elegantem Diſcurſum Commentationi ſuæ de *Coronis tam antiquis, quam modernis iisque Regiis, Ienæ* 1712. 4. adiecit p. 205. V. C. MARTINVS

TINVS SCHMEIZELIVS, idemque eruditum *Schediaſma Hiſtoricum* dedit *de Inſignibus, vulgo Clenodiis Regni Hungariæ, vt & ritu inaugurandi Regem Hungariæ, Ienæ* 1713. 4.

CAPVT VIGESIMVM NONVM
DE
SCRIPTORIBVS HISTORIÆ POLONICAE ET LITHVANICAE.

§. *I. De iis, qui Notitiam Scriptorum Polonicorum dederunt, & de origine Gentis commentati.*

§. *II. Scriptores, qui ad Poloniæ choro- topo- & geographiam faciunt.*

§. *III. Scriptores Rerum Polonicarum iunctim editi.*

§. *IV. Scriptores Hiſtoriæ Polonicæ, qui omnem Gentis Hiſtoriam vel maiorem partem & Compendia ſcripſere.*

§. *V. Scriptores, qui Regum & Reginarum Poloniæ vitas & bella deſcripſerunt ceterique particulares.*

§. *VI. Scriptores Hiſtoriæ Lithuanicæ.*

§. *VII. Scriptores, qui de vtriusque Gentis rebus Eccleſiæ & Epiſcopis expoſuerunt.*

§. *VIII. Scriptores, qui ad politicum Poloniæ ſtatum faciunt, & de Nobilitate commentati.*

§. I.

IAm ad *Poloniarum* & *Lithuaniæ* copioſos Hiſtoricos accedimus. De *Scriptoribus Hiſtoriæ Polonicæ Schediaſma* edidit SAMVEL IOACHIMVS HOPPIVS, *Gedani* 1707. 4. quo Catalogos eorundem non indiligenter congeſſit. Præmiſſum illud eſt, cum notis GABRIELIS GRODDECKII, & VALENTINI SCHLIEFFII nouæ Editioni *Lipſienſi Dlugoſſi* To. I. Idem

Idem argumentum ex parte accuratius tractauit DAVID BRAVNIVS libro egregio: *De Scriptorum Poloniæ & Pruſſiæ hiſtoricorum &c. typis impreſſorum & manu ſcriptorum in Bibliotheca Brauniana collectorum, virtutibus & vitiis Catalogo & iudicio, Coloniæ 1723. 4.* quo de auctore, editionibus, ſcribendi ratione, virtutibus, næuis liberrime, ſine odio & inuidia iudicauit. Huc referri poſſunt SIMONIS STAROVOLSCII *centum illuſtrium Scriptorum Polonicorum Elogia & Vitæ, Francofurti 1625. 4.* negligenter ſatis nec vllo iudicio ſcriptæ odioque & partium ſtudio plenæ, & ſic comparatæ, vt non multa de Scriptorum virtutibus & vitiis cognoſcere poſſis. Breuis & leuis quoque libellus CHRISTOPHORI VARSEVICII hoc titulo: *Reges, Sancti, Bellatores, & Scriptores Poloni, Romæ 1601. 8.* & *Poſnaniæ 1629. 8.* qui, vt aliorum, ita & ſcriptorum nuda nomina, absque vllo elogio, & nullis, aut pauciſſimis indicatis eorum ſcriptis, protulit.

§. II.

Ad notitiam geo-choro- & topographicam ex parte & politicam Poloniæ facit primum quæ præclara SIMONIS STAROVOLSCII *Polonia, Amſtelodami 1652. 12.* denuo recognita & aucta, cum præfatione *Hermanni Conringii, Guelferbyti 1656. 4.* Huc pertinet, quæ ſub ALEXANDRI GVAGNINI Itali, præſidii Vitebſcenſis in Lithuania præfecti nomine edita *Deſcriptio Europeæ, Spiræ 1581. f.* mendoſe tamen typis excuſa, auctorem verum habet MATTHIAM OSSOSTOVICIVM STRYIKOWSKI qui cum *Chronico Lithuanico* &c. polonico idiomate edito, quæ & inter PISTORII *Scriptores Rer. Pol.* extat. Egregii ſunt MARTINI CROMERI *Poloniæ, ſiue de ſitu Populis, moribus, magiſtratibus &c. & Rep. Regni, Polonici Libri II. Coloniæ 1578. 4.* & cum *eiusd. Chronico, ibid. 1589. f.*

Bre-

Breuis eſt IOANNIS THEODORI SPRENGERI *Polonia nou-antiqua, Francofurti 1656. 8.* Diligenter conquiſita ANDREAE CELLARII *Regni Poloniæ, magnique Ducatus Lithuaniæ deſcriptio, Amſtelodami 1659. 12.* qua præter ſtatum generalem atque hiſtoriæ ſummam, fluuios, montes, vrbes harumque præcipua deſcribit. Iungenda huic BERNHARDI CONNOR *Hiſtoria Poloniæ*, quæ *anglice* primum prodiit ſub titulo: *the Hiſtory of Polonia, Londini 1698. 8.* poſt germanice verſa *Lipſiæ 1700. 8.* Huic enim, cum archiater fuiſſet Ioannis III. Poloniarum Regis, occaſio fuit data integram peragrandi Poloniam, quam per modum epiſtolarum ad varios viros illuſtres deſcribit, ita vt præſentem ſtatum hiſtoricum, phyſicum, politicum atque eccleſiaſticum explanet, ſæpe multa cum libertate. De originibus Populorum quæ Sarmaticas terras inhabitant ex Scriptoribus Græcis Romaniſque varia congeſſit MATTHAEVS PRAETORIVS primum in Pruſſia verbi diuini miſter ſacris euangelicis addictus, poſtea iis mutatis Parochus Starogardenſis & Weyerouienſis, in *Orbe & Marte Gothico. Oliuæ 1688. & 1691. f.* editis, quibus non Polonos ſolum Gothos fuiſſe deducere voluit, ſed hos etiam omnium Gentium Europæarum, præter Romanos progenitores facit, incertis ſæpe coniecturis ſubnixus. Fabuloſa & incerta, cum otioſis quibusdam coniecturis protulit CHRISTOPHORVS VARSEVICIVS *Dialogo de origine ſeu deriuatione generis & nominis Poloni, Vilnæ 1518. 4.* & *Cracouiæ 1598. 4.* cum aliis eiusdem excuſo. Probabilior V. C. GODEFR. LENGNICHII Diſſ. *de Polonorum maioribus, Gedani 1732. 4.* a Populo *Lazorum* in Colchide deductio.

§. III.

Præclare de *Polonica Hiſtoria* ſtudiique hiſtorici

ſtorici cultoribus meritus IOANNES PISTORIVS Nidanus, Medicinæ primum Doctor & Archiater Badenſis, poſt mutatis ſacris Theologiæ Doctor & Canonicus Conſtantienſis & Vratislauienſis, quod perraros de rebus & notitia Poloniæ conduxerit libros in *Polonicæ Hiſtoriæ Corpus, hoc eſt, Polonicarum Rerum latinos, recentiores & veteres Scriptores, quotquot extant, Baſileæ 1582. f.* Continentur hac collectione

1. AENEAE SYLVII *Relatio de Polonia, Lituania, Ruſſia, Liuonia & Boruſſia* ex ipſius *Deſcriptione Europæ* deſumta.
2. ERASMI STELLAE libri duo *de Boruſſiæ antiquitatibus.*
3. ALEXANDRI GVAGNINI Deſcriptio *Sarmatiæ Europeæ,* ſiue quæ ad *Chorographiam totius Poloniæ, Lithuaniæ, Liuoniæ & Boruſſiæ pertinent.*
4. MARTINI CROMERI Deſcriptio *Poloniæ* Libris II.
5. MATTHAEI de MECHOVIA Libri duo *de Sarmatia Aſiatica & Europæa.*
6. SIGISMVNDI L. B. *in* HERBERSTEIN *Deſcriptio Lithuaniæ ex Moſcouia ipſius excerpta.*
7. POMPONIVS MELA *de Sarmatia,* cum commentario *Ioachimi Vadiani.*
8. HARTMANNI SCHEDELII *de Sarmatia Commentariolus.*
9. LAVRENTII CORVINI *dicolos tetraſtrophos de Polonia, & eius metropoli Cracouia.*
10. CONRADI CELTIS Liber *de Viſtula & de Veſontibus.*
11. ADAMI SCHROETERI *Iter ſalinarium Sarmaticum.*
12. CONRADI CELTIS *Salinaria* ὁδοιπορικὴ *ad Terinum.*
13. IACOBI PRILVSII *de Lithuaniæ, Ruſſiæ, Pruſſiæ, Maſouiæ, Oſwecimenſi & Zatorienſi Ducatibus, tum etiam de Feudo Lemburg & Butau Pomeraniæ atque Ciuitatibus Scepuſienſibus in Hungaria Priuilegia antiqua,* ex eius Libro *Statutorum* excerpta.

Tomus *ſecundus* vero continet:

1. MATTHAEI *de* MICHOVIA *Chronica Polonorum ab ortu Polonorum vsque ad A. C. 1504.*
2. IODOCI LVDOVICI DECII *de vetuſtatibus Polonorum; de Familia Iagellonum; & Hiſtoria de Sigismundi I. temporibus* Libros.
3. ALEXANDRI GVAGNINI *Compendium Chronicorum Poloniæ a Lecho ad Henricum Valeſium.*
4. CLEMENTIS IANITII *Vitæ ac ſucceſſiones ſingulorum Principum Regumque Poloniæ.*
5. MARTINI CROMERI *de origine & rebus geſtis Polonorum Libri XXX.*

Tertius vero Tomus continet: PISONIS *epiſtolam ad Ioannem Coritium de conflictu Polonorum & Lithuanorum cum Moſcouitis* variorumque *Epiſtolas & Orationes de Bellis & Victoriis Sigismundi I.* Regis Poloniæ, cum *Moſcouitis*, *Sigismundi Auguſti*, atque *Bogdani* & *Iuoniæ* Palatinorum *Vallachiæ* armis ab anno *1572.* vsque ad *1574.* cum Turcis in *Vallachia.* De diſceſſu *Henrici* Regis e *Poloniæ* Regno. De Clade *Dantiſcanorum a. 1577.* auctoribus ER. VITELLIO; STANIS. ORICHOVIO; IOA. LASICIO & LEONH. GORECIO. Item IOANNIS PISTORII *Tabulæ Genealogicæ XIII. Dynaſtiarum Poloniæ*, vsque ad *Stephanum* Regem; Ducum porro *Sileſiæ Piaſtidarum*; Ducum quoque *Maſouiæ*, *Cujauiæ*, *Lenciciæ*, denique & Ducum *Lithuaniæ*. His vetuſtiores & primos *Hiſtoriæ Polonicæ* fontes reperias in Dn. FRIDERICI WILHELMI *a* SOMMERSBERG *Sileſiacarum Rerum Scriptoribus* aliquot ineditis, Tomo I. & II. Qui quum iam *Cap. XVI. §. LII. p. 856. 857.* fuerint indicati, heic repetendos typis non cenſemus. In formam Collectionis compoſiti quoque, præfixo hoc titulo: *Scriptores Rerum Polonicarum ex recentioribus quotquot præcipui extant, Amſtelodami*, ſiue potius

tius *Gedani 1698. 4. 3. Voll.* quales ſunt *Kobierzіky, Sulikovii, Sobiesky, Paſtorii* quædam de vita Principum Bellisque & euentibus memorandis ſingulares Hiſtoriæ quorum exempla ſaltim reſidua, præfixo titulo iunctim vendita, inter particulares Scriptores, mox commemoranda. Minori forma, quidam Rerum *Polonicarum* Scriptores coniuncti hoc titulo: ALEXANDRI GVAGNINI *Rerum Polonicarum Tomi III. Francofurti 1584. 8.* excudebat *Io. Wecbelus*, impenſis *Sigismundi Feyerabendii*, huius Sylloges T. I. huius GVAGNINI *Epitome Chronicorum;* T. II. EI. ſ. potius STRYKOWSKI *Sarmatia Europaea* atque *de Ruſſorum religione, ritibus nuptialibus, funerum, victu, veſtitu &c.* & *de Tartarorum Religione & Moribus* vera & luculenta narratio ad *Dauidem Chytraeum* recens ſcripta: IOANNIS MELETII Epiſtola ad *Georgium Sabinum de religione & ſacrificiis veterum Boruſſorum Epiſtola.* Tomo III. 1) IOANNIS LASICII *Hiſtoria de ingreſſu Polonorum in Valachiam cum Bogdano Voivoda & caede Turcarum p. 419.* 2) LEONHARDI GORECII *Deſcriptio Belli Iuoniae Palatini Valachiae, quod is cum Selymo Turcarum Imp. geſſit p. 451.* 3) SIGISMVNDI Regis Polon. Epiſtola ad *Leonem X.* P. R. *de Victoria contra Moſchouios apud Aras Alexandri M. parta* p. 526. 4) ERASMI VITELLII Epiſcopi Plocenſis Oratio ad *Maximilianum I.* Imp. in Conuentu Auguſtano 1518. habita *p. 531.* 5) *Victoria Sigismundi I. contra Vayvodam Muldauiae a. 1531. p. 545.* 6. B. *de* HERBERSTEIN *Fragmentum de Bello Poloni & Moſchi p. 550.* 6) MARTINI CROMERI *Oratio in Funere Sigismundi I. R. Pol. p. 557.* 7) STANISLAI ORICHOVII *Oratio in Funere eiusdem Sigismundi Iagellonis p. 613.* 8) *Deſcriptio tertii Belli, quod magnus Ruthenorum Imperator, contra Liuones geſſit,*

an. 1558. p. 682. Iungi his meretur, quæ, ſcriptore viro eruditisſimo GODEFRIDO LENGNICHIO, omiſſo tamen nomine prodiit: *Polniſche Bibliothec, welche von Büchern und anderen zur Polniſchen und Preuſſiſchen Hiſtorie dienenden Sachen ausführliche Nachricht giebt*, cuius *Erſtes Stück* prodiit *Tannenberg, wo Vladislaus Iagyello die Creuz-Herren ſchlug* ſ. *Danzig 1718. 8.* eademque exſtant:

1. *Gedancken von Lecho p. 1.*
2. Recenſion VESPASIANI *a* KOCHOW KOCHOWSKI Annalium *Poloniæ* Climacteris I. *p. 12.*
3. Leben *Andreæ Chryſoſtomi* ZALVSKI ehemaligen Biſchoffs von *Ermeland* und Cron-Groſs-Canzlers p. 44.

Parte *ſecunda*, eod. loco ficto edita:

1. Nachricht von *Boleſlao I. p. 81.*
2. KOCHOWSKI Annalium *Poloniæ Climacter Secundus*, recenſitus p. 150.

Parte *Tertia*:

1. Continuatio Recenſionis Annalium *Poloniæ* KOCHOWSKI Clim. Secund. p. 175.
2. Antwort-Schreiben an einen Preusſiſchen Edelmann, worinnen unterſuchet wird, ob Polen bis auf den *Iagyelloniſchen* Stamm *erblich* geweſen *p. 190.*
3. Vom rechten Gebrauch der einheimiſchen (*Polniſchen*) Geſchichtſchreiber *p. 239.*

Parte *Quarta*, ibid.

1. Ankunfft der *Creuz Herren in Preuſſen p. 297.*
2. Annalium KOCHOWSKI Climacter tertius *p. 337.*
3. Publicæ innocentiæ *Manifeſti* per *Geor. Sebaſt.* Comitem in *Wisnick* & *Iaroslaw Lubomirsky* porrecti a. 1666. recenſio *p. 370.*

Parte *Quinta*:

1. Recenſio ſcripti editi ſub titulo: Immunitas *Ciuitatum*

tum Pruſſiæ a Iuriſdictione Iudiciorum *Tribunalitiorum* Regni Poloniæ, & aliorum quorumuis, præterquam regiorum in cauſis *Contributionum* &c. *p. 383.*

2. Leben *Andreæ Olzowsky* Erz-Biſchoffs zu *Gneſen* und Primatis Regni *p. 393.*

Parte *Sexta, Septima & Octaua*, legitur:

Abriß einer Polniſchen Reichs-Hiſtorie multo iudicio & accuratione facta.

Parte *Nona* legitur:

Abfall der *Preußen* von den *Creutz-Herren p. 239.*

Parte vero *Decima*:

1. Aufrichtige Vorſtellung, was es mit der in den Lændereyen der Stadt *Danzig* im Iahr *1719.* von einigen *Polniſchen Kron-Vælckern* vorgenommenen *Execution* vor Bewandniſs habe p. 317.

2. Erlæuterung des *Preuſſiſchen* Canonis: *De nobis in nos, nil ſine nobis, p. 335.*

§. IV.

Primus plenam Gentis Polonæ hiſtoriam a primis originibus ad ſuam ætatem deducere tentauit IOANNES DLVGOSSVS de *Niedzielsko* LONGINVS dictus Canonicus Cracouienſis nominatus poſt Archi-Epiſcopus Leopolienſis *Hiſtoria Polonica Libris XII.* cuius vsque ad an. *1240.* perductæ *Libri* priores *Sex*, curante *Felice Herburto, Ioannis F. Dobromili 1615. f.* in lucem protracti, & cum reliqui *ſex* manu tantum ſcripti latuisſent, manu obſtetricante HENRICI de HVYSSEN prioribus rarioribus etiam coniuncti, & vsque ad an. 1444. deducti prodierunt *Lipſiæ 1711. 1712. f. 2. Voll.* quorum *ſecundo* proſtat *Hiſtoriæ Dlugoſſi Liber XIII.* quo res ad vltimum vitæ ſuæ annum, videlicet 1480. produxit. Vſus calamo veraci licet non ſemper æquali *Dlugoſſus*, & candida

ſimplicitate cleri vitia & errores annotauit, quæ prima diuturnæ in bibliothecis captiuitatis cauſſa fuit. Ex humana tamen fragilitate amorem nimium in gentem ſuam diſſimulare quandoque haut potuit in bellis cum primis cum Equitibus Teutonicis in Boruſſia geſtis, a partium ſtudio haut liber. Addita ſunt in hac Lipſienſi editione alia præſtantisſima Hiſtoriæ Polonæ monimenta, nempe:

1. VINCENTII KADLVBEK ſiue KADLVBKONIS Epiſcopi Cracouienſis *Hiſtoria Polonica, Dobromili 1612. 8.* primum edita, huius tres priores libri Epiſtolis Dialogicis compoſiti, pleni fabularum ex obſcuris ſchedulis & traditionibus collectarum, quartus liber veritati ſimilior, quia coæua auctori narrat, & pertingit ad a. 1204. Commentator Anonymus miſerabili commentario parum lucis attulit.
2. STANISLAI SARNICII Tribuni Craſnoſtauienſis *Annales de origine & rebus geſtis Polonorum ac Lituanorum, Cracouiæ 1587. f.* propriis ſumtibus excuſi magnæ vsque huc raritatis. Hisce gentes Sarmaticas ab Aſarmoth, ſexta generatione nepote Nohæ ad Lechum deducit, hisque et aliis ſe oſtendit virum diligentis quidem lectionis, ſed iudicii admodum debilis, Germanis inimicum, ſtilo præterea vſus interrupto & inæquali.
3. STANISLAI ORICHOVII, *Annalium Libri Sex* ſtudio *Felicis Herburti, Dobromili 1611. 8.* optima editione procurati, recuſi *Dantiſci 1641. 12.* adiuncta eſt Vita *Petri Kmitæ* Palatini Cracouienſis ab alio, viro forte Eccleſiaſtico, ſcripta. Libris horum Annalium quatuor prioribus Sigismundi Auguſti res ab an. 1548. ad a. 1551. graui ſtilo narrat, luxumque & libidines, & ortas factiones libere taxat; Libro V. Geſta Comitiorum a. 1552. & Wallachiæ ſubiectionem & profectionem Regis in Pruſſiam & Lithuaniam deſcribit & ſextus Liber annalis turbato ordine ingentes motus Ordinis Equeſtris ad Leopolim contra Sigismundum I. quæ a. 1537. accidere, deſcribit.

4. KARN-

4. KARNKOVII collectarum *Epiſtolarum Virorum illuſtrium* Libri tres, *Cracouiæ 1578. 4.* iam editi, quibus RCatholicorum varii conatus & labores, adverſus diſſidentes in religione, explicantur.

Compendium perpetuum *Dlugoſſi*, licet reticuerit parum ingenue id ſcriptor, exhibet ad ann. *1444.* MATTHIAE *de* MICHOVIA Canonici Cracouienſis *Chronica Polonorum* a primo Duce *Lecho*, vsque ad an. *1506.* quo Alexander Rex mortuus eſt, deducta, primum ære & cura *Iodoci Ludouici Decii* edita *Cracouiæ 1521. f.* qui editor ſub finem tres ſuos libros, *de Vetuſtatibus Polonorum*, *de Iagellorum familia & de Sigismundi I. geſtis* vsque ad an. 1516. addidit. Recuſa *Baſileæ 1537. & 1582.* atque *Tom. II. Corporis Piſtoriani. Italice* vero *Venet. 1562. f.* prodiit. Michouiæ ſtilus incultus, origines Gentis more Polonico magnificentius iactatæ, ita vt & Philippum Macedoniæ Regem Alexandrumque M. Slauos, i. e. Polonos ſecerit, diuerſi Populi non ſatis diſtincti, quos errores, Dlugoſſum ſecutus propagauit. Ex eodem *Dlugoſſo* quidem hauſti, additis tamen ex Priuilegiis Regni ex quo tempore talia data fuerunt variis, ſcriptique ſtilo æquali, profuſo tamen, graui iudicio MARTINI CROMERI Epiſcopi Varmienſis in Pruſſia *de origine & rebus geſtis Polonorum Libri XXX.* ab origine Gentis ad an. vsque *1506.* qui auctori ſummi Polonorum hiſtorici apud diuerſos nomen pepererunt. Editi ſæpius hi commentarii, primum *Baſileæ 1555. f.* inde *ibid. 1558.* & *1568. f.* ab ipſo auctore recogniti, & ex præſtantiſſima editione *Coloniæ 1589. f.* poſt mortem auctoris, quidem edita, quam tamen ſcripta 158 6. præfatione ornaverat, in qua ecdoſi plurima re cognita, nonnulla partim adiecta, partim demta, partim mutata ſunt, adiecta huic quoque varia moni-

menta particularem Hiſtoriam Polonam illuſtrantia, nempe:

1. CROMERI Oratio in obitum *Sigismundi* I. R. P. a. 1548.
2. EIVSD. *Polonia.*
3. BERNARDI VAPOVII Fragmentum Hiſtoriæ *Sigismundi I.*
4. CROMERI Epiſtola ſcripta ad Ordines Regni.
5. PHILIPPI CALLIMACHI Hiſtoriæ Imperii & necis *Vladislai Iagellonidis* Libri III.
6. STANISLAI KARNCOVII Epiſtola de electione Regis *Poloniæ* a. 1573.
7. EIVSD. Panegyricus ad *Henricum Valeſium R. P.*
8. IOA. DEMETRII SVLICOVII Oratio in Funere *Sigismundi Auguſti.*
9. *Anonymi* Oratio ad Sarmatas 1575.
10. *Stephani* Regis Effigies & Elogium.
11. REINHOLDI HEIDENSTEINII de Bello *Moſcovitico* a *Stephano* geſto.
12. CHRISTOPHORI VARSEVICII Oratio in obitum *Stephani* Regis.

Stilo haut contemnendo iudicioſe *Cromerum* & *Vapouium* in compendium omiſſis amplioribus tædioſisque expoſitionibus, quaſi ſuis verbis redegit ad obitum vsque Sigismundi I. annumque *1548.* Libris XX. IOHANNES HERBVRTVS *de* FVLSZSTIN Caſtellanus Sanocenſis *Chronica, ſiue Hiſtoriæ Polonicæ compendioſa Deſcriptione Baſileæ 1571. 4.* & *Gedani 1609. Baſileæ 1615. 4.* & *Gedani 1647. 4.* gallice verſa lucem vidit interprete *Franciſco Balduino* ſub titulo: *Hiſtoire des Roys & Princes de Pologne, à Paris 1573. 4.* Ex iisdem Cromeri libris, iisdem fere verbis, vix laudato primo fonte, compendioſe, ſed geſtis obſeruatu quandoque dignis reciſis, deſcripta eſt SALOMONIS NEVGEBAVERI *a Cadano, Hiſtoria rerum Polonicarum,* vsque ad an. 1586. obitumque Stephani Regis,

Regis, edita primum *Francofurti 1611. 4.* typis *Wechelianis*, & iterum *Hanouiæ 1618. 4. med.* ſub titulo: *Hiſtoria rerum Polonicarum ad Sigismundum III. Poloniæ Sueciæque regem Libris X. cum indice Perſonarum & rerum*, ſed multis erroribus typographicis inquinata. Ad annum vsque 1507. Cromerum non inepte contractum exhibet, res vero inde per triginta octo annorum ſpatium ad a. *1586.* ex variis ſcriptoribus & quidem Sigismundi I. res ex *Bernhardi Vapouii* fragmento, atque *Martini Bielsky Chronico Polonico*, *Orichouio*, *Heidenſteinio*, deſcripſit atque contraxit. Idem S. NEVGEBAVERVS collegit & adornauit: *Icones & Vitas Principum & Regum Poloniæ*, *Francofurti 1620. 4.* Ducum & Regum a *Lecho* & an. *550.* ad *Sigismundum III.* & an. *1537. XLIV.* Imagines æri apte inciſas ſed ordine a communi discrepante, exhibens, addita concinna de vita rebusque narratiuncula, ex *Herburti* Chronico, verbis vtplurimum, retentis, contracta. Eleganter quoque quæ *Cromerus* operoſius diduxerat ſuis verbis ſtiloque libero & profluente in compendium miſit & vbi ille deſiit additis eadem breuitate ceterorum Regum & Reip. geſtis expoſuit IOACH. PISTORIVS in *Floro* ſuo *Polonico*, cuius plures extant editiones. *Prima* tribus Libris ab an. C. 550. ad a. 1572. lucem vidit *Lugduni Bat. 1641. 12.* in *Secunda Amſtelodami 1664. 12.* edita continuatio ſiue Liber *Quartus* ab an. 1572. ad 1586. de rebus Henrici Valeſii & Stephani Bathori acceſſit. In Editione *Quinta*, *Dantisci 1679. 12.* facta acceſſere Liber *Quintus*, *Sextus* & *Septimus*, & enarratio rerum Polonicarum ad annum vsque 1660. quo Pax Oliuenſis ſancita, & varia additamenta, v. gr. *Thorinium recuperatum 1659.* ERASMI GLIZNERI *Chronicon Regum Poloniæ*, a Lecho vsque ad Sigismundum III. editum *Thorunii 1597. 4.* quod

exhibet ſaltim primam partem, finiens cum Zemomislao Duce. Reliquis tribus immortuus. Qui poeticas delicias amant, illis forte placebit ALBERTI INES S. I. *Lechias, i. e. Ducum & Regum Poloniæ a Lecho vsque Elogia Hiſtorico-Politica & Panegyrico-Lyrica, Coloniæ 1655. 4.* & *Efti 1680. 4.* ſed plena alias erroribus hiſtoricis adulationibus & ſuperſtitioſis gentilium expresſionibus. BERNARDVS CONNOR Anglus, archiater *Ioannis Sobiesky* Regis Poloniæ, in *the Hiſtory of Poland, London 1698. 8.* edita & *germanice* verſa *1700. 8.* ſelectiora de Regum Poloniæ geſtis narrat. Non indiligenter ex bonis libris congeſta SAMVELIS FRIDERICH LAVTERBACH *Pohlniſche Chronicke oder Hiſtoriſche Nachricht von dem Leben und Thaten aller Herzoge und Kœnige in Pohlen von Lecho an bis auf Auguſtum II. Franckfurt und Leipzig 1727. 4.* impreſſæ ſunt Ducum & Regum minores imagines æneæ. Qualis ſit: *Hiſtoire de Pologne & de Lithuanie*, quæ *Amſterdam 1698. 12.* cum ignaris ſcio, neque enim videndi legendique copia fuit. Culte ſcriptæ, ſed non a partium ſtudio liberæ: *Hiſtoire des Revolutions de Pologne, par l' Abbe des* FONTAINES, *Amſterdam 1735. 12. 2. Voll.* & *Hiſtoire des Rois de Pologne & du Gouvernement de ce Royaume &c.* p. M. M. *(Maſſuet) Amſterdam 1733. 1734. 12. 5. Voll.* Magno omnes deſiderio expectant celeberrimi viri GODOFREDI LENGNICHII *Hiſtoriam Poloniæ regni*, quæ aliquoties iam publice promiſſa fuit, cuiusque Ideam ingenioſam & curatam iam dederat in *Polniſcher Bibliothec Partibus VI. VII. VIII.*

§. V.

Singulorum quorundam Regum res, moresque & ſub iisdem Reipublicæ facies, Bellorumque celebrium fata, pluribus & magnam partem egregiis plane & ad veterum Hiſtoricorum imitationem

nem ſcriptis commendatæ commentariis. IOSEPHI ANDREAE ZALVSKI Præſulis doctiſſimi, tum Supremi Regni Referendarii *Specimen Hiſtoriæ Polonicæ criticæ conſtans Animaduerſionibus in Hiſtoriam Ludouici Poloniæ & Hungariæ Regis ab* AVGVSTINO KOLVDZKI *deſcriptam, Warſauiæ 1735. 4.* qua eius narrationem de violenta ſtatuum confœderatione a. *1381.* erudite refellit. De *Piaſtro Ethnarcha Poloniæ* extat Diſſ. GOTTFR. THILONIS, *Witteb. 1668. 4.* Breues & non magni momenti narrationes exhibentur in libello, cui titulus: *Polniſcher Kœnigs-Stammen; oder Beſchreibung des Groß-Herzoglichen Litthauiſchen Geſchlechts, Nürnberg 4.* quo XII. Regum ad Iohannem Caſimirum vsque fata breuiter exponit. PHILIPPI CALLIMACHI *Vita Vladislai Iagellonidis* iam ſupra p. *1512.* & inter *Hungaricos* Scriptores fuit laudata. De *Sigismundo I.* variæ eruditorum hominum Orationes quoque iam p. *1507.* excitatæ, quibus adiungendum BERNARDI VAPOVII *Fragmentum Sigismundi Senioris Regis Poloniæ, res geſtas Cromeri deſcriptione poſteriores continuans*, editum in optima Editione *Cromeri, Coloniæ Agrippinæ 1589. f. p. 431. Sigismundi Auguſti* vltimi Iagyellonidarum res mirifice illuſtrant, cum laudati iam STANISLAI ORICHOVII *Annales*, tum *Sigismundi Auguſti Poloniæ Regis Epiſtolæ, Legationes, & Reſponſa* (Annorum 1562. & 63. eius regni) ſcriptore forte *Ioanne Oſieskio* Cancellario, *nec non Stephani Bathorii Regis Poloniarum Epiſtolarum Decas*, ex recenſione IOA. BVRCARDI MENCKENII, qui a Dn. HENRICO *de* HVYSSEN acceperat, *Lipſiæ 1703. 8.* nec tamen omnes edidit, poſſedit etenim plures manu exaratas. Extant etiam in hac ſylloge *Acta & ſcripta circa Electionem Sigismundi III.* quæ & ſingillatim edita *Cracouiæ 1587. 4.* Rariores variæ narrationes de voluptatibus *Sigismundi Auguſti* &

con-

coniugio ſtatuque Reipublicæ eodem regnante leguntur in elegantiſſima ANDREAE MARIAE GRATIANI *Vita Ioannis Franciſci Commendoni*, qui Nuncius Pontificis in Aula Regis tum erat, edita *Pariſiis 1669. 4.* & *Pataui* recuſa *1685. 12.* verſa quoque in gallicum ſermonem felici interprete eloquentisſimo *Flechierio*, *Paris 1672. & 1695. 12.* Stilo & iudicio graui ſed quod dolendum breui expoſitione IOANNES DEMETRIVS SVLIKOVIVS Archi-Epiſcopus Leopolienſis, qui rebus interfuerat XXIV. legationibus functus, ſcripſit: *Commentarium breuem rerum in Polonia a morte Regis Sigismundi Auguſti*, h. e. ab a. 1572. ad 1590. ſua ætate geſtarum, *Dantisci 1647. 4.* ſed typis Amſtelodamenſibus excuſum. De *Interregno* poſt mortem *Sigismundi Auguſti* commentatus SWIENTOSLAVS ORELIVS *de Bozeiewice*, cuius *de Interregno Poloniæ Liber ad Petrum Czarnkouium ſcriptus a. 1573.* adſeruatus fuit in Bibliotheca B. *Ioa. Burchardi Menckenii.* Prudenter elegantisſimeque ſcriptus eſt ANDREAE MAXIMILIANI FREDRO Caſtellani Leopolienſis *Geſtorum Populi Poloni, ſub Henrico Valeſio Polonorum, poſtea vero Galliæ Rege Liber vnus*, *Dantisci* ſplendide excuſus *1652. 4.* & *ibid. 1660. 12.* quo, quæ in duobus Interregnis mortuo 1572. Sigismundo Auguſto in Polonia & extra eandem; atque poſt diſceſſum Valeſii in electione *Stephani* & *Annæ* acta, geſta præterea in Vallachia a Turcis cum Iuonia, & irruptiones Tartarorum in Poloniam, quæque a violentis ciuibus, abſente Rege miſero populo inflicta mala grauiter & pragmatice enarrat. De Electione *Valeſii* quoque legendi: STANISLAVS RESCIVS *de rebus in Electione & Coronatione Henrici Regis Poloniæ in Gallia & Polonia geſtis*, *Romæ 1573. 4.* & IOANNIS MONLVCII Legati Gallici

Epi-

Epiſtolæ & Orationes ad Poloniæ Ordines, *Pariſiis 1573. 8.* nec non: *Diſcours de ce qui s'eſt paſſé en la Negociation de l'Election du Roy de Pologne*, par IEAN CHOISNYN, *Paris 1574. 8.* Singularia de *Stephano Bathori*, huiusque bellis, & rebus ſimul Liuonicis, Ruſſicis, Suecicis ipſo rege, legas in LAVRENTII MÜLLERI Conſiliarii aulici Curonici, coæui & veracis teſtis, qui ipſe rebus plurimis Legationibus adhibitus interfuit commentariis, inſcriptis: *Polniſche, Lieſſlændiſche, Moſchowiteriſche, Schwediſche und andere Hiſtorien, ſo ſich unter dieſem ietzigem Kœnige zu Polen (Stephano I.) zugetragen, Franckfort 1585. 4.* & *ibid. 1586. f. Amberg 1595. 4.* & *Leipzig 1606. f.* Huc & pertinent REINOLDI HEIDENSTEINII Secretarii Regii & magnis rebus adhibiti fideque digni *Commentariorum de Bello Moſcouitico Libri Sex*, *Baſileæ 1588. 4. Cromeri Chronico* Edit. *Colon. a. 1589. p. 733.* adiecti, inſerti quoque a Libri tertii initio vsque ad Libri ſeptimi principium, ampliori eiusdem *Hiſtoriæ Rerum ab Exceſſu Sigismundi Auguſti geſtarum Libris XII. ab a. 1572. ad a. 1603.* quos continuatos auctoris filius *Ioannes Heidenſteinius* Caſtellanus Gedanenſis *Francofurti 1672. f.* publicauit, in quibus *Heidenſteinius* pater res maximas a Rege *Stephano*, decennio regni geſtas fideliter deſcripſit, filius editor autem eas, quæ ante & poſt *Stephanum* contigere, ex manuſcriptis Parentis addidit. *Sigismundi III.* Hiſtoria Electionis lucem aliquam accipit ex *Ordinum Regni Poloniæ, nonnullorumque eius magiſtratuum de Electione Sereniſſ. Principis Sigismundi III. Regis ad diuerſos Principes Chriſtianos, Legationes, Epiſtolæ, Reſponſa, Cracouiæ 1587. 4.* editis. Coniungenda *Scripta inter Maximilianum Auſtr. & Ordines Regni Cracouiæ congregatos, Cracouiæ 1587. 4.* Legenda quo-

quoque STANISLAI CARNCOVII *Hiſtoria Interregni poſt diſceſſum Henrici R. Cracouiæ 1570. 4.* Ab anno 1575. ad an. 1648. ſicque imperantibus *Stephano, Sigismundo III. & Vladislao VII.* res Poloniæ & Europæ partis, iudicio incorrupto & ſæpe multa libertate, ſtilo non contemnendo, & ſi odium in diuerſæ religioni addictos excipias cordate, annotauit PAVLVS PIASECIVS Epiſcopus Præmislienſis, in *Chronica geſtorum in Europa præſertim in Polonia, ſingularium, Cracouiæ* primum *1645. f.* edita, & iuxta hoc exemplar ab ipſo Auctore propria manu correctum & auctum apud *Batauos*, alii locum *Amſtelodamum* deſignant, qui in meo exemplo non comparet. *De tranſitu Tartarorum per Pocutiam a. 1594. Sigismundo* regnante facta, extat Epiſtola IOANNIS *de* ZAMOSCIO R. P. Supremi Cancellarii & Exercituum Generalis, impreſſa *Dantiſci 1595. 4.* Ad bellicas res cum *Oſmanno* Turcarum Imperatore anno 1620. actas, faciunt elegantisſimi & ad genium veterum, ſplendidoque ſtilo ſcripti IACOBI SOBIESKI, in ea expeditione ex ordine equeſtri Commiſſarii poſtea Caſtellani Cracouienſis adeoque teſtis oculati quique rebus interfuit *Commentariorum Chotinenſis Belli Libri Tres, Dantiſci 1646. 4.* nitide eleganterque excuſi. Idem nobile argumentum affectato & turgido ſtilo recoxit IOANNES INNOCENTIVS PETRICIVS Medicinæ D. & Profeſſor in Acad. Cracouienſi ac Hiſtoriographus *Belli cum Oſmano Imp. Turcico in Vallachia a. 1620. infeliciter geſti, ſed a. 1621. ad Chocimum felicius confecti Hiſtoria, Cracouiæ 1637. f.* pars Libri etiam *Cracouiæ in 4.* edita, qua quidem primordia belli huius paullo altius quæſiuit, conſilia tamen & deliberationes, quas Sobieskius qui eorum pars fuerat prudenter recenſuit omiſit, prodigia & omina atque

Ora-

Orationes Ducibus affictas, horum loco, parum apte inſeruit. Specimen pragmaticæ hiſtoriæ exhibuit non minus, vtpote qui conſilia & euentus ex actis prudenter, candore fere Liuiano nitidisſime complexus eſt STANISLAVS *a* KOBIERZYCKO KOBIERZICKI Caſtellanus Gedanenſis *Hiſtoria Vladislai Poloniæ & Sueciæ Principis*, *Dantisci* ſplendido habitu *1655. 4.* qua eius natales & infantiam, electionem in Magnum Moſcouiæ Ducem, Bella Moſcouitica, Turcica, cæterasque res geſtas expoſuit, vsque ad exceſſum *Sigismundi III.* Poloniæ Sueciæque Regis. Optandum ſane cum Conringio aliisque, vt eodem habitu *Vladislaum* Regem Poloniarum poſteritati exhibuiſſet, qui ab ipſo in Præfatione promiſſi Commentarii ab a. 1633. ad finem vitæ regis, ſocordia forte heredum vel deperditi ſunt, vel alicubi deliteſcunt. Ad huius Regis laudatiſſimi hiſtoriam illuſtrandam conferre quid poteſt: IEAN *le* LABOVREVR *Hiſtoire & Relation du Voyage de la Reine de Pologne Marie de Gonzague, de ſon Mariage avec le Roy Ladislas IV. en 1646. & du retour de Madame Marechalle de Guebriant, Ambaſſadrice extraordinaire, avec un Discours hiſtorique de tous les Etats, par où elle a paſsé & un traité particulier, du Royaume de Pologne*, *Paris 1648. 4.* qui liber inter rariores referendus. Externa tantum lineamenta virtutum, omiſſis conſiliorum publicorum intimioribus, expreſſit, vt ipſe fatetur, panegyricumque interſertis continuis Senecæ ſententiis ſcripſit EVERHARDVS WASSENBERGIVS Embricenſis, cuius *Geſta Vladislai IV. Principis, deinde etiam Regis Poloniæ*, Partibus II. typis edita, *Gedani 1643. 4.* deduxit ſuas laudes ab anno natiuitatis 1595. ad an. 1640. Quæ ſub turbulentisſimo *Iohannis Caſimiri* regimine geſtæ ſunt res maxime

xime commemorabiles luculenta hiſtoria complexus, quæ narrationes prudentibus viris inſigniter ſe probarunt quorum auctor VESPASIANVS KOCHOWSKI Eques & Tribunus Cracouienſis, *Annalibus Poloniæ, ab obitu Vladislai IV. Regis anno 1648. vsque ad abdicationem Ioannis Caſimiri annumque 1668. Cracouiæ 1683. 88. & 98. f.* tribus Tomis, iisdemque perraris, quos *Climactericorum* titulo ſingulis ſeptennio aſſignato, publicavit, acta & euentus narrans omiſſis maximam partem conſiliis & deliberationibus, nec tamen cordate ac libere quæ ipſi nota erant omnia metus cauſſa annotauit, vt ipſe fatetur, ſcribens: *licet nihil ſilere Hiſtoriæ lex ſit, tacenda tamen quæ nocent aut ſcandaliſant, ſana ratio permittit.* Nec liber eſt ab erroribus præſertim Geographicis odioque in ſic dictos Diſſidentes. Recenſionem horum Climactericorum inſtituit curatam elegantemque Dn. LENGNICH in *Polniſcher Bibliothec* P.II.III.IV. Motus *Coſacorum* grauiter a quibusdam Polonis habitorum ex Commentariis Epiſtolis ac narrationibus Polonicis, partium ſtudio laborantibus, vt proceribus Aulæ placeret IOACHIMVS PASTORIVS Medicinæ tum D. & Hiſtoriographus Regius conduxit cuius eſt *Bellum Scythico-Coſaticum contra Regnum Poloniæ, ſub Rege Iohanne Caſimiro profligatum, Dantiſci 1652. 4.* quo libro quæ a Coſacis Poloniæ mala illata per annos tres, nempe a morte Vladislai IV. quæ in Majo 1648. accidit, vsque ad ſecundam cum Coſacis ad Bialackerkiew pactionem an. 1651. factam indicauit. Hunc prodromum ſecutæ eiusdem PASTORII ab HIRTENBERG iam nobilitate donati *Hiſtoriæ Poloniæ plenioris* Partes duæ, quarum *prima Gedani 1680. 8.* edita, *ſecundam* poſt obitum eius filius *Georgius Adamus* recuſa ſimul prima *ibid. 1685. 8.* procurauit. Quo libro non omnis Poloniæ hiſtoria, vti titulus indi-

indicare videtur, ſed Parte I. triennii ſaltim hiſtoria ann. 1647. 1648. 1649. poſt exceſſum Vladislai IV. ſub infelici Ioannis Caſimiri regimine, quo Polonia per Coſacos & Tartaros miſere vaſta, exhibetur, Parte *Secunda* vero quæ a. *1649. 1650. 51.* cum Coſacis & Tartaris geſta, inſerta quoque ſunt literarum, diplomatum & Actorum publicorum varia apographa. Acceſſit PASTORII Diſſ. *de Originibus Sarmaticis*, qua veriſimiliora, quam quæ Poloni ſcriptores de iisdem proferre ſolent, dedit. Breuem quidem, ſed oculariter inſpectarum rerum narrationem exhibet: *Rerum in Lithuania per tempus Rebellionis Ruſſicæ*, h. e. Coſacorum *geſtarum Commentarius* duobus Libris *Elbingæ 1655. 4.* editus, quo quæ in Lithuania ab exercitu Lithuano contra Coſacos, duce *Ianuſſio Radziuilio* ab obitu Vladislai an. 1648. ad 1651. geſta, breuiter quidem, ſed eleganter & fideliter enarrantur. Libellus hic ex *Radziuilii* diariis forte ab ALBERTO WYIVK KOIALOVICIO elaboratus. Sunt & quædam de his motibus expoſita in libro gallico, hoc titulo edito: *L' origine veritable du ſoulevement des Coſaques contre la Pologne par* P. LINAGE *de* VAUCIENNES, *à Paris 1674. 8.* Eodem idiomate *Ioannis Caſimiri* Regis *Vita* edita, *12.* quæ *germanice* verſa prodiit *Nürnberg 1680. 12.* Bella infelicis huius Regis ab a. 1648. ad a. 1666. per XVIII. annos geſta breuiter deſcripſit: ERASMVS FRANCISCI, ſiue vero nomine GEORGIVS MYNSICHT, in libro, cuius titulus: *Neuer Polniſcher Florus, Nürnberg 1666. 12.* Hiſtoriam Captiuitatis biennii in Gallia dum in iuuenili ætate in Hiſpaniam nauigans in portu Gallico fuiſſet interceptus, deſcripſit excitatus ſupra EBERHARDVS WASSENBERGIVS in libello: *Carcer Gallicus Iohannis Caſimiri Poloniæ Principis, Gedani 1644. 4.*

Acerbo mordacique ſtilo ciuium ſuorum factiones & cupidinem auri ab exteris oblati notauit, qui acta Comitiorum Electionis *Michaelis* Regis ſcripſit CASIMIRVS ZAWADSKI Caſtellanus Culmenſis, ſub titulo: *Gloria orbi Sarmatico conſenſu monſtrata, a Deo data 1660.* quo *Diarium* Electionis confuſionemque conſiliorum, qualis tum erat, exhibet, ſecutæ poſt ipſius mortem: *Hiſtoriæ arcanæ, ſiue Annalium Polonicorum Libri VII. Coſmopoli 1699. 4.* quorum *primo, Diarium* illud Electionis *Michaelis*, quod ſub laudato titulo publicauerat, iterum inſertum, ſecundo vero atque ſequentibus Ephemerides quatuor Comitiorum infeliciter ruptorum, exhibet & factiones ob inertiam Regis & ex odio ortas, & inde ſecuta mala breuiter ſed acerbe indicat, nec tamen ipſius liber Hiſtoriæ arcanæ titulum meretur, quum talia haud proferat ſcriptor, vel ignarus vel potentia eorum, qui regi aduerſarii erant, perterritus. Conferri poſſunt Galli ſcriptoris parti quidem deditis, ſed elegantis obſeruationes prolatæ in *Hiſtoire des Dietes de Pologne pour les Elections de Roys, depuis la mort de Sigismond Auguſte en 1572. jusqu' à l' Election de Jean Sobiesky en 1674. par Mr. de la* BIZARDIERE, *a Paris 1697. 12.* & *Amſterdam eod. a. 12.* & *germanice*, iuncto eo quem ſupra laudauimus libello *Stockholm 1733. 8. Ioannis III.* Regis regimen illuſtrant ex parte: *Anecdotes de Pologne, ou Memoires ſecretes de Jean Sobiesky III. du nom, Paris 1698. 12. & Amſterdam 1699. 12. 2. Voll.* cuius ſcriptor habetur Mr. d' ALERAC, qui inter Reginæ coniugis aulicos erat, cui & continuatio horum Commentariorum adſcribitur, quæ prodiit ſub inſcriptione: *Memoires du Chevalier* DE BEAVIEV, *Amſterdam 1700. 12.* Narratio Electionis *Auguſti II.* Regis culto quidem ſtilo ſcripta ſed Galliæ fauen-

ſauenti prodiit hoc elogio: *Hiſtoire de la Sciſſion ou Diviſion arrivee en Pologne en 1697. au ſujet de l' Election d' un Roy, Paris 1699. 12.* & *en Hollande 1700. 12.* Electionis Auguſti II. curioſa & ſingularium narrationum plena commemoratio extat in IO. CHRISTIANI LVNIGII *Theatri Caeremoniarum* T. II. *p. 20.* Ad res Poloniæ Regni ſub *Michaele, Iohanne III.* & *Auguſto II.* curate perſcribendas præclara ſubſidia præbent ANDREAE CHRYSOSTOMI in ZALVSKIE ZALVSKI *Epiſtolæ Hiſtorico-Familiares*, Tribus Tomis, *Brunſbergæ 1709. 1710. & 1711. f. 4. Voll.* & non adeo copioſis exemplis impreſſæ, quibus exhibet Diaria Comitiorum, Acta varia publica in negotiis belli & pacis edita, negotiorum magni momenti conſilia & deliberationes publicas, intra vel extra Regnum, collectas, Epiſtolas denique a Senatoribus aliisque ad ſe vel a ſe ad diuerſos ſcriptas. Optandum autem fuiſſet illuſtrisſimum collectorem non tantum vnius Polonorum Partis, ſcriptiones, ſed & aduerſæ reſponſiones & defenſiones attuliſſe, aut rigidam nimis in geſta quorundam cenſuram exercuiſſe. Quod, cum primis circa negotia inclitæ Ciuitatis Gedanenſis, oſtendit, patriæ ſuæ amans ſcriptor perſonatus GRATIANVS SEVERINVS LIMPINSKY ſiue, IOANNES ERNESTVS *von der* LINDE Conſul Gedanenſis, *Sicilimentis ad loca quædam Operis Zaluskiani terras Pruſſiæ Polonicæ, ſpeciatim Ciuitatem Gedanenſem, concernentibus, 1717. 4.* quibus varios locos Gedanenſi Ciuitati graues illuſtrauit atque deſtruxit. Motuum Poloniæ & Bellorum initia recenſuit, ſimul vero omnis fere Polonicæ Hiſtoriæ bellicarum maxime rerum commemorationem dedit *Anonymus* auctor, qui labori ſuo titulum fecit: *Das verwirrte Pohlen, in einer Gegeneinanderhaltung der Geſchichte des vori-*

 gen

gen und iezigen Schwediſchen Krieges vorgeſtellet, Franckfurt 1711. 8. addita eſt breuis deſcriptio Poloniæ & Lithuaniæ choro & topographica. Ad *Auguſti II.* Regis heroicis virtutibus incliti, commemorabiles res & fortunæ viciſſitudines illuſtrandas, varia curioſe conduxit *Anonymus* D. F. (FASSMANN) *im Leben und Thaten Fridrich Auguſt des Großen Kœnigs in Pohlen und Chur-Fürſtens zu Sachſen, Hamburg* 1733. 8. Eleganter & maximam partem prouti res geſtæ ſunt hiſtoria publica *Auguſti II.* & regni Polonici eo imperante, deſcripta in *Hiſtoire de Pologne ſous le Regne d' Auguſte II. par Mr. l' Abbe de* PARTHENAY, *à la Haye* 1733. 34. 8. 4. *Tomis*, *Octo* Libris, quorum vltimo elogium *Auguſti* exhibuit, ita comparatum, vt & adulationis & ſugillationis peruerſæ vitia euitare ſtuduerit. Cauſſæ reditus in Poloniam Regis Auguſti poſtliminio regnum ſibi extortum vindicantis, pereleganti ſcripto aſſertæ egregie a Domino PREBENDOWSKY genere & ingenio nobili, in *Memoires ſur les derniers Revolutions de la Pologne, Rotterdam* 1710. 8. & germanice quoque verſæ in 8. Leguntur quoque ſingularia hiſtoriam motuum Poloniæ illuſtrantia, in perraro noſtris in oris libro, inſcripto: *Hiſtoria della Guerre, auuenute in Europa & particolarmente in Italia per la Succeſſione alla Monarchia della Spagne, ſcritta dal Conte e Marcheſe* FRANCESCO MARIA OTTIERI, *Academico della Cruſca*, Tomo primo *in Roma* 1728. 4. De *Auguſti III.* hodierni Regis prudentis & felicis vita & rebus varia ex libris publicis diligenter conquiſiuit IOANNES GOTTFRIED MITTAG *im Leben und Thaten Fridrich Auguſti III. Kœnigs der Pohlen und Chur-Fürſtens zu Sachſen, Leipzig* 1737. 8. Pertinet huc particula libri inſcripti: *Hiſtoire des Rois de Pologne par Mr.*
P. MAS-

P. MASSVET *à Amſterdam 1733. 1734. 8. 5 Tomes.* Qui ante ipſius Electionem motus fuerint ex actis temporis collegit & exegeſi hiſtorica illuſtrauit *Auctor anonymus der hiſtoriſch- und politiſchen Betrachtungen über die gegenwærtigen Pohlniſchen Begebenheiten, Erſter und Anderer Theil, Leipzig 1733. 34. 4.* Verax & lectu digna eſt: *Accurate Nachricht von der Ruſſiſch- und Sachſiſchen Belager- und Bombardirung der Stadt Dantzig, Cœln 1735. 4.* cui inſerta & addita varia acta publica hanc obſidionem illuſtrantia. Iungenda Sylloge, ſub titulo: *Memoires pour ſervir à l' Hiſtoire de nos Iours, ou Recueil des Pieces ſur l' Affaire du Temps, Tome Premier, Partie premiere à Amſterdam 1735. 8.* qua varia Scripta de Captiuitate Marchionis de Monti Legati Gallici, atque militum Gallorum, Stanislao ſubſidio miſſorum, legas. Quibus adiungendæ narrationes de Cæremoniis inaugurationis regiæ, nimirum: *Nachricht von dem præchtigen Einzug Ihro Kœniglichen Maieſtæt Auguſti III. Kœnigs in Pohlen, welche ſelbigen den 14. Ianuarii 1734. in Cracau gehalten 1734. 4.* & *Pohlniſche Crœnungs-Geſchichte Ihro K. M. Auguſti des III. &c. und dero K. Gemahlin Mariæ Ioſephæ, in Cracau 1734. Dresden 1734. 4.* in copioſiori opere de Solemnibus hiſce elaborat Dn. IOANNES VLRICVS KOENIGIVS Cæremoniarum Magiſter regius harumque & omnis politioris doctrinæ ſcientiſſimus. *Pacta Conuenta Auguſti III. Regis Poloniarum & Magni Ducis Lituaniæ &c. commentario perpetuo illuſtrata* eleganter & ſolide, dedit celeberrimus Vir GODOFREDVS LENGNICHIVS, *Lipſiæ 1736. f.* quibus varia capita Hiſtoriæ omnis Polonicæ præclare illuſtrantur. Ex Polonico in latinum idioma iuxta ipſa originalia conuerſas: *Conſtitutiones Comitiorum Pacificationis extraordinariorum*, in diem

XXV. Iunii Anni 1736. edictorum & per duas Hebdomades Varſauiæ habitorum produxit ZACHARIAS ARNOLDVS HENSELIVS, *Dresdæ 1736. f.* atque eodem interprete *germanice ib. eod. temp. f.* Memorandæ inprimis feliciſſimi negotii Electionis res legas quoque in elegantisſima ill. IOANNIS IACOBI MASCOVII Diſſ. *de legitima Electione & Coronatione Potentisſimi Poloniarum Regis Auguſti III. Lipſiæ 1734. 4.* *Stanislai I.* Regis, virtute & fatis incliti bis Auguſtis oppoſiti fortunæ viciſſitudines conſignatæ, in *Anonymi Leben Stanislai I. 1735. 8.* cuius Scriptor Dn. MICHAEL RANFFTIVS Diaconus Neberenſis. Prodiit & alterius *Anonymi* qui amicorum indicio GEORG. DAN. SEYLERVS: *Leben Stanislai I. Kœnigs in Pohlen, mit nœthigen Anmerckungen, Vrkunden und Münzen erlæutert, Stockholm* (locus fictus) *1737. 8.* qui auctor curioſas inſeruit narrationes præclarisque inſtructus fuit ſubſidiis, vſus iudicio moderato & cordato, acceſſit EIVSDEM: *Leben des Cardinals Michael Radzieiowski, Erz-Biſchoffs zu Gneſen, Stockholm 1737. 8.* *Reginarum Poloniæ Elogia* ſcripſit exhibuitque celebris Hiſtoricus VESPASIANVS KOCHOWSKI, edita *Cracouiæ 1672. 4.*

§. VI.

Res *Lituanicas*, magno labore ſummoque plane ſtudio illuſtrauit MATTHIAS OSSOSTOVICIVS STRIYKOWSKI Canonicus Miednizenſis in Samogitia itineribus per Europam & Aſiam inſtitutis & linguarum variarum cognitione præparatus in *Chronicka Litewſka*, lingua Polonica ſcripta atque *Krolewcu, ſ. Regiomonti 1582. f.* quousque eam perduxit auctor, publicata, addidit de rebus Polonicis, Ruſſicis, Pruſſicis, Liuonicis, Samogiticis & Moſcouiticis varias narrationes, harum e gentium annalibus, Græcorumque Germano-

manorum ac Turcarum, hiſtoricis, decerptas. In compendium culta latinitate hosce libros chronicos *Striykovii* miſit quod ad Hiſtoriam Lituanam attinet ALBERTVS WIIVK KOIALOWICZ S. I. *Hiſtoria Lituana*, cuius *Tomus I. Dantisci 1650. 4.* ab a. C. 366. vsque ad a. 1386. quo Lituania per Iagellonem Poloniæ iuncta & ad Chriſtum conuerſa; *Secundus Antwerpiæ 1669. 4.* ab a. 1387. ad a. 1572. & perfectam Vnionem horum Regni & M. D. typis impreſſi, vltimus inventu perrarus eſt. Ceterarum gentium Ruſſorum, Pruſſorum &c. non niſi in Polonico autographo legi poſſunt, quod rariſſimum eſt, quum verſiones latina & germanica, quas auctor promiſit, nunquam prodierint.

§. VII.

De *initiis Chriſtianæ Religionis in Polonia* erudita eſt Diſſ. quam Præſide GODOFREDO LENGNICHIO propoſuit NATHANAEL FRIDERICVS KAVZ *Gedani 173 . 4.* DOMINICVS FRIDRYCHOWITZ deſcripſit *S. Hiacynthum Principalem Poloniæ Patronum, Cracouiæ 1687. f. Vitam, geſta & miracula B. Stanislai Poloni Vice-Prioris Conuentus Corporis Chriſti Caſimiriæ* cum aliis *Vitis Sanctorum Poloniæ* edidit MARTINVS BARONIVS *Cracouiæ 1609. 4.* IDEM produxit *Vitas, geſta, & miracula Sanctorum quinque Fratrum Polonorum Eremitarum Caſimirienſium S. Romualdi. ibid. 1710. 4. Hiſtoriæ Eccleſiæ Polonicæ* RCatholicis ſacris addictæ ii ſubſidia attulere, qui de *Archi-Epiſcopis & Epiſcopis* commentationes condiderunt. Sic STEPHANVS DAMALEWITZ Canonicus Vladislauienſis & Cruſvicenſis, ſcripſit ſtilo aſpero *ſeriem & res geſtas Archi-Epiſcoporum Gneſnenſium, Varſauiæ 1649. 4.* ſed plenam fabularum & adulationis & odii aduerſus Diſſidentes. Quod & fere pronunciandum

dum, de ipſius *Vitis Vladislauienſium Epiſcoporum, Cracouiæ 1642. 4.* editis, atque ex Dlugoſſo collectis, ex Archiuo Vladislauienſi autem ſuppletis, correxit autem Dlugoſſi ac Paprocii lapſus quosdam chronologicos. Omnem Diœceſin & Hierarchiam *Cracouienſem* deſcripſit SIMON STAROVOLSCIVS Canonicus Cracouienſis *Vitis Antiſtitum Cracouienſium, Cracouiæ 1658. f.* alii *a. 1655.* nominant, qui & vitia Epiſcoporum, niſi quæ a Dlugoſſo indicata, diſſimulatione pia contexit. Extat quoque BENEDICTI a S. IOSEPH *Inſula Cracouienſis, ſiue Elogia Antiſtitum Cracouienſium, Varſauiæ 1686. 4.* Quæ de *Poſnanienſibus* Antiſtitibus reperire potuit conduxit diligens & cordatus IOANNES DLVGOSSVS *Vitis Epiſcoporum Poſnanienſium* editis a THOMA TRETERO Canonico Varmienſi, cum ſuo ſupplemento & continuatione ad a. 1604. *Brunsbergæ 1604. 4.* qui continuator in ſcribendis promiſcue laudibus largior eſt. MICHAELIS PIECHOWSKI *Cornu Copiæ Inſulæ Chelmenſis* prodiit *Zamoſcii 1717. 4.* IACOB. SCROBISSEVLVS dedit *Vitas Archi-Epiſcoporum Leopolienſium, Leopoli 1628. 4.* SAMVEL autem NAKIELSKI conduxit *Antiquitates Monaſterii Miechouienſis, Cracouiæ 1634. f.* Compendioſe Hiſtoriam Eccleſiaſticam *Polono Lituanam* inprimis quod Diſſidentium Sacra attinet exhibuit ADRIANVS REGENVOLSCIVS ſiue potius ANDREAS WENGERSCIVS, in libro cui datus ampliſſimus titulus: *Syſtematis Hiſtorico-Chronologici Eccleſiarum Slauonicarum, præcipue Poloniæ, Bohemiæ, Lituaniæ, Rusſiæ, Prusſiæ & Morauiæ,* ad annum vsque 1650. *Traiecti ad Rhenum 1650. 4.* & mutato, vt videtur tantum titulo, hac inſcriptione: ANDREAE WENGERSCII *Libri Quatuor Slauoniæ reformatæ, continentes Hiſtoriam Eccleſiaſticam Eccleſiarum Slauoni-*

vonicarum, *Amſtelodami 1679. 4.* dignus liber cui adiungeretur continuatio cum indicio cauſſarum extirpatorum fere ſacrorum Euangelicorum hisce in terris. Prima Reformationis initia in Polonia per Fratres *Bohemos* iacta, de quibus legendus IOANNIS LASITII libellus, *de Eccleſiaſtica diſciplina, moribus & inſtitutis Fratrum Bohemorum*, cura *Ioannis Amos Comenii* primum *1649.* ſine loci mentione, & iterum *Amſtelodami 1660. 12.* editus. Eleganti doctoque libello exhibuit NATHANAEL FRIDERICVS KAVTZ *praecipua ac publica Religionis Euangelicae in Polonia fata ſub Sigismundo I. Sigismundo Auguſto & Henrico Valeſio Regibus, Hamburgi 1738. 4.* Singularia quaedam de Graeco-Ruthenicae Eccleſiae ritibus obſeruata legas in IOANNIS HERBINII Miniſtri Euangelici Vilnenſis *Cryptis Religioſis Kiouienſibus*, *ſiue Kiovia ſubterranea*, *Ienae 1675. 8.* qua veram harum Cryptarum deſcriptionem ex *Neſtoris* Monachi cuiusdam Rutheni hiſtoria dat atque Metropoleos Kiouiae Poloniae vicinae, conditionisque Monachorum ibidem, notitiam aliquam ſiſtit. Sectae *Vnitariorum* in Polonia originem, progreſſum, incrementa & quae publice facta ejectionem facunde narrat STANISLAVS LVBIENIECKIVS *Hiſtoria Reformationis Poloniae* excuſa in Belgio, ſub ficto nomine *Freyſtadii 1685. 8.* CHRISTOPHORI quoque SANDII *Bibliotheca Antitrinitariorum*, *Freyſtadii 1684. 8.* excuſae acceſſere: IOANNIS STOINII *Epitome Hiſtoriae originis Vnitariorum in Polonia* & huius argumenti alia quaedam opuſcula.

§. VIII.

Iuris Publici & Notitiae doctrinae huius ampliſſimi Regni & iunctarum prouinciarum comparandae inſeruiunt maxime inſignes *Conſtitutio-*

num ac Legum Fundamentalium Collectiones. Ex mandato Regis Alexandri IOHANNES *de* LASKO Regni tum Cancellarius poſtea Archi-Epiſcopus Gneſnenſis, ex Archiuis Regiis produxit: *Commune inclyti Poloniæ Regni Priuilegium; Conſtitutionum & Indultuum publicitus decretorum approbatorumque &c. Cracouiæ 1506. f.* typis rudibus. Quæ collectio ex originalibus deſumta magni facienda, ſed rariſſima eſt. Ex hoc *Laskio* & aliunde nouam Collectionem conquiſiuit iuſſu Sigismundi Regis IACOBVS PRZYLVSKI Notarius Caſtrenſis Cracouienſis, cuius *Statuta & Conſtitutiones Poloniæ, Cracouiæ 1553. f.* typis impreſſa, ſed auctoritatem publicam Sigismundo Auguſto licet oblata, ob contradictionem Cleri, quem perſtrinxerat, haut acceperunt. Ex vtroque primum privato ſtudio, retenta *Priluſii* methodo, capitibus tamen quibusdam immutatis & legibus multis omiſſis, latine compilauit; IOANNES HERBVRTVS *Statuta Regni Poloniæ* edita *Zamoſcii 1557. f.* poſtmodum diſpoſitione alphabetica adhibita eadem *Statuta* dedit *Cracouiæ 1563. 1567. 1570. & 1600.* atque *Zamoſcii 1595.* recuſa ex collatione *Stanislai Skrzyszovy*, decem Legibus antea omisſis, aucta *Gedani, 1620. f.* & *ibid. 1697. f.* Idiomate *Polonico* hæc Collectio edita *Cracouiæ 1570.* Copioſiſſimæ *Collectiones Conſtitutionum Regni Poloniæ & Magni Ducatus Lituaniæ* polonico idiomate editæ, quarum primæ *Volumen Primum* Conſtitutiones ab anno *1550.* ad an. *1619.* complexum prodiit *Cracöuiæ* impenſis *Andreæ Petricouii* Typographi Cracouienſis *f. Volumen Secundum* exhibens eas, quæ ab An. *1620.* ad *1652.* publicatæ *Cracouiæ* & *Varſauiæ f. Volumen* Tertium ſiſtit, quæs ab An. *1653.* ad *1699.* legislatoria poteſtas produxit, adiectis vniuerſalibus literis & aliis Actis publicis Sciſſionis Reipublicæ ab a. 1697. ſeq. *ibid. ap.*

eosd.

eoſd. f. & *Volumen Quartum* Conſtitutiones & omnia Acta Comitialia & publica alia ab anno 1700. ad 1718. Nouam harum *Conſtitutionum* editionem adornauit Præſul doctrina & meritis eminens IOSEPHVS ANDREAS ZALVSKI, *Quatuor Tomis*, *Varſauiæ 1732. f.* Harum Legum Conſtitutionumque repertorium veluti dedit, multis tamen ex Iure Romano & Canonico inutiliter admixtis NICOLAVS ZALASZOWSKI Archi-Diaconus Poſnanienſis, cuius *Ius Regni Poloniæ, additionibus Iuris Ciuilis Romani, Canonici & Saxonici* Tomis Duobus, *Poſnaniæ 1700. 1701. f.* editum. *Tomo Primo*, ea compilare voluit, quæ ad Ius Publicum pertinent, inſignes tamen momentoſasque doctrinas, de Iure indigenatus, Priuilegiorum magnarum Prouinciarum, Tributorum, vectigalium, & ſimiles vel plane omiſit, vel leuiter tractauit, hiſtoricis ſubſidiis fontium non rite adhibitis; *Tomo* vero *Secundo*, ex Iure Romano vulgaria & elementaria præter omnem neceſſitatem admiſcuit. Nec ſatis diligenter & accurate in hoc graui argumento verſatus Ducis Curlandiæ in Aula Regis Poloniæ reſidens conſiliarius, NICOLAVS CHWALKOWSKI cuius *Ius publicum Regni Poloniæ* primum exiguo nouem pagellarum libello editum *Regiomonti 1676. 12.* in altera vero editione auctum inſigniter *Regiomonti 1685. 4.* eundem vero in iure & facto exponendis, multum fuiſſe lapſum oſtendit: *Exercitatio ad Chwalkouii Ius Publicum Regni Poloniæ*, ſolide iuſtisque ſubſidiis adhibitis elaborata, quæ tribuitur CHRISTOPHORO HARTKNOCHIO Profeſſori Thorunienſi, Rerum Polonicarum & Pruſſicarum callentiſſimo viro. Huius ex ipſis Legibus fundamentalibus & limpidis hiſtoricorum probatiſſimorum fontibus, egregio iudicio ſumma-

maque induſtria petiti *de Republica Polonica & connexarum Regno Prouinciarum Libri Duo Lipſiæ 1697. 8.* tertium & *1698.* editi illuſtribus in Polonia viris placent, licet quædam ignorauerit perfacile ſupplenda vir diligentisſimus, & in cæremoniis indicandis quandoque lapſus fuerit, quod homini ab aulo remoto non imputandum. Ex antiquioribus ad hoc argumentum pertinent præter CROMERVM, GVAGNINVM & STAROVOLSCIVM iam ſupra laudatos *Respublica Poloniæ, Lithuaniæ, Pruſſiæ, Liuoniæ diuerſorum Autorum, Lugduni Batau. 1627. 24. & Amſtelodami 1642. 24.* inter *Elzeuirianas*, qua reperias: 1) STANISLAI KRZSTANOWITZ *Deſcriptionem Poloniæ, Moguntiæ* primum *1606. 4.* paucis plagulis editam; 2) MARTINI CROMERI *Poloniam; 3. Poloniæ* Deſcriptionem ex THVANO; *4. De Walachia ex* THVANO; *5. De Lithuania* ex ALEXANDRO GVAGNINO; *6. Fragmenta* MICHALONIS *Lithuani; 7. De Samogitia ex Guaguino;* 8. IOA. LASICII *de Diis Samogitarum; 9. Conſtitutiones bellicas; 10. Pruſſiam ex Guaguino; 11. De Ordine Teutonico; 12. Liuoniæ Deſcriptionem; 13.* IOANNIS BOTERI *Deſcriptionem Poloniæ; 14.* PHIL. HONORII *Diſſ. de Rege eligendo;* 15. IOA. BARCLAII *iudicium de Polonia; 16. Poloniæ Deſcriptionem ex* ALSTEDIO; *17. De re nummaria, & de Vectigalibus ex* NEVGEBAVERO. Stilo adfectato, & poetico ſcripta eſt ANDREAE *de* PILCA KORICINSKII Caſtellani Vislicenſis, *Perſpectiua Politica, per quam quid & quomodo Regi & Regno proſpiciendam ſit cognoſcitur, Gedani* typis elegantibus *1652. 4.* qua potisſimum Stephanum nepotem ſuum, poſt mortem Vladislai IV. ad electionem euntem, præceptis vtilibus Reipublicæ inſtruere voluit. Ex Gallis quædam ad notitiam Poloniæ pertinentia conſignarunt, nem-

nempe: HAVTEVILLE *dans Relation Hiſtorique de Pologne, contenant le Pouvoir de ſes Rois, leur Election & leur Couronnement, les Privileges de la Nobleſſe, la Religion, la Iuſtice, les moeurs & les Inclinations des Polonois, Paris 1687. 12.* & ANONYMVS: *Relation de l' Etat de Pologne & de leur Republique, Cologne 1668. 12.* Quædam ad hoc argumentum attingunt perſonatus FRANCISCVS MARINIVS ſiue IOHANNES SACHSIVS Frauſtadio-Polonus, Secretarius Thorunienſis, in libello, cui titulus: *De Scopo Reipublicæ Polonicæ aduerſus Hermannum Conringium Diſſertatio, Vratislauiæ 1665. 12.* cuius libelli occaſio fuerat, quod dixerat audiente *Sachſio* in Collegio priuato *Conringius*: ſcopum Reipublicæ Polonæ hodie eſſe vitam Nobilitatis luxurioſam, quam ſententiam confutavit & æqualitatem nobilitatis Principatumque libertate temperatum finem eſſe aſſeruit. Hunc acerbe adgreſſus, quidam Conringio fauens alio libello, cui rubrum: *De Scopo Reipublicæ Polonicæ, aduerſus Franciſcum Marinium, Polonum,* libellus, *quo vir ſummus Hermannus Conringius ab ineptiis, quas Diſſertatio Marinii parturit, vindicatur 1665. 12.* atque verba Conringii teſtimoniis ipſorum Polonorum Starouolſcii & aliorum tueri, voluit. Cum *Ioa. Barclaius* in *Icone Animorum*, in Polonorum mores acerbam ſcripſiſſet cenſuram falſaque multa admiſcuiſſet omnibusque tribuiſſet, quæ a paucioribus fiunt, *Poloniam defenſam contra Ioannem Barclajum* produxit, *Gedani 1648. 4.* ciuis Polonici honoris ſtudioſus, qui fuit LVCAS OPALINSKI Mareſchallus poſtea Curiæ Regni Poloniæ, qui tamen dum laudauit ſuos, amori in patriam quandoque aliquid indulſit. Idem dicendum de IOANNIS SCHVLZII *Polonia nunquam tributaria, Gedani 1694. 4.* cuius præmium

fuere

fuere Nobilitatis prærogatiuæ ſcriptori tributæ. De *Maieſtate Tribunalis Regni ſeptem ſplendoribus illuſtrata* ANDREAE LISIECKI Inſtigatoris ſiue Fiſcalis Regni liber, polonico ſermone *Cracouiæ 1638. f.* editus, quo eius Iudicii origines, eminentia, iura & alia ſtilo turgido deſcripſit. BARTHOLOMAEVS PAPROCKI *de nobilioribus Poloniæ Familiis*, & earum quibusdam poſteris vtriusque ſexus Collectanea, idiomate Polonico edidit hoc indice præfixo: *Gniazo Cnoty z kand herby Rycerſtwa &c. poczontek ſwoy maia &c. i. e. Nidus Virtutis, ex quo inſignia Equeſtria Polon. &c.* originem habent. Secutum hunc quaſi indicem & prodromum copioſius & emendatum magis opus, *Eiusd.* PAPROCKI, de Originibus, geſtis & notabilibus aliis *Familiarum Nobilium Poloniæ & Lituaniæ* cum earum ſymbolis heraldicis, inſigni labore conductum, patria itidem lingua editum, ſub titulo: *Herby Rycerſtwa Polskiego, ſiue Inſignia Nobilitatis Polonicæ 1584. f.* ex hiſtoricis aliisque egregiis ſubſidiis congeſtum. Ex quo, quæ bona habet hauſit SIMON OKOLSKI, Ordinis Prædicatorum Prior Camenecenſis, poſtea Profeſſor Theologiæ & Prior Tysmenicenſis, qui compilauit: *Orbem Polonum, in qua antiqua Sarmatarum gentilitia Inſignia, veteraque & noua Indigenatus meritorum præmia & arma relucent, Cracouiæ 1641. 1643. & 1645. f. tribus Tomis*, in Germania perraris. Ignarus autem rei Heraldicæ fuit *Okolski* ideoque luſit diuinationibus & allegoriis atque aliis eiusmodi crepundiis, adulationis porro & calami venalis ſubinde argumenta ſe produnt, quique fontem vnde ſua deſumſit, nempe *Paprocium* ingratus non indicauit. Ex *Okolskio* deſumtus WENCESLAI POTOKI Pocillatoris Palatinatus Cracouienſis *Poczet herbow Szlach-*

ty

ty h. e. Numerus inſignium Nobilitatis Regni Poloniæ & Magni Ducatus Lituaniæ, Cracouiæ 1696. f. polonicis verſibus exhibitus, & ad ſingula Inſignia, Epitaphium vel Epithalamium addidit. Aduerſus Titulos extraneos Principum, Comitum, Baronum diſputauit MATTHAEVS DARGODZKY ſiue ADAMVS *in Wyſzyn* GRODZIECKY Caſtellanus Miedzyrzecenſis in *Przeſtroga o Titulach y Dignitarſtwach cudzozemskich, w Polskim Kroleſtwie y Panſtwach do niego nalezacych ſ. Admonitio de titulis & dignitatibus in Regno Poloniæ & Prouinciis, 1634.* & *iterum* cura *Georgii Imielinskii 1637.* indicato vero auctoris nomine. Oppoſitus huic alius libellus ſub titulo: *Obrona titulow, Ksonzecych od Rzepltey uchwala ſeymowa pozwolonych, i. e. Defenſio titulorum Ducalium a Republica Lege comitiali conceſſorum,* auctore HIERONYMO BIELEIOWSKI, quo dicta quædam ab *Dargocio* mitius interpretatus docet dignitates Principum antiquas ante vnionem Poloniæ cum Lituania naſcendi ſorte, aut alio legitimo modo adquiſitas, improbari haut poſſe. De *Interregnis in Regno Poloniæ* quorum XVI. indicauit ſcriptor XVII. addidit editor doctisſimus, Commentarium vtilem concinnauit MARTINVS BOEHMIVS Profeſſor Gymnaſii Thorunienſis, qui auctore defuncto ex MSCto editus & quibusdam additamentis auctus prodiit *Thorunii 1733. 8.* Laborioſum & eruditum eſt ſcriptum DAVIDIS BRAVNII, Conſiliarii Aulici Poruſſici, quod prodiit ſub titulo: *Ausführlich Hiſtoriſcher Bericht vom Pohlniſch und Preuſſiſchem Münz Weſen, Elbing 1722. 4.* ſucceſſit *Anhang*, qua loca varia emendantur & ſupplentur, *1726. 4.*

CAPVT

CAPVT TRIGESIMVM
DE
SCRIPTORIBVS VTRIVSQVE PRVSSIAE POLONICAE AC BRANDENBVRGICAE.

§. *I. Scriptores, qui de Scriptoribus Pruſſicis agunt & ad Porusſiæ choro- & geographiam, antiquitates, & res naturales faciunt.*

§. *II. Collectiones Hiſtoriæ Pruſſicæ inſeruientes.*

§. *III. Scriptores de rebus Pruſſicis generales.*

§. *IV. Scriptores, qui Vitas & res geſtas Magiſtrorum Ordinis Teutonici, Ducum & Regni Pruſſiæ, Hiſtoriam Eccleſiaſticam & argumenta ſingularia Hiſtoriam Pruſſicam illuſtrantia elaborarunt.*

§. *V. Scriptores ad Ius Publicum Leges fundamentales & pleniorem Poruſſiæ notitiam acquirendam facientes.*

§. I.

DE *præcipuis Rerum Pruſſicarum* Scriptoribus, diligenter eruditeque commentatus, Vir celeberrimus MICHAEL LILIENTHALIVS, *Obſeruatione* quæ extat in ipſius *Selectis Hiſtoricis & Literariis continuatis* N. II. p. 85. Add. DAVIDIS BRAVNII viri pietate, iudicio graui & candore inſignis laudatus iam *de Scriptoribus Poloniæ & Pruſſiæ Catalogus* accuratis iudiciis illuſtratus, *Coloniæ* ſ. *Elbingæ 1723. 4. p. 227.* In choro- topo- & geographia *Poruſſica* illuſtranda magna induſtria verſatus CASPAR HENNEBERGER Eccleſiaſtes Muhlhuſenſis poſtea Hoſpitalis Löbnicenſis, qui *Mappam* primum *maiorem Geographicam Pruſſiæ 1576.* ſculptura lignea exhibuit, ad huius illuſtrationem ex inſigni Chronicorum librorum cum manuſcriptorum, & hodie ex

ex parte deperditorum, tum editorum, quem collegerat apparatu, dedit ſerie Alphabetica *Erklærung der Land-Tafel von Preußen, Kœnigsberg 1595. f.* dum chronicorum fidem ſequitur, non quidem a fabulis immunis eſt, laudanda tamen eſt ipſius ſumma diligentia, ſed non probanda aduerſus Ciuitatum Gedanenſis ac Elbingenſis magiſtratus inuidiæ & in aliis occurrentia adulationis vitia. Iungenda EIVSD. *kurze und wahrhafftige Beſchreibung des Landes zu Preußen, Kœnigsberg 1584. 4.* qua ea de diuiſione Prouinciarum earumque ingenio & natura moribusque ac ritibus incolarum antiquorum exhibuit, quæ in Düsburgio, ſiue potius ipſius translatore Ieroſchino, Chronico Magiſtrorum, Grunauio aliisque legerat, Vitasque breues Magiſtrorum Ordinis Teutonici adiecit PAVLI POLE, Diaconi Regiomontani Chronico MSCto adiutus. Inter *Topographias* ZEILLERO-MERIANAS T. XIV. *Pruſſia* inter alias deſcripta comparet. *Brandenburgicæ Pruſſiæ* geographiæ pernoſcendæ inſeruire poſſunt CASPARIS ABEL *Preußiſch- und Brandenburgiſche Geographie, Halberſtadt 1711. 8.* qui indicem non contemnendum locorum memorabilium dedit, atque PAVLI IACOBI MARPERGERS *Geographiſche, Hiſtoriſche und Mercatoriſche Beſchreibung der Kœniglichen Preußiſchen Lande, Berlin 1710. 8.* Non magni momenti eſt GERMANI ADLERHOLD, ficti compilatoris, *Beſchreibung des Preuſſen Landes, Franckfurt und Leipzig 1704. 12.* ex *Cellarii* Deſcriptione Poloniæ & Pruſſiæ & *Hartknochio* decerpta, additis recentioribus quibusdam, quæ tamen multis erroribus ſunt permixta. Breuem & mancam *Notitiæ Pruſſiæ Orientalis Delineationem* dedit IACOBVS LYDICIVS, *Witteberga 1677. 12.* quo libello ſterilem Magiſtratuum maiorum &

minorum, Iudiciorumque ſiſtere voluit expoſitionem, poſterioribus temporibus multum immutatam! De *numis Romanis in Agris Pruſſiæ repertis* erudita eſt Diſſertatio THEOPHILI SIGFRIDI BAYERI *Lipſiæ 1722. 4.* De originibus & antiquitatibus Pruſſiæ omnium primus ſollicitus fuit ERASMVS STELLA Med. D. Libanotanus & Conſul Zwiccauienſis, qui ab Epiſcopo Pomeſanenſi Iobo excitatus *Antiquitatum Boruſſiæ Libros II.* breues ex vetuſtis & recentioribus Hiſtoricis & Chronicis, commemoratione quoque orali, conduxit, editos *Baſileæ 1518. 4.* & in Collectione *diverſorum Nauigationum & Itinerum a Ioanne Huttichio* facta *Baſileæ 1536. f.* atque inter *Scriptores Rer. Pol. Piſtorianos Tom. I.* Partem Hiſtoriæ *naturalis* Pruſſiæ illuſtrandam ſibi ſumſit experientiſſimus CHRISTIANVS GABRIEL FISCHERVS, qui expoſuit: *Erſte Grundlegung zu einer ausführlichen Hiſtorie des unterirrdiſchen Preuſſens, oder zu einer umſtændlichen Recenſion der Preußiſchen Erd-Sæfften, Steinen, Metallen und ausgegrabenen Antiquitæten, als Aſch-Toepfen, Geld, ſteinernen und metallenen Alt-Preußiſchen Inſtrumenten und Zierrathen, 1714. 4.* quo ideam Hiſtoriæ huius exhibet & promotores negotii ad ferenda ſubſidia rogat. Sequebatur: *Der andere Verſuch von der Hiſtorie des unterirrdiſchen Preuſſens 1715. 4.* & Speciminis loco: *par lapidum in agro Pruſico ſine præiudicio contemplandorum. nec non cogitationes de lapide in prædio Dn. Ludouici de Rauter reperto, cum literis L. V. R. 1716. 4. Hiſtoriam Succini Pruſſici phyſicam & ciuilem* compoſuit PHILIPPVS IACOBVS HARTMANNVS, *Francofurti 1677. 8.* editam, in compendium poſtea redactam ſub titulo: *Succincta Succini Pruſſici hiſtoria & demonſtratio, Berolini 1699. 4.* De *Alce Boruſſorum* extat libellus IO-

ANNIS WIGANDI *Ienæ 1590. 8.* Plures recenſet celeb. LILIENTHALIVS *l. c.* §. *XVI.*

§. II.

Ornandæ & ſupplendæ Hiſtoriæ Pruſſicæ ſocietatem, directore V. C. MICHAELE LILIENTHALIO doctiſſimi quidam Viri inierunt, nempe SIGISMVNDVS GOTTLIEB BAYERVS, IOHANNES IACOBVS RHODE, PP. VOLPRECHTVS, Conſiliarius Aulicus, DANIEL HENRICVS ARNOLDVS, & GEORGIVS DANIEL SEYLERVS, PP. Elbingenſes, quorum eruditæ induſtriæ debemus vtiliſſimam Syllogen inſcriptam: *Erleutertes Preuſſen, oder auserleſene Anmerckungen über verſchiedene zur Preußiſchen Kirchen Civil- und gelehrten Hiſtorie gehœrige beſondere Dinge, woraus die bisherigen Hiſtorien-Schreiber theils ergænzet, theils verbeſſert, auch viele unbekannte Hiſtoriſche Wahrheiten ans Licht gebracht werden,* cuius *Tomus Primus* editus *Regiomonti 1724. 8. Partes* ſeruans I. ad XIII. & ſequentia *Opuſcula* ibidem extant:

1. Nachricht von der *güldenen Münze*, ſo zu des *Ordens* Zeiten in *Preuſſen* iſt geſchlagen worden.
2. Marggraf *Albrechts* Leben in alten Reimen verfertiget von HANS FEYRABENDT.
3. Kurzer Bericht vom Zuſtande des *Euangeliſchen Gottes-Dienſtes* in den *Marienburgiſchen Werdern* ſeit dem *Oliviſchen* Frieden.
4. Muthmaſſung von der *Vier Brüder Saule* in der *Caporniſchen* oder *Fiſchhauſiſchen* Heyde.
5. Kurzgefaſste Hiſtorie der *Preuſſiſchen* Regierung.
6. CHRISTOPHORI HARTKNOCHS Nachricht von *Matthæi Prætorii* Aemulation gegen ihn und ſeine Schrifften.
7. MATTHAEI PRAETORII Nachricht von der *Litthauer* Art, Natur und Leben.
8. Von der denen *Preuſſen* zur Vngebür beygemeſſenen Vntreue und Falſchheit.
9. Das Leben *Simonis Dachii* eines *Preuſſiſchen* Poëten.

10. Summariſche Beſchreibung der Stadt *Kœnigsberg.*

11. Das Leben *Ioannis Dantisci* ſonſt *Flachsbinder* genannt *Ermelandiſchen Biſchoffs.*

12. MARTINI LVTHERI Brief an *Joannem Briſmannum*, das *Preuſſiſche Reformations - Werck* betreffend.

13. Acta des *Raſtenburgiſchen Colloquii*, ſo zwiſchen den Euangeliſchen und den *Wiedertauffern* a. 1531. gehalten worden.

14. Beſchreibung des *Kœnigsbergiſchen* Schloſſes.

15. Von der Depoſition der Kauff-Burſche in *Kœnigsberg* durch das ſogenannte *Kayſern.*

16. Vertheidigung *Conradi von Wallenrodts XXI. Hohemeiſters* des *Deutſchen Ordens*, gegen die nichtigen Aufflagen und Beſchuldigungen, womit einige Scribenten denſelben zu verunglimpffen geſuchet.

17. Von denen zum *Kœnigsbergiſchen Schloſſe* gehœrigen Freyheiten, insbeſondere von der *Burg - Freyheit* und dem *Tragheim.*

18. Relation wegen eines gefundenen Stücks weichen *Boernſteins*, wobey zugleich mancherley Anmerckungen vom *Boernſtein* beygefüget ſind.

19. Von denen in *Preuſſen* gefundenen *Rœmiſchen* Münzen.

20. Erſte Fortſezung des *Raſtenburgiſchen* Colloquii.

21. Hiſtoria von *Dieterich von Cuba*, Biſchoff von *Samland*, wie er iſt zu *Tapiau* vom Hohemeiſter *Heinrich von Richtenberg* durch Hunger *getœdtet* worden.

22. Von dem Blutwunder, welches ſich in dem geſeegneten Kelche, bey der Evangeliſchen Gemeine zu *Rudau* auf *Samland zugetragen haben ſoll.*

23. Von denen zum *Kœnigsbergiſchen Schloß* gehœrigen Freyheiten *Roßgarten* und *Neuen Sorge.*

24. Der Reformirten Prediger in *Berlin* Bedencken vom *Syncretiſtiſchen* Streit der *Kœnigsbergiſchen* Profeſſoren und Prediger.

25. Nachricht von M. *Lucæ Davidis Culmiſchen* Cantzlers und Herzog *Alberti* des *æltern* Raths Leben und Hiſtoriſchen Wercken.

26. Von der *Rudauiſchen Schlacht* und derſelben zum Andencken aufgerichteten Sæule.

27. Von der *Preuſſen* Gewonheit, aus *Hœrnern* zu trincken.

28. Ver-

28. Verzeichniſs derer auf *Friderich Wilhelm* Churfürſten zu *Brandenburg* gepraegten *Medaillen* und *Thaler.*
29. Von der *Kœnigsbergiſchen* Freyheit *Sackheim.*
30. Anmerckungen über HARTKNOCHS Beſchreibung der Stadt *Marienburg* im alten und neuen *Preußen, p.* 405.
31. Von denen hin und wieder in *Preuſſen* befindlichen *Labyrinthen* und deren Bedeutung.
32. Beſchreibung der *Kœnigsbergiſchen* Schloſs-Bibliotheck.
33. Nachricht von *Chriſtophoro Sandio* dem ælteren.
34. Entdeckung eines alten *Preußiſchen Grab-Hügels.*
35. Das Leben *Brunonis*, eines vorgegebenen *Preuſſiſchen Apoſtels* und Mærtyrers.
36. Von den *Land-* und *Hohemeiſteriſchen Siegeln in Preuſſen.*
37. *Pæbſtliches* Breue wider *Georg von Polenz*, Biſchoff von *Samland.*

Tomo Secundo, edito *Regiomonti* 1725. 8. & *Partes* a XIII. ad XXIV. complexo, extant:

1. Von denen mancherley *Siegeln* des *deutſchen Ordens* in *Preuſſen.*
2. Beſchreibung der *Altſtædtiſchen* Pfarr-Kirchen in *Kœnigsberg.*
3. Wahrſcheinliche Gedancken über eine ſehr rare und alte *Münze*, mit dem Bildniſs und Nahmen des *erſten Preuſſiſchen Apoſtels* und Mærtyrers *S. Adalberti.*
4. Muthmasliche Vnterſuchung des Alterthums der Stadt *Heiligenbeil* in *Preuſſen.*
5. Kurtze Vorſtellung derer Arten der *Strafen*, womit die alten *Preuſſen* die Miſſethæter beleget.
6. Nachricht von *Preusſiſchen Kirchen-Ordnungen.*
7. Hiſtorie des *Preuſſiſchen Ober-Appellation-Gerichts.*
8. Fortſetzung des Leben *Brunonis*, eines *Preuſſiſchen Apoſtels.*
9. Derer zu *Hertzberg* verſammleten Sæchſiſ. Theologen Bedencken, wie die abſtractiſch-concretiſche Streitigkeiten zu ſchlichten, und der Kirchen-Friede wieder herzuſtellen ſey.

10. Nachricht von der Kirche zu *Engelſtein.*
11. *Ioh. Hevelii* berühmten *Preuſſi. Aſtronomi*, Leben und Schrifften.
12. Vhralte *Adliche* Geſchlechter, die mehrentheils verſtorben, und vhrſprünglich *alte Preuſſen* geweſen, ex MSćto.
13. Merckwürdigkeiten der Stadt *Morungen* im *Oberlande.*
14. D. IO. BRISMANNI, eines *Preusſiſchen* Reformatoris, Lebens-Beſchreibung.
15. Hiſtorie von dem Aufruhr der *Samlændiſchen* Bauren, ex MSt.
16. Alphabetiſche Conſignation der *Græflichen*, *Freyherrlichen* nnd *Adelichen Familien* in *Preuſſen*, derer einige ausgeſtorben ſind, die meiſten aber noch floriren, und ihre Güter im Lande haben.
17. Nachricht von denen auf der *Kœniglichen* und *Wallenrodiſchen Bibliothec* befindlichen Codicibus MStis *Sim. Grunauen.*
18. Von der *Oſtrokolniſchen* Sæule.
19. D. *Ioh. Polianders*, eines der erſtern Preusſiſchen Reformatorum Leben.
20. Curieuſes Gedicht auf die *Preusſiſche* Crœnung.
21. Beſchreibung der Altenſtadt *Kœnigsberg.*
22. Auf was Art der *teutſche Ritter-Orden* anfangs zum Beſitze der Lande *Preuſſen* gekommen ſey.
23. Epigrammata auf einige *Preusſiſche* Gelehrte.
24. Continuirte Hiſtorie von dem *Aufruhr* der *Bauren* auf *Samland.*
25. Hiſtoriſch-Phyſiſcher Bericht von der *ſchwimmenden Inſul* bey *Gerdauen*, insgemein der Schwimmbruch genannt.
26. Zuſætze und Verbeſſerung zu *Braunens Tractat* vom Pohlniſch-und Preuſſiſchen *Müntz-Weſen.*
27. Des Preuſiſ. Theologi D. *Ioach. Morlini* Troſt-Schreiben an Churfürſt *Ioh. Friedrich* zu Sachſen.
28. Nachricht von *Poliandri* Lied: Nun lob meine Seele den Herren.
29. *Friedrichs* von *Wallenrod*, ehemaligen Groſs-Marſchalls in Teutſch-Marianiſchen Ritter-Orden ruhmwürdigſtes Leben und glorieuſes Ende.

30. Kur-

30. Kurze Beſchreibung des Schloſſes und der Stadt *Labiau.*

31. Hiſtoriſche Nachricht von einigen raren *Elbingiſchen Thalern.*

32. Hiſtorie des *Samlændiſchen* Conſiſtorii.

33. Der *Thorniſchen* Tragœdie *erſter Actus*, vorſtellend eine gründliche und umſtændliche Nachricht von dem in *Thorn* 1724. den 17. Iulii erregten *Tumult.*

34. Von denen zur *Altenſtadt* gehœrigen Freyheiten *Steintham Neu-Roſsgarten &c.*

Tomo III. edito *Regiomonti 1726. 8.* legas:

1. 2. Der *Thorniſchen Tragœdie* 2ter und 3ter Actus, vorſtellend eine umſtændliche Nachricht von der in Thorn 1724. den 7. Decembr. erregten *Tumults* vollführten blutigen *Execution.*

3. Fortſetzung vom Leben *D. Ioan. Briſmanni* Preuſiſ. Reformatoris.

4. Excerpta aus *Peter Michels* Annalibus MSCtis.

5. MATH. PRAETORII Bericht von der *Müntze* in *Preuſſen* ex MSCto.

6. Nachricht von einem unlængſt gefundenen *magiſchen Ringe.*

7. Des Preuſſiſchen Hændelmachers *Pauli Scalichii* Landes-Verweiſung.

8. Einige merckwürdige Briefe *Andr. Oſiandri* aus den Avtographis.

9. MART. CHEMNITII eigenhændige Lebens-Beſchreibung.

10. Beſchreibung der Cathedral-Schulen in *Kneiphoff* von T. S. B.

11. Continuation aus *Peter Michels* Annalibus MSCtis.

12. Beſchreibung des neulich zu *Breitenſtein* entdeckten *Grab-Hügels*, und derer damals zugleich gefundenen Preuſiſ. Alterthümer.

13. Von mancherley *Maaß* des Königreichs *Preuſſen.*

14. Ritterliche Bedingung den *Kneiphœfern* gegeben, als ſie im groſſen Kriege A. 1455. vom Orden abgefallen waren und belagert wurden, ex MSCto.

15. Beſchreibung der Stadt *Kneiphof, Kœnigsberg* und derſelben Vorſtædte.

16. Kurtze Erlæuterung der *Geſetze*, welche die Hohemeiſter *Siegfried* von *Feuchtwangen*, und *Weinrich* von *Kniprode* denen *Preuſſen* gegeben.
17. Schluſs von *Peter Michels* Annalibus MSCtis.
18. Nachricht von *Preuſiſ. Grab-Hügeln* und *Aſchen-Tæpffen.*
19. Continuirte Erlæuterung der *Hohemeiſteriſchen Geſetzen*, ſo ſie denen *Preuſſen* gegeben.
20. Nachricht von einem im *Tilſitſchen* Ambt gefallenen *Blut-Regen.*
21. Angrammata auf einige *Preuſiſ. Theologos.*
22. Beſchreibung der auf dem Kneiphœfiſchen Thum vorhandenen *Wallenrodiſchen* Bibliothec.
23. Beſchreibung des Schloſſes und der Stadt *Raſtenburg.*
24. D. *Ioh. Philipp Pfeiffers* Leben und Schrifften.
25. Nachricht von der denen Euangeliſchen vindicirten Kirchen zu *Leiſſenau.*
26. Bericht von der Brücke bey *Marienburg* über das Theil vom Weichſel-Fluſs, *Nogat* genannt, und denen der Stadt *Marienburg* desfals zuſtehenden Rechten.
27. Epigrammata auf einige *Preusſiſche Gelehrte.*
28. Blaſonnirung des Kœnigl. *Preuſſl. Wapens.*

Tomo Quarto, Regiomonti 1728. 8.

1. Beſchreibung des *Læbenichts.*
2. Kurtze Hiſtorie des *Spittler-Amts* unter dem Teutſchen Orden, ſamt einer Verzeichniſs derer *Compthuren* in *Elbing* und *Ober-Spittler.*
3. Leben D. *Stanislai Rapagelani*, erſtern Profeſſoris zu Kœnigsberg.
4. Merckwürdigkeiten des *Kuttiſchen Kirchſpiels.*
5. Kurtze Anmerckungen über die *Preuſiſ.* entdeckten *Grab Hügel* und daraus gehobenen *Aſch-Tæpffen.*
6. Kayſer *Caroli V.* Geleits-Brief *D. Luthern* ertheilet, aus dem Originali.
7. Kurtzgefaſte Hiſtorie der *Kœnigsbergiſchen Academie.*
8. Hiſtoriſche Beſchreibung des *Sorquittiſchen* Kirchſpiels.
9. Nachricht von denen mancherley *Obligationibus* und

Con-

Confeſſionibus der Preusſiſchen *Kirchen-Lehrer*, ex MSCto.

10. Merckwürdigkeiten der Stadt und Veſtung *Memel.*

11. Von der *Curiſchen Nehrung.*

12. Beſchreibung des groſſen und kleinen *Friedrichs Grabens* im *Labiauſchen Werder.*

13. Kurtze Erklærung der *Cronen*, *Ringe*, und anderer *Preuſiſ. Alterthümer*, die man in den *Græbern* zuweilen findet.

14. Erſte Fortſetzung der Hiſtorie von der *Kœnigsbergl.* Academie.

15. Beſchreibung des Schloſſes und der Stadt *Rieſenburg.*

16. Vom Glück der *Pommern* in *Preuſſen.*

17. Beſchreibung der groſſen *Tannenbergiſchen* Schlacht.

18. D. *Bernhardt* von *Sanden*, Sen. Leben und Schriften.

19. Von der Würde und Bedienung eines *Comthurs* in *Preuſſen.*

20. Nachricht von einem wandernden Stein im *Germaniſchen* Kirchſpiel auf *Samland.*

21. Epitaphium D. *Georgii Veneti.*

22. Beſchreibung der Stadt und des Schloſſes *Preusſiſch-Holland.*

23. Einige zur *Re diplomatica Pruſſiæ* gehœrige Anmerckungen.

24. Relation wegen eines zwiſchen *Kœnigsberg* und *Carſchau* gelegenen *Dümpels*, welcher der gemeinen Rede nach in Blut ſich ſoll verwandelt haben.

25. Extract aus einer von Ieſuiten *Radau* zu Kœnigsberg gehaltenen Predigt: Eccleſia allio paſta.

26. Epitaphium des Preusſiſchen Stadthalters, Hertzogs von *Croy.*

27. Nachleſe von denen *Siegeln* des *Teutſchen Ordens.*

28. Verzeichniſs derer im Kœnigreich *Preuſſen* vorhandenen *Kirchſpiele.*

29. Andere Fortſetzung der Hiſtorie von der *Kœnigsbergiſchen Academie.*

30. Beſchreibung der Stadt *Tilſit.*

31. Beantwortete Critique über das Wort *Majeſtæt Siegel*, ſo in denen Preuſiſ. Diplomatibus vorkam.

32. Verzeichniſs des gehaltenen Proceſſes, als von der Kœnigl. Majeſtæt in Pohlen *Sigismundo Auguſto* der Hertzog in Preuſſen, Herr *Albrecht Friedrich* zu *Lublin*, aufn Reichs-Tag die Lehn empfing, *ex MSCto.*
33. Dritte Fortſetzung der kurtzgefaſten Hiſtorie der *Kœnigsbergiſchen Vniuerſitæt.*
34. Beſchreibung der Stadt *Wehlau.*
35. Vierte Fortſetzung der Hiſtorie der *Koenigsbergiſchen Academie.*
36. Hiſtoriſche Nachricht von einigen *raren Thalern* der Stadt *Dantzig.*
37. Nachricht von GREGOR. MÜLLERS Annalibus Pruſſiæ MSCtis.
38. Allerhand Epigrammata und Verſe, ex MSCto.
39. Genealogiſche Deduction der meiſt ietzt in Europa regierenden Fürſtlichen Hæuſer von *Alberto* Marggrafen zu Brandenburg, erſten Hertzog in *Preuſſen.*
40. Beſchluſs der Hiſtorie der *Koenigsb. Vniuerſitæt.*
41. Suite derer *Hof Richter* und *Hof- Gerichts - Secretariorum.*
42. Nachricht von den *Doctor - Promotionen* zu *Koenigsberg.*
43. Von fremden *Müntz Sorten*, ins beſondere einigen *Arabiſchen Müntzen*, ſo in *Preuſſen* gefunden worden.

§. III.

Maiorem *Hiſtoriæ Pruſſicæ* partem quidem exhibent, ſed multis quoque fabulis conſpurcatam *Chronici* Libri MSCti, quorum meliores, qui ante Seculi XVI. initia rudi quidem, ſed veraci ſtilo ſunt ſcripti, quales indicant BRAVNIVS & LILIENTHALIVS deque iis ſapienter iudicant, vtpote *Chronicon Ordinis*, vulgo *die groſſe Ordens-Chronick*, ſiue *Hohemeiſter Chronick*; SIMONIS GRVNAV Monachi Ordinis Prædicatorum, cuius *Chronicon Pruſſiæ* germanico idiomate ſub initium Seculi XVI. ſcriptum; IOANNIS LINDENBLAT Officialis Riſeburgenſis *Chronicon*; IOANNIS RADEWALTS *Preuſsiſche Chronica* & IOANNIS FREY-

FREYBVRGS *Preuſſiſche Chronick.* Primus autem præſtantisſimusque inter vetuſtiores rerum *Pruſſicarum* ſcriptor eſt PETRVS *de* DVSBVRG Ordinis Teutonici Sacerdos, ſuo *Chronico Pruſſiæ* res ab origine Ordinis, anno 1190. vsque ad annum 1326. breuiter partim ex relationibus hominum ſui æui, partim ex ſcriptis quæ tum extabant, ſed non ſine ſuperſtitione enarrans, acceſſit *Anonymi* cuiusdam Dusburgio ſtupidioris continuatio ad a. 1433. Edidit illud cum diligentisſimis animaduerſionibus ſuis CHRISTOPHORVS HARTKNOCHIVS *Francofurti & Lipſiæ 1679. 4.* quibus ex documentis priuilegiisque antiquis falſas narrationes emendauit, mutilas ex verſione germanica huius *Chronici Dusburgiani* a *Nicolao Ieroſchino* factas, ſuppleuit. Sunt & varia Documenta & Priuilegia ab *Hartknochio* adiecta. Acceſſere HARTKNOCHII *Diſſertationes XIX. de rebus Pruſſicis* plenæ bonæ frugis. In his præcipua *Notitiæ Pruſſiæ,* religionis ſtatusque capita ſunt accurate expoſita. Idem fecit critice, accurate, copioſe, addita ſimul et Hiſtoria omni Prusſiæ & choro- & geographia præſtantisſimo opere, cuius inſcriptio: *Altes und neues Preuſſen, Franckfurt und Leipzig 1684. f.* cum figuris æneis. Egregii plane in exponendis Pruſſicis rebus hiſtorici partes expleuit omnibus quoque ſubſidiis inſtructus CASPARVS SCHVTZIVS Eislebienſis, Ciuitatis Gedanenſis Secretarius, in *wahrhafter und eigentlicher Beſchreibung der Lande Preuſſen,* cuius *Libri X.* primum excuſi cum tabula Geographica *Henrici Cellii,* inſignibus Magiſtrorum Ordinis aliisque figuris ligno inciſis, *Zerbſt 1592. f.* a principio Ordinis Teutonici vsque ad an. 1525. perducti. *Secunda* Editio omisſis figuris, addita Continuatione compendioſiſſima

ma *Dauidis Chytræi* ad Annum vsque *1598.* & GEORGII KNOFFS *Deſcriptione Belli a Stephano Rege aduerſus Gedanenſes ſuſcepto*, *Leipzig 1599. f.* ſed multis mendis typographicis fœdata. Ex rebus vetuſtioribus Chronicorum fidem ſecutus tantum veroſimiliora breuiter commemorauit, bella vero Cruciferorum, negotia domeſtica controuerſiasque inter Ordinem & Status Prouinciales, concurſum in regimine poſtulantes, cum primis geſta commemorabilia annorum 1466. & 1525. ex ipſis actis publicis & archiuis, indicatis ſemper conſiliis magnorumque negotiorum euentibus, accurata & pragmatica ſcribendi ratione expoſuit, digniſſimus ſane qui in exterorum gratiam in latinam accurate translatus linguam, prodeat aliquando, addito *Libro Vndecimo*, qui in Archiuo Gedanenſi latet, cuiusque editio ob controuerſias quasdam, quibus implicatæ inſignes familiæ, prohibita fuit. Vota pro continuatione *Schützianæ* Hiſtoriæ a cordatis viris prolata, quod ad ea capita, quæ ad Iura Prouinciæ maxime faciunt, egregie expleuit de Pruſſica & Polonica hiſtoria præclariſſime meritus GODOFREDVS LENGNICHIVS, qui res Pruſſicas, vbi deſiit SCHVTZIVS, ab anno ſcilicet 1526. ſtilo eleganti, pragmatico, cum primis negotia, quæ illuſtrando Iuri Publico Pruſſiæ Occidentalis maxime inſeruiunt, copioſis inclitæ Gedanenſis Ciuitatis Archiuis aliisque egregiis plane præſidiis ſuffultus enarrauit, neruoſas de Regibus Poloniæ horumque ingenio & moribus rebusque geſtis deſcriptiones immiſcens, additoque ſingulis Voluminibus vtiliſſimo Actorum publicorum apparatu. Nobilis operis inſcriptio eſt: *Geſchichte der Preusſiſchen Lande Kœniglich Polniſchen Antheils*, *Tomus*que *Primus* prodiit *Dantisci 1722. f.* ad

ad mortem vsque Sigismundi I. perductus. *Secundus* vero *Tomus, ibid. 1723. f.* editus, res, regnante Sigismundo Auguſto, exhibet; *Tertius ibid. 1724. f.* a morte Sigismundi Auguſti ad mortem Stephani Regis annumque 1586. geſta, narrat. *Quartus, ibid. 1726. f.* ab obitu Stephani, regnante Sigismundo III. ad a. 1605. *Quintus ibid. 1727. f.* ab a. 1606. ad mortem Sigismundi III. *Sextus, ibid. 1729. f.* ea commemorat, quæ ſub imperio Vladislai IV. ſunt acta; *Septimus ibid. 1734. f.* memorabilia Rege Ioanne Caſimiro ſiſtit.

§. IV.

Vitas Magiſtrorum Ordinis Teutonici, præter iam excitatos conſignarunt ſimul vero partes Hiſtoriæ Pruſſicæ explicarunt, collector libri pleni errorum chronologicorum & typographicorum: qui eſt GEORGIVS RANIS, licet nomen non addiderit, inſcripti: *Kurze Erzehlunge der Hohemeiſtere Deutſches Ordens, welche anfænglich geweſen und bis zu unſer Zeit regieret haben, Elbingen 1563. 8.* & ibid. *1564. 4.* breuis & leuis commemoratio ſed rarus libellus. Paucis poſt annis curante typographo *Regiomontano*, IOANNE DAVBMANNO ex lucelli forte cupidine alia huiusmodi compilatio ex *Grunauio, Raniſio* & aliis conducta, edita, ſub titulo: *Kurzer Auszug der Preusſiſchen Chronicken von dem Iahr 1200. bis auf dieſe iezige unſere Zeit (1525) in welchem alle Hohemeiſter ſamt ihren fürnehmſten Krieges-Handlungen und Thaten erzehlet werden, Kœnigsberg 1566. 4.* Pars rerum Pruſſicarum continetur in DIONYSII Dirſchavienſis *Hiſtoria und einfæltigen Beſchreibung des groſſen dreyzehenjæhrigen Krieges in Preußen im Jahr 1454. angefangen und 1466. geendet, ſamt einer kurzen Hiſtorie des kleinen zweyiæhrigen Krieges in Preuſſen, zwiſchen dem Kœnige Sigismundo und dem XXXIV. Hohemei-*

hemeiſtern, Marggraf Alberten, item, eine Erzehlung nach Ordnung des Alphabets der Stædte und Schlœſſer im Lande Preuſſen, Wittenberg 1582. 4. Meliores his MATTHAEI WAISSELII, Paſtoris Langheimenſis *Chronica alter Preusſiſcher, Eifflændiſcher und Curlændiſcher Hiſtorien, Kœnigsberg 1599. 4.* qui a Rege dubiæ fidei *Waydewuto* annoque C. 517. incipit & ad a. 1525. vsque ſua excerpta perduxit, quo Albertus depoſito Ordinis habitu Ducalem dignitatem adſumſit, quæ alicuius vſus ſunt ex Chronico Ordinis Magiſtrorum Teutonici exſcripſit paſtor atque alia ex *Runavii* Hiſtoria belli XIII. annorum, ſed interpolavit, & annos non ſemper accurate diſpoſuit. *Alberti I. Ducis Pruſſiæ* Vita rythmis expreſſa edita in *des erlæuterten Preuſſens T. I. n. 2.* Ineunte Seculo XVIII. *Pruſſia Orientalis* ſiue *Ducalis* etiam *Regia* ſacta eſt. Splendidisſimæ Coronationis ſolennia puro cultisſimoque ſtilo, multa accuratione deſcripta in *Preusſiſchen Krœnungs-Geſchichten*, quorum auctor IOANNES *a* BESSER Cæremoniarum Magiſter, prodierunt acta *Cœln an der Spree 1702. f.* & ex Editione emendatiore & figuris æneis pulcris, cæremoniarum magnificentiam exhibentibus *ibid. 1712. f. mai.* Cumque huic regiæ dignitati ſe ore & ſcriptis contradixiſſet *Clemens XI. P. R.* oppoſitum ipſi graue & eruditum ſcriptum: *Pæbſtlicher Vnfug wider die Crone Preuſſen, Cœln 1702. 4.* cuius auctor illuſtris Vir IOANNES PETRVS *de* LVDEWIG, extat quoque *Conſiliorum Hallenſium T. II. L. II. p. 806.* & ex verſione latina prodiit ſub rubro: IOANNIS FRANCISCI ALBANI *Næniæ Pontificis Romani de Iure Reges appellandi 8.* inſertæ porro *Opuſculis Miſcellis T. I. L. I. Opuſc. II.* Proteſtatus quoque contra nouum Pruſſiæ regnum Magiſter Ordinis Teutonici, cui reſponſum

ſum in libro, qui eodem Dn. *de* LVDEWIG ſcriptore, prodiit, ſub titulo: *Vertheydigtes Preuſſen, wieder den vermeynten und wiederrechtlichen Anſpruch des Teutſchen Ritter-Ordens, und Grauamen über die Kœnigliche Würde zu Preuſſen, Mergentheim 1703. 4.* quo adſeruit Pruſſiam nunquam Imperio R. G. fuiſſe nexam, ſed ſeparatas ſemper habuiſſe rationes. Huic ſcripto reſpondit acerbe ANTONIVS CONRADVS *de* TORRENOS *im vertheydigten Teutſchen Orden, Breslau 1718. 4.* De Statu Religionis in antiqua *Pruſſia* cum pagana eſſet ſolide egit CHRISTOPHORVS HARTKNOCHIVS *Diſſertationibus* quibusdam ſuis, nimirum *VI.* de locis ſacris cultui Deorum deſtinatis; *VII.* De *Porcuno, Picollo* & *Potrimpo*, præcipuis tribus Deaſtris; *VIII.* De ceteris *Diis* ſecundæ & tertiæ Claſſis; *IX. de Sacerdotibus* Pruſſorum; *X. de ratione & modo cultus ſacri; XI.* de *Feriis* & *feſtis diebus Pruſſorum.* Vſus in hisce *Hartknochius*, ſed adhibita criſi IOANNIS MAELETII Archi-Presbyteri Luccenſis libello, ſiue potius Epiſtola ad *Georgium Sabinum* ſcripta, *de ſacrificiis & idololatria veterum Pruſſorum, Liuonum, aliarumque Gentium*, quam *iterum* edidit *Hieronymus Maletius* F. *Regiomonti 1563. 4.* ANDREAE SCHOTTI *Pruſſia Chriſtiana*, ſiue *de introductione Religionis Chriſtianæ in Pruſſiam per Martyres tentata*, edita eſt *Gedani 1738. 4.* ſimul *S. Adalberti* & *S. Brunonis Vitas* veritati hiſtoricæ reſtituit, atque nonnulla ad illuſtrationem X. & XI. Seculi facientia, inſeruit. Omnes vero Eccleſiæ Prutenicæ partes, controuerſiasque, & fata ſanctioris cœtus in maioribus Pruſſiæ Ciuitatibus, Epiſcopatibus præterea Varmienſi, Culmenſi, & Pomerelliæ more ſuo, hoc eſt, accurate deſcripſit CHRISTOPHORVS HARTKNOCH *in Preusſiſcher Kirchen-Hiſtorie, Leipzig*

zig 1688. 4. Status Romano-Catholicæ Religionis ex parte cognoſci poteſt ex THOMAE TRETERI *Vitis Epiſcoporum Varmienſium*, quas ex IOANNIS KREZMERI Decani Varmienſis vitis Epiſcoporum germanice ſcriptis & annalibus Archiui Heilsbergenſis aliisque ſcriptoribus ſtilo barbaro compoſuit pluribusque fabulis ornauit. Edidit has *Treteri Vitas*, ex fratre nepos *Matthias, Cracouiæ 1685. f.* ad hæc tempora editionis continuatas, adiecitque IOANNIS PLASTWIG Canonici breuisſimum *Chronicon Epiſcoporum Varmienſium*, per *Ioa. Kretzmerum* ad a. 1590. continuatum. Adiecit quoque *Vitam S. Alberti Martyris Epiſcopi Pragenſis. Ciuitatum maiorum Pruſſiæ*, origines, incrementa, fata, varii deſcripſerunt: Splendidisſimæ & inſignis Ciuitatis *Dantisci* origines, regiminis forma, bella, resque ſacræ & profanæ maxime memorabiles expoſitæ in REINHOLDI CVRICKEN Secretarii Gedanenſis *der Stadt Dantzig hiſtoriſchen Beſchreibung*, nitidisſime cum figuris æneis edita *Amſterdam und Dantzigk 1688. f.* quam auctoris filius GEORGIVS REINHOLDVS CVRICKEN auxit ediditque, qui tamen nonnullas narrationes parentis, de vitiis vel controuerſiis, quorundam ex nobilisſimis huius Ciuitatis familiis ortorum, admonitus omiſit, quæ in MSCtis exemplis extant. Vtilia multa leguntur ad nobiliſſimæ Ciuitatis Statum & iura facientia in ſcriptis publicis, quorum e numero teneo ſequentes. Prodiit enim: *Declaratio vera, quibus de cauſis, Ordines Ciuitatis Gedanenſis cum Sereniſſimo Principe ac Domino Domino Stephano Rege Poloniæ aduerſariorum ſuorum impulſu, iam pridem in eam, quæ nunc etiam durat, controuerſiam pertracti ſint, pro innocentiæ ſuæ rationibus, & ipſius negotii circumſtantiis palam demonſtrandis, in lucem edita, Ged.* ni 1577.

1577. 4. Addantur: De *Commiſſionis Gedanenſis negotio Libri Tres, bona fide ab eo qui præſens commiſſioni interfuit a. 1578. conſcripti*, editique in 4. Indicem rerum memorabilium & quandoque vulgarium inclitæ Vrbis *Thorunienſis* ex *Schüzio* & eius continuatore & *Hartknochio* atque priuatis potisſimum ſchedis collectum, ab origine *Thorunii* vsque ad 1726. exhibuit de publica re huius Ciuitatis vsque ad vitæ periculum meritus IACOBVS HENRICVS ZERNECKE *in Thorniſcher Chronicka*, quæ prodiit *Berlin 1727. 4.* figuris æneis exornata, prodierat iam *1710. 4.* ediderat etiam per partes: *das verpeſtete Thorn, Thorn 1710. 4. das bey denen Schwediſchen Kriegen in Annis 1629. 1655. 1658. & 1703. bekriegte Thorn, ibid. 1712. 4.* In Viri eruditisſimi PETRI IAENICHII *Meletematibus Thorunienſibus, ſeu Diſſertationibus varii argumenti, Thorunii 1726. 8.* tribus Tomulis editi, varia extant Opuscula res *Thorunienſes* illuſtrantia. *Tomo* nimirum I. GEORGII WENDII Diſſ. *de notabilibus & curioſis quibusdam Thorunienſibus propoſita 1697.* & PETRI IAENICHII *Supplementa quædam ad Diſſertationem I. de memorabilibus Thorunienſibus. T. II.* extant: MARTINI BOEHMII Diſſ. *de Inſignibus Thorunienſibus* expoſita primum *1707.* cum additamentis *Petri Iænichii*; *Ei.* BOEHMII Diſſ. qua oſtenditur *Boruſſos ad generalem expeditionem extra fines ſuos non eſſe adſtrictos*; Et EIVSD. *Conſpectus* Tres *Magiſtrorum Pruſſiæ generalium. Tomo* vero *Tertio* EI. BOEHMII Continuatio prioris Diſſertationis, qua oſtenſum: *Boruſſos ad generalem expeditionem extra fines patriæ non teneri*; ibidemque p. 25. legitur: *Breuis Informatio quod Boruſſi bellica generali Expeditione non ligentur*, atque *p. 80. De Indigenatu ſincera collatio Iurium & priuilegiorum Poloniæ & Pruſſiæ regiæ ad ſopienda*

 Sta-

Statuum disſidia ſcripta anno 1666. De inclita Civitate *Elbinga* extat ineptis verſibus expreſſus libellus: *Lobſpruch und Beſchreibung der Kœniglichen Stadt Elbing in Preuſſen, ſamt ihrer umliegenden Landſchaft, Kœnigsberg 1565. 4.*

§. V.

Notitia aliqua *Pruſſiæ* cum ex iis peti poteſt, qui §. I. excitati, tum ex ea Rerumpublicarum *Elzeuirianarum* particula, quæ Reipublicæ *Poloniæ* adhæret & edita eſt *Lugduni Batav. 1627. 24.* tum maxime ex *Priuilegiis der Stænde des Hertzogthums Preuſſen, darauf das Land fundiret*, quæ ex decreto Commisſionis Regiæ a. 1612. Regiomonti expedita, ſed typis impreſſa *Brunsbergæ 1616. f.* extant quoque varia *Acta* de *Inueſtitura Feudali* Ducatus Porusſiæ quondam a Regibus Poloniæ, Marchionibus & Electoribus Brandenburgicis facta, quæ adhærere ſolent libello formis impresſo, ſub titulo: *Primi beneficii ſimultaneæ Inueſtituræ Lineæ Electorali concesſi.* Multum quoque partes *Iuris Publici Prusſici* illuſtrant, eruditæ Disquiſitiones, quæ auctore GODOFREDO LENGNICHIO ſæpius iam laudato ſunt ſcriptæ editæque, nimirum, quæ ſub Præſidio SAMVELIS FRIDERICI WILLENBERGII ventilatæ fuerunt Diſſertationes *de Pruſſorum Comitiis, Gedani 1720. 4.* aliaque de *Munere Theſaurarii in Prusſia Occidentali 1722. 4.* aliæque quas ipſe propoſuit, nimirum: *de Vnionis, qua Poloniæ iungitur Prusſia, indole, Gedani 1727. 4.* atque *Commentatio ſuccincta de Norma Regiminis quæ ſub imperio Serenisſimorum Poloniæ Regum, Prusſiæ ex præſcripto Iurium, vt vocant fundamentalium competit, Gedani 1722. 4.* Edita quoque eſt GEORGII PETRI SCHVLTZII Profeſſoris Thorunienſis Hiſtoria *Interregni noviſſimi & Comitiorum in Prusſia Polonica a. 1733. celebra-*

lebratorum, *Gedani 1738. 4.* addita Acta varia ad Ius Publicum & Hiſtoriam Pruſſiæ pertinentia. *Ius Terreſtre Nobilitatis Pruſſiæ a. 1598. correctum*, cura DANIELIS PATTERSONII, *latine*, *germanice & polonice* editum *typis Gedanenſibus 1657. 4.* quo in fauorabilibus libertates Pruſſiæ retinuit nobilitas, in cæteris forenſibus quæſtionibus, Polonorum iura & conſuetudines ex parte recepit. De *Iure Indigenatus Pruſſorum aliquot Tractatus latine & polonice 1647. 4.* editi. *Immunitas Ciuitatum Pruſſiæ a Iurisdictione Iudiciorum Tribunalitiorum Regni*, *& aliorum quorumuis præterquam Regiorum*, prodiit *Gedani 1718. 4.* ex publicis Inſtrumentis deducta. ANONYMVS dedit: *Priuilegium Ciuitatum minorum Pruſſiæ Occidentalis commentariolo illuſtratum*, *Dantiſci 1739. 4.* cui præmiſſa de Ciuitatibus minoribus introductio hiſtorica. Epiſcopis *Varmienſi* & *Culmenſi* titulum *Sambienſis*, vel *Pomeſanenſis* Epiſcopi, nullo plane modo, nullumque iis *Ius Diœceſanum* & *Epiſcopale* in Sereniſſimi Regis Boruſſiæ ditione competere oſtenſum ſolide & argumenta contraria refutata in *Binis Deductionibus Sacræ Regiæ Maieſtatis Boruſſiæ* editis, vna cum variis literis ad rem hanc pertinentibus *1733. 4.* Ad hunc cenſum quoque pertinent: *Succincta Delineatio Iuris indubitati*, *quo R. M. Pruſſiæ Teloniorum per Poloniam*, *Lituaniam & Pruſſiam Occidentalem verſus Regnum Pruſſiæ*, *nouiter introductorum*, *aut auctorum plenariam abrogationem poſtulat 1718. 4.* nec non: *Expoſitio breuis Grauaminum in Commerciis ſubditorum S. R. Maieſtatis Pruſſiæ*, *quorum abrogatio a Rege & Republica Poloniæ amiciſſime petitur*, typis edita *1719. 4.*

CAPVT TRIGESIMVM PRIMVM

DE SCRIPTORIBVS RERVM DANIAE ET NORVEGIAE REGNORVM.

§. *I. Scriptores, qui ad choro- & topographiam faciunt.*

§. *II. Scriptores de variis antiquitatibus Dano-Noruegicis.*

§. *III. Scriptores Hiſtoriæ Danicæ, qui diuerſis hypotheſibus inſiſtentes, res Danorum enarrarunt & Compendia ac Chronologias dederunt.*

§. *IV. Scriptores, qui Genealogias, Vitas, Bella, ſingularium Regum ſcripſerunt.*

§. *V. Scriptores Vitarum Regum Daniæ ex Gente Oldenburgica.*

§. *VI. Scriptores alii particulares, e.g. de viris illuſtribus.*

§. *VII. Scriptores, qui Vrbium & Ciuitatum Regni Daniæ fata conſignarunt.*

§. *VIII. Scriptores qui ad Hiſtoriam Eccleſiaſticam Daniæ quid contulere.*

§. *IX. Scriptores Hiſtoriæ Noruegicæ.*

§. *X. Scriptores de Islandia.*

§. *XI. Scriptores de Groenlandia.*

§. *XII. Scriptores de Statu Daniæ Regni & quæ ad illud argumentum pertinent.*

§. I.

De Scriptoribus *Rerum Dano-Noruegicarum* Commentarium Hiſtorico-Literarium multa eruditæ diligentiæ laude promerita compoſuit NICOLAVS PETRVS SIBBERN Regius ad arcem Glückſtadienſem Concionator aulicus *Bibliotheca Hiſtorica Dano-Noruegica, Hamburgi 1716. 8.* Conferri meretur ALBERTI BARTHOLINI *Liber de Scriptis Danorum, Norwagorum & Islandorum poſtumus, a* IOH. MOL-

LERO

LERO plurimis in locis emendatus atque auctus, & Hypomnematis inſuper hiſtorico-criticis prolixioribus iſtorumque Spicilegio ac Indice cognominum Alphabetico illuſtratus, inſertusque *Bibliothecæ Septentrionis eruditi*, *Lipſiæ ſ. Hamburgi* 1699. 8. editæ. De *Choro- & Topographia* regionum & inſularum ad hæc Regna pertinentium ex Scriptoribus mediæ ætatis notandus M. ADAMVS *Bremenſis* libello *de Situ Daniæ & reliquarum quæ trans Daniam ſunt regionum natura, deque gentium iſtarum iſtis temporibus, moribus & religione*, qui primum editus ab *Erpoldo Lindenbrogio* Adami *Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ* ſubiectus 1595. & 1609. 4. ſingillatim edidit *Ioa. Meſſenius* ſub titulo: *Chorographiæ Scandinauiæ, ſeu, Deſcriptionis vetuſtiſſimæ Regionum Aquilonarium Sueciæ, Daniæ & Noruegiæ*, *Holmiæ* 1615. 8. & in *Dania*, inter Reſpublicas *Elzeuirianas* p. 1.42. cura porro *Ioa. Ioach. Maderi*, *Helmſtadii* 1670. 4. cum *Hiſtor. Eccleſ.* Ex recentioribus IONAS KOLDINGENSIS Gamſtadienſis in Iutia Parochus, compilauit *Coronarium, breuem Daniæ deſcriptionem, Regnique ſitum & ſtatum continens*, editum *Sleſuici* 1584. 4. & auctum, hac inſcriptione: *Daniæ deſcriptio noua Inſularum ac partium præcipuarum, huius Plagæ Arcticæ theatrum repræſentans*, *Francofurti ad Moenum* 1594. 8. atque in *Daniæ* Republica *Elzeuiriana* p. 172.266. Pertinet ex parte ad hanc claſſem HENRICI RANZOVII Pro Ducis Cimbrici, viri ſummi, *Cimbricæ Cherſoneſi eiusdemque partium, vrbium, inſularum, & fluminum Deſcriptio noua, conſcripta a. C.* 1597. quam *Monumentis ineditis Rerum Germanicarum præcipue Cimbricarum*, & quidem *Tomo I.* edidit in lucem perilluſtris vir Dn. ERNESTVS IOACHIMVS *de* WESTPHALEN *N.I.* Lectu digna eſt IOANNIS ISAACII PONTANI *Chorographica Regni*

Daniæ tractusque eius vniuerſi borealis Deſcriptio, adiecta eius *Hiſtoriæ Danicæ*, *Amſtelodami 1631. f.* editæ a p. 637. vsque ad finem. Statum quoque politicum Daniæ eadem, ordines, ſtatus, dotes, Danorum ingenia, ſtudia, mores aliaque huc ſpectantia, deſcribit. Inter Reſpublicas ELZEVIRIANAS, vir de Danica hiſtoria meritisſimus STEPHANVS IOHANNIS STEPHANIVS exhibuit *De Regno Daniæ & Norwegiæ Inſulisque adiacentibus &c. Tractatus varios*, *Lugd. Batau. 1629. 24.* quo faſciculo extant: 1) ADAMI BREMENSIS libellus *de Situ Daniæ & reliquarum quæ trans Daniam ſunt regionum natura*; 2. *Chorographica Daniæ Deſcriptio compendio e* IONA *Coldingenſi &* ISAACIO PONTANO, *aliisque excerpta*; 3. *Coeli ſolique qualitates & Regni Daniæ dotes*; 4. *Mores, ingenia & inſtituta Danicæ Gentis*; 5. *Regni Danici Status politicus*; 6. ERICI Daniæ Regis *Hiſtorica Narratio de origine Gentis Danorum & de Regibus eiusdem Gentis deque eorundem rebus geſtis*; 7. ERPOLDI LINDENBRVCH *Hiſtoria compendioſa Sereniſsimorum Daniæ Regum ab incerto Auctore deſcripta poſtea vero ad Chriſtianum IV. continuata*; 8. Excerpta libelli IONAE ab ELVERVELT *de Holſatia eiusque Statu atque Ordinibus diuerſis*; 9. ARNGRIMI IONAE Islandi Tractatus *de Islandicæ Gentis primordiis & veteri Republica*. Leuior MARTINI ZEILLERI *Beſchreibung der Kœnigreiche Dænnemarck und Norwegen*, *Vlm 1648. & 1658. 8.* & latino idiomate, cui *Sleſuici* & *Holſatiæ* delineatio acceſſit *Amſtelodami 1655. 12.* qua potisſimum vrbes ciuitatesque deſcribuntur, *belgice*, interprete *A van den Berg* prodiit *1658. 12.* RVTGERI HERMANNIDES *Deſcriptio Daniæ & Noruegiæ* edita *Amſtelodami 1670. 12.* atque ſub titulo: *Deliciæ, ſiue Amoenitates Regnorum, Daniæ, Noruegiæ,*

Sleſui-

Sleſuici, Holſatiæ, Lugd. Bat. 1706. 12. 2. Voll. Plenam bonæ frugis chorographicam, antiquariam, hiſtorico - phyſicam Regni Daniæ deſcriptionem ad annum 1727. perductam, conquiſiuit ſtudioſe V. C. ERICVS PONTOPPIDANVS *Theatro Daniæ veteris & modernæ, oder Schau-Bühne des alten und iezigen Dænnemarcks, Bremen 1730. 4.* Danico ſermone IANVS LAVRENTII WOLFFIVS Bibliopola Hafnienſis edidit: *Encomium Regni Daniæ det er Dennemarcks Riiges lof oc dets Hoyloflige Konge Riges tilhoerige Provincers, Oers, Kongelige Slotters, Hafniæ 1654. 4.* qui & in minimis conſignandis ſtudium operamque adhibuit, nec labori nec impenſis parcens. Eodem idiomate conſcriptus liber ARNOLDI BERNHARDI, Vrbis Hafnienſis Secretarii, ſub titulo: *Danmarkes og Norges frugtbare Herlighed, Hafniæ 1656. 4.* qui in prædiis Nobilium probe verſatus & aulæ magnatibus a ſeruitiis curioſe ſingularia varia obſeruavit, ſed multa poſtea fuere mutata. Facit huc etiam OTTONIS SPERLINGII Conſiliarii Regii liber inſcriptus: *Boreas eiusque laudes, Hafniæ 1696. 8.* quo de natura ac indole, ſerenitate aëris, fœcunditate, aëre, incolis Iotis & Iotumheidis, qui iidem cum Gothis, piſcationibus & nauigationibus, mineris denique Borealium erudite egit. Nec hic omittenda eſt OLAI WORMII *Deſcriptio limitum inter Daniam & Sueciam*, quæ eius ſeriei duplici antiquæ Regum Daniæ, *Hafniæ 1642. f.* editæ, adiecta.

§. II.

Alii fuerunt, qui *Antiquitates Danicas* explicantes, varia de rebus Gentium harum & ſtatu ſimul erudite obſeruarunt. Inter hoſce præcipuæ partes ſunt OLAI WORMII, Medicinæ quondam in Academia Hafnienſi Profeſſoris, qui ſub generali titulo: *Antiquitatum Danicarum* edidit

Literaturam Runicam; Lexicon Runicum; Monumenta Runica; additamenta ad hæc *Monumenta; & Faſtos Danicos.* Prima huius eruditæ Sylloges pars eſt *Danica literatura antiquiſſima vulgo Gothica*, cui acceſſit de *priſca Danorum Poeſi Diſſertatio*, *Hafniæ 1636. 4.* & ex *Editione ſecunda* auctiore *ib. 1651. f.* exponit capitibus XXX. curioſe de Literarum Runicarum generibus, figuris, numeris poteſtatibus, nomenclaturis & aliis huiusmodi momentis, eruditisſime. Succesſit *Specimen Lexici Runici, obſcuriorum quarundam vocum, quæ in priſcis occurrunt Hiſtoricis & Poetis Danicis emendationem & enodationem exhibens, collectum a* MAGNO OLAVIO *Paſtore Laufaſienſi in Islandia, in ordinem redactum & locupletatum ab* OLAO WORMIO, *Hafniæ 1650. f.* quod ex antiquis Sagis & Islandorum monumentis ſummo labore congeſtum. EIVSDEM *Monumentorum Danicorum Libri VI. Hafniæ 1643. f. 1650. f.* qui ad omnes Daniæ antiquitates faciunt, quas ex monumentis veterum ſepulcralibus multa & recondita eruditione illuſtrat, inter quæ etiam decantatisſimum illud cornu aureum adducit, huiusque hiſtoriam explicat. Ad hæc poſtea additamenta dedit *Hafniæ 1649. f. De Danicæ linguæ & nominis antiqua gloria & prærogatiua inter Septentrionales* eruditum edidit commentarium OTTO SPERLINGIVS, *Hafniæ 1694. 4.* Huc ſpectant EIVSD. *Faſti Danici, vniuerſam tempora computandi rationem antiquitus in Dania & vicinis regionibus obſeruatam Libris III. exhibentes, Hafniæ 1626. & 1643. f.* qui & de *Faſtis Danicis, Rimeſtock* a veteribus dictis, & de eorum perfectione & imperfectione agit horumque ſpecimina inſeruit Calendariumque *Runicum* ante annos circiter 300. in codice membranaceo exaratum exhibet, commentario plenisſimo illuſtratum. Varias

rias obſeruationes ad antiquitates Septentrionis & Germaniæ ſpectantes complectuntur: *Antiquitatum Danicarum Sermones XVI. ex Boiariæ hiſtorici Ioh. Auentini Libro I. electi & commentariis* IOH. LYSCHANDRI *illuſtrati*, quos edidit ERICVS OLAVS TORMIVS, *Hafniæ 1642. 4.* fabularum in his antiquitatibus omnia plena & futilium narrationum. Eruditiſſimi contra & egregiis obſeruationibus, præter argumentum, quod titulus præfert, ornati THOMAE BARTHOLINI ex vetuſtis codicibus & monumentis eruti *Antiquitatum Danicarum Libri Tres*, *Hafniæ 1689. 4.* quos prodromum eſſe voluit Regnorum Borealium antiquitatibus eccleſiaſticis atque in his primum de cauſis contemtæ a Danis adhuc gentilibus mortis, egit aliaque per occaſionem ſcienter docteque inſeruit. *Cornu Danicum* a virgine ruſtica repertum in via publica anno 1639. & Chriſtiano V. Regi oblatum, eruditisſimis viris percommodam occaſionem dedit perueſtigandarum variarum Antiquitatum Septentrionis. Primus illuſtrauit ſingulari Diſſertatione OLAVS WORMIVS, *Hafniæ 1641. f.* qui buccinæ illud bellicæ vicem ſuſtinuiſſe apud Danos gentiles probare voluit. Verſa in idioma Danicum hæc Diſſertatio interprete PETRO HERMANNO, *Hafniæ 1644. 4.* Hunc ſecutus eſt PAVLVS EGARDVS, qui vernaculo ſermone *Meletemata de Cornu aureo* ſcripſit *Lüneburgi 1642. 4.* ENEVALDVS NICOLAVS RANDVLPHVS, eiusdem ſententiæ eſt in diſſertatione *de aureo Cornu*, vel *tuba Danica*, *Hafniæ 1644. f. min.* THOMAS BARTHOLINVS *in Obſeruationibus ſuis de Vnicornu*, *Patauii* editis *1645. 8.* iudicia de hoc Cornu & Wormiana diſſertatione: *Fortunii Liceti, Caſſiani a Puteo, Athanaſii Kircheri, Angelici Aproſii, Iacobi Pighetti* & *M. Aurelii Seuerini* per litteras familiares ſecum communicata addidit. Cum vero

Licetus & in epiſtola ſua, & in opere ſuo, quod de *antiquorum Annulis* compoſuit, in locum interpretationis ethicæ *Wormianæ*, politicam de regiis *Frothonis* vel alterius Monarchæ Danici virtutibus ſubſtituiſſet, impugnauit eandem ſuamque defendit OLAVS WORMIVS in *reſponſione* illi oppoſita, quæ *Amſtelodami 1678. 12.* excuſa. De hoc cornu etiam commentatus TROGILLVS ARNKIELIVS, qui & ſcripto vernaculo edito ſub titulo: *Güldenes Horn bey Tundern 1639. gefunden, Kilonii 1683. 4.* & *Antiquitatum Cimbricarum, Hamburgi* germanice *1703. 4.* iunctim editarum duobus Libris de Cornu hoc egit, emblemata in cornu impreſſa, reiectis cæterorum ſententiis, ex Theologia gentili docte interpretatur. Pertinent quoque ad hoc argumentum ex parte DANIELIS LANGHORNII *Elenchus Antiquitatum Albionenſium, Britannorum, Danorum, Londini 1673. 8.* Nec hic omittendæ *Collectiones variarum Inſcriptionum*, in illuſtrandis ſingularibus vtiles. Dedit autem PETRVS IOANNES RESENIVS, *Inſcriptiones Hafnienſes, Latinas, Danicas & Germanicas, vna cum Inſcriptionibus Amagrienſibus, Vraniburgicis & Stellæburgicis, Hafniæ 1668. 4.* LAVRENTIVS ASSEROVS Scanus, *Sælandiæ Prouinciæ Inſcriptionum ac Epitaphiorum antigrapha* edidit *Hafniæ 1621. 8.* *Inſcriptiones Ripenſes* latinas, danicas & germanicas præmiſſa breui Vrbis deſcriptione *Hafniæ 1712. 4.* in lucem produxit PETRVS TERPAGERVS.

§. III.

In ipſa rerum Danicarum expoſitione præter Græcos Latinosque Scriptores, qui de *Cimbris* horumque expeditionibus commemorarunt, de *Gothis* illi, quique Migratio-

tiones Gentium deſcripſere adhibendi, deque medii æui rebus M. ADAMVS BREMENSIS *Hiſtoria ſua Eccleſiaſtica*, cuius binæ præſtantisſimæ Editiones *Andreæ Seuerini Velleji, Hafniæ 1579. 4.* & *Ioa. Maderi, Helmſtadii 1670. 4.* inque bellis cum *Slauis* HELMOLDVS *Chronica Slauorum* & *Arnoldus Lubecenſis* editionis *Bangerti, Lubecæ 1649. 4.* Euoluendi hic etiam, quæ hunc in locum aduocandi: ERPOLDI LINDENBROGII *Scriptores Rerum Septentrionalium vicinarumque Gentium* iam ſupra p. *811.* Cap. *XVI.* recenſiti. Sequuntur *Scriptores* de rebus *Danicis* & domeſtici & exteri, qui diuerſis innixi ſubſidiis & inde deductis hypotheſibus Hiſtoriam *Danicam* condidere. Primi, iubente & promouente *Abſalone* Lundenſium & Septentrionis Archi-Præſule, Viro ſummo & belli pacisque artibus clarisſimo, e clientela ipſius Duumuiri conſcribendæ hiſtoriæ Danicæ operam nauarunt, ſtatuentes primordia Regni cum *Dano* quodam Rege eſſe ordienda nimirum: SVENO AGGONIS F. *Chriſtierni* Nepos, cuius *quæ extant Opuſcula*, ex codice membranaceo Bibliothecæ Regiæ Hafnienſis primus edidit & notis hiſtoricis pariter ac philologicis illuſtrauit STEPHANVS IOANNIS STEPHANIVS *Soræ 1642. 8.* Sueno prima quaſi Hiſtoriæ Danorum lineamenta duxit, & heroum facta compendio enarrauit. Synchronus fuit ſed poſt eum ſcripſit circa finem Sæc. XII. & initium XIII. SAXO GRAMMATICVS, cuius *Hiſtoriæ Danicæ Libri XVI.* extant, quorum meliores Editiones, *prima Pariſiis 1514. f.* ex *Aſcenſiana* typographia & *vltima* ex recognitione & cum notis eruditiſſimis STEPHANI IOANNIS STEPHANII *Soræ 1644. f.* Regum in Septentrione perſequitur ſeriem a Dano vsque ad Canutum VI. Philippi Imperatoris temporibus viuen-

viuentem, atque omnes vincit ſui ætatis ſcriptores iudicio & ſtylo. Vſum quidem carminibus antiquis & inſcriptionibus ſe ſcribit, ſed admodum parce, præclaræ vero ſunt eæ enarrationes, quas ex ore Abſalonis Archi-Epiſcopi hauſit, ſed eæ, propiores Saxonis temporibus res ſaltim tangunt, in vetuſtioribus parum eſt accuratus, Chronologia eius turbata maxime, nonnullos enim reges ſupra Chriſti nativitatem exaltat, qui longe poſt ſeruatorem vixere, alios in Regum Daniæ ſerie collocat, qui huc non pertinent & qui ſunt ſimiles his errores, multas tamen vetuſtas Hiſtorias conſeruauit, quæ apud Islandos interciderunt. Breuiter Libri octo poſteriores præclari & fide digni, reliqui octo, qui res Carolo M. & Gotrico antiquiores memorant, fabulis ſcatent, omniaque turbant. STEPHANIVS in notis egregius eſt, qui plura ex genuinis Danorum monumentis illuſtrauit. Danicam Saxonis verſionem procurauit *Andreas Velleius, Hafniæ 1610. f.* IOANNES SVANINGIVS quoque *Saxonem illuſtratum* ſcripſit, ſiue in Hiſtoriam eius commentarium, qui tamen adhuc in manuſcripto deliteſcit. Continuatorem accepit *Saxo*, editum ſub hoc titulo: *Saxo-Grammaticus up Platdütſch continuerd to 1481. 8.* alii eum in 4. editum referunt. Continuatio autem PETRI OLAI Monachi Roſchildienſis a *Canuto* ad *Fridericum II.* nondum edita. *Incerti* AVCTORIS breuis tractatus de *Succeſſione Regum Daniæ* inſcriptus: *Genealogia Regum Daniæ à Dan ad Chriſtophorum I. Waldemari F.* prodiit cum SVENONIS *Opuſculis a* STEPHANIO editis *p. 200-222.* ERICI Pomeraniæ Ducis Daniæ Regis ſ. vt eruditi viri putant, MONACHI iſtius æui, qui eam iuſſu Regis compilauit: *Hiſtorica narratio de origine Gentis Danorum & de Regibus eiusdem gentis, deque eorundem*

rebus

rebus geſtis, *Hamburgi 1603. 4.* edita, inſerta quoque ab ERPOLDO LINDENBROGIO *Rer. Septentr. S.* Extat porro in *Republica Daniæ Elzeuiriana p. 52. 101.* cura *Stephanii*, & quidem ex Codice MSCto ſexcentis in locis dubiæ integritati reſtituta. Incipit a Rege *Dano* & deſinit in a. 1288. & *Erici Menuedi* ætate. *Erici* Pomerani forte temporibus condita eſt. *Incerti* AVCTORIS *Chronica Danorum & præcipue Sialandiæ*, edidit ARNAS MAGNAEVS, *Lipſiæ 1695. 8.* Extat *Regum Daniæ ſeries duplex*, quam cum limitum Hiſtoria edidit *Wormius*. Præcipui autem qui communem hypotheſin in ſerie Regum ſequuntur ſcriptores ſunt: ARNOLDVS ita enim in literis latinis autographis ſe ipſum vocat (ARRILD danice) HVITFELDIVS de *Odersberg*, poſt alia grauisſima munera Senator & Cancellarius Regni, qui magna fide, diligentia, iudicioque accurato ſcripſit ex Archiuis: *Danmarkis Rigis Kronicke*, *Copenhagen 4. V. Voluminibus* ſiue X. partibus annisque diuerſis ita, vt poſteriores prius editi quam priores, forte quia in iis condendis maiores reperit difficultates. *Tomus* autem *Primus*, *Hafniæ 1603.* formis excuſus incipit a *Dano* Rege I. ad *Canutum* vsque VI. & aduentum Normannorum in Galliam. *Tomus Secundus Hafniæ 1603.* exhibet Hiſtoriam *Canuti VI. ad Ericum Menved* ab a. *1182.* ad a. *1286.* *Tomus Tertius, ibidem eod. anno*, continet Chronologiæ continuationem & Hiſtoriæ ab exceſſu Saxonis, & res *Erici Menved*, *Chriſtophori II.* Erici fratris, *Waldemari IV.* Chriſtophori F. ab a. *1286.* ad an. *1375.* *Tomus Quartus* ibid. *1603.* ſiſtit hiſtorias Regis *Olai*, *Margarethæ*, *Erici Pomerani* Regis, & *Chriſtophori Bauari*, ab a. *1370.* ad a. *1488.* *Tomus Quintus* ib. *1604.* dat *Hiſtoriam Eccleſiaſticam Daniæ* Epiſcoporum, & religionis Chriſtianæ in Dania ortum &

pro-

progreſſum; item Catalogum *Epiſcoporum Norwegiæ*, accedit hiſtoria Archi-Epiſcopi Lundenſis *Iani Grand. Tomus Sextus ibid. 1599.* Hiſtoriam *Chriſtiani I.* ab a. *1448.* ad *1481. Tomus Septimus, Hafniæ 1599.* Hiſtoriam Regis *Iohannis* ab a. *1481-1513. Tomus Octauus ibid. 1596.* Hiſtoriam *Chriſtierni II. Nonus ibid. 1597.* Hiſtoriam *Friderici I. Tomus* denique *Decimus ibid. 1595.* Hiſtoriam *Chriſtiani III.* enarrat. *Secunda* nobiliſſimæ huius Hiſtoriæ *Editio, Hafniæ 1652. f.* duobus Voluminibus edita, quorum primum veteres Reges & Chronicon Epiſcoporum; alterum recentiores Reges exhibet, ad vſum quidem commodior ſed plurimis erroribus typographicis fœdata, & paſſim mutila, quos tamen defectus compenſat index vber & luculentus, Tabula porro Regum Daniæ a Dan vsque ad Fridericum III. figuris æneis minoribus exhibita, Binæ porro Genealogicæ Tabulæ, vna Regum Daniæ a Dan vsque ad Chriſtophorum III. altera antiquorum Comitum Holſatiæ & Sleſuici Ducum cum Icone *Huitfeldii.* ALBERTVS KRANTZIVS *Chronica Regnorum aquiloniarium, Daniæ, Sueciæ & Norwegiæ* ab ipſorum primordiis ad annum 1500. *Argentorati 1548. f.* quæ optima, & *Francofurti 1583. f.* quam germanice vertit *Henricus ab Eppendorf* atque edidit *Argentorati 1645. f.* habent & cetera eius opera *Saxonia, Vandalia,* & *Metropolis* plurima admixta, quæ ad res Danicas faciunt. Quod & de DAVIDIS CHYTRAEI *Saxonia* dicendum, quæ tamen caute in Danicis eſt legenda, cum vir optimus Suecorum maxime narrationibus ſit vſus. ERASMVS MICHAELIVS LAETVS *Rerum Danicarum libros XI.* carmine heroico ſcripſit & Friderici II. Regis, nuptiis conſecrauit *Francofurti 1573. 4.* in quo ingenium & vena poetica quidem elucent, parum tamen vtilitatis hiſtoriæ genuinæ cultori

cultori adferre poterunt. Aliud *Chronicon Danicum vetus* prodiit *Hafniæ 1541. 8.* Ex hoc & Saxone Grammatico ſua potisſimum hauſit IOANNES ISAACIVS PONTANVS *Danicarum Rerum hiſtoria, libris X.* vsque ad lineam Oldenburgicam ſeu a. 1448. deducta, quæ prodiit *Amſtelodami 1631. f.* opus ſane inſigne & luculentum, accedit quoque Chorographica Daniæ deſcriptio, atque a ſtylo, ordine & accurata tractandi ratione omnibus æſtimatur, quod vero *Huitfeldium* maxime ſecutus fuerit, *Huitfeldius latinus* audit, inſeruit operi pereruditas quasdam Diſſertationes, de *Cimbris*, *Gothis*, *Getis*, *Normannis* horumque Duce *Rollone* & alias his ſimiles. Inſigniter quoque ornant *Pontani* Commentarios Diplomata ex *Huitfeldio* deſumta, quæ integra plerumque inſeruit. IOANNES MEVRSIVS quoque quum in Academia Sorana Profeſſorio munere fungeretur Hiſtoricique Regii munere & inſigni ſtipendio ornatus auctoratusque eſſet, ſtilo, nitido, exculto, graui, *Hiſtoriam Danicam Libris XIII.* conſignauit a Dano vsque ad Chriſtianum II. prodiit *Amſtelodami 1638. f.* Hunc autem plerumque *Suaningium rediuiuum* vocant, eo quod *Ioannis Suaningii*, qui *Chriſtiani III.* & *Friderici II.* temporibus vixit, Hiſtoriæ Danicæ tomos tres, quibus Regum ethnicorum, Chriſtianorum & Oldenburgicorum res perſcripſit, ſed manu exaratos adhuc, potisſimum ſequitur. Hiſtoria Friderici I. & Chriſtiani III. ab eodem elaborata apud Danos adhuc manu exarata adſeruatur. VITI BERINGII, *Florus Danicus* ſiue *Hiſtoria Regni Danici*, a Dano Rege I. vsque ad Chriſtophori Bauari mortem annumque *1448.* ſtilo panegyrico qui oratorum Sæculi V. eſt ſcriptus & ad oblectandos eos qui haſce delicias amant, ſaltim comparatus. Alii Scripto-

ptores altius longe origines *Danicas* repetunt & a *Gomero II. Cimbros* per varias orbis partes in Septemtrionem, exiguo poſt Nimrodum tempore deducunt, innixi monumentis, quæ laudant, inque *Gothlandiæ* inſula repertis Chronicis vetuſtisſimis Gothicis, ſepulchris, lapidibus, aliisque huiusmodi, quæ magnifice iactant, ſubſidiis. Primus ad hæc prouocauit ſuaque inde ſe deduxiſſe gloriatus fuit NICOLAVS PETREIVS variis eccleſiaſticis muneribus perfunctus in Libris duobus, quibus *Cimbrorum & Gothorum origines, migrationes, bella & colonias* recenſuit, editos ex maioribus viri commentariis, qui MSCti latent, cura Bibliopolæ Hafnienſis, *Lipſiæ 1695. 8.* iisdem res Dano vetuſtiores breuiter enarrans ſed fabuloſas & incertas. Prodierunt hi libri, *danice* quoque interprete L. W. forte *Ludouico Winslouio*, & *germanice* verſæ, licet parum apte, *Hamburgi 1699. 8.* Huius fabellas ſecutus eundemque in antiquioribus deſcripſit CLAVDIVS CHRISTOPHORVS LYSCHANDER ſcripto edito populari ſermone cuius titulus: *Synopſis Hiſtoriarum Danicarum, en kort Summa, offuer den Danske Hiſtoria, Prentet udi Kiobenhaffn 1622. f.* quo veteres a *Petrejo* prolatas fabulas additis nouis auxit, nouam Regum ſeriem, ad implendas in Saxone lacunas, exhibens, quorum nomina in nullis niſi forſan Gothlandicis fabulatoribus, reperiuntur. In reliqua expoſitione Regum Daniæ cum ceteris orbis Principibus fœdera connubialia & affinitates, commonſtrauit. Commentis *Petrejanis & Lyſchandrianis* ex parte innixa IOANNIS IANI SVANINGII *Chronologia Danica*, qua 1. Noachidarum ſeries exhibetur; 2. Iudicum Cimbriæ & Gothiæ anni recenſentur & 3. Daniæ Regum tempora, a prima Regni origine

ad

ad a. 1650. diriguntur, *Hafniæ 1650. f.* in Prolegomenis docte obſeruata leguntur, & ſi fabulas excipias, aliquem vſum in chronologia & hiſtoria Danica præſtabit. Ex *Islandorum* denique monimentis, & ab Odini ex Aſia per Scythicas terras in Saxoniam ſiue Holſatiam, Daniam & Sueciam immigratione, orſus & a *Scioldo I.* Daniæ Rege primordia capiens diligentisſimus THORMODVS TORFAEVS Islandus & Hiſtoriographus rerum Noruegicarum ſub Regibus Chriſtiano V. & Friderico IV. diuerſum dedit Regum ordinem ab eo, quem Saxo aliique Danici hiſtorici, conſtituerunt, in egregio ſi ſtilum non adeo cultum excipias, libro, cui inſcriptio: *Series Dynaſtarum & Regum Daniæ*, *Hafniæ 1702. 4.* & præfixo poſtea ſplendidiore, contra tamen mentem auctoris, titulo: *Vniuerſi Septentrionis Antiquitatum, ſeriem Dynaſtarum & Regum Daniæ exhibentium &c. Hafniæ 1705. 4.* ſed præter titulum nihil recuſum, aut additum, quo ex conſtitutis accurate temporum rationibus, ſcriptorumque externorum collatione, demonſtrandum ſibi ſumſit ſeriem ſuam accuratiorem eſſe Saxonis illa & communi. Incipit a primo Regum ſuorum *Skioldo* Odini F. & finit in *Gormone Grandæuo, Haraldi Coerulidentis* patre. Coniungendum omnino in ſupplementum ſeriei editum EIVSD. *Trifolium Hiſtoricum, ſeu Diſſertatio de tribus potentisſimis Daniæ Regibus Haraldo Cærulidente, Suenone furcatæ barbæ & Canuto Magno, Hafniæ 1707. 4.* quo ſimul tempus propagatæ in Dania Chriſtianæ Religionis indicatur, atque Vrbis Iulini & Winetæ origo & deſcriptio ſiſtitur. Vltra Canutum M. autem in Danicis Regibus deſcribendis progreſſus non eſt laborioſiſſimus TORFAEVS. Recentiori æuo varia Hiſtoriæ Rerum Danicarum publicata Syſtemata & Compendia.

 Cele-

Celeberrimus enim vir LVDOVICVS HOLBERGIVS ſermone patrio, culto & eleganti, apto ordine exhibuit: *Danmarckes Riges Hiſtorie*, *Hafniæ 1732-1735. 4. tribus Voluminibus*, eandem in germanicam linguam translatam dedit *Fridericus Gerhardus Voſſius* ſub titulo: *Dænnemærckiſche Norwegiſche Staats- und Reichs-Hiſtorie*, *Copenhagen* ſiue potius *Leipzig 1731. 4.* in exponendis cum primis Regum ex ſtirpe Oldenburgica ortorum rebus geſtis, maxime Chriſtiani IV. & Friderici III. copioſus eſt & ſingularia ex libellis rarioribus & manu ſcriptis idque multa quidem cum libertate profert. Nec tamen liberi ſunt hi commentarii ab erroribus, quos feſtinata forte ſcriptio peperit, varia quoque omiſſa, multi & ſales ſatyricos & in iudicando libertatem ferre non poſſunt. Editioni *Germanicæ* acceſſit EIVSD. elegantisſimi HOLBERGII *Deſcriptio Daniæ & Norwegiæ*, Danico ſermone edita *Hafniæ 1729. 4.* quæ curioſa & vtilia multa nec alibi reperienda narrat, ſunt tamen & errata & omiſſa varia a peritis lectoribus obſeruata. Egregium Danicæ Hiſtoriæ Compendium, methodo erotematica, quam abeſſe vellem, lingua germanica ſcriptum, ſub titulo: *Kurzgefaſste Dæniſche Hiſtorie*, *Flensburg*, & in quibusdam exemplis mutato titulo *Erfurt 1719. 8.* quo res maxime commemorabiles excitatis vbique teſtibus & actis publicis eleganter enarrantur. Commiſſos quosdam errores diligentia & rerum vbertate compenſauit. Qui gallicam linguam exponendique rationem amant, legere poſſunt: *Hiſtoire de Dannemarc avant & depuis l'Etabliſſement de la Monarchie par* I. B. *de* ROCHES, *a Amſterdam 1730. 12. VI. Voll.* & *à Paris 1732. 12. IX. Voll.* qua Editione *Pariſina* compendiaria rerum ab An. 1699. vsque ad annum 1732. narratio, incertum quo auctore addita, vt & *Molesworthi* de

Statu

Statu Daniæ, qualem ſibi ille fingebat, expoſitio. Quousque Saxonis, Torfæi, Pontani, Meurſii, latine ſcripti libri res exponunt, hos duces, multa ſolertia accurateque ſecutus, ſed in Regum poſt Chriſtianum II. geſtis exponendis plane ſibi eſt diſſimilis, linguarum enim danicæ & germanicæ ſubſidiis deſtitutus, expoſitiones variorum, partium ſtudio laborantium, Puſendorfii maxime, adoptauit & ieiunus eſt, multa commemoratu digna omittit. Supplementum autem Pariſienſe hiſtoriam Friderici IV. continens inficeta eſt farrago, mendaciis & ineptiis, iudice illuſtrisſimo Comite *de Plelo* Galliarum Regis in Dania Legato, referta, atque non Domini *de Roches* ſed Bibliopolaſtræ alicuius ignari æque ac impudentis opus; vide *Bibliothecam Danicam P. II. p. 440.* Antiquioribus compendiis ſupra p. *1565.* laudatis adiungenda: ANONYMI *Regum aliquot Daniæ Genealogiæ & ſeries*, ex veteri Codice MSC. edita ab HENRICO ERNSTIO, cum Editoris notis, *Soræ 1646. 8.* quæ tamen non adeo magni ſunt momenti.

§. IV.

Præter laudata Hiſtoriæ Syſtemata, ac Compendia, *Genealogiæ Regum* & quidem antiquiorum pernoſcendæ inſeruiunt CLAVDII CHRISTOPHORI LYSCHANDRI *Danske Kongers Slægtebog, Hafniæ 1622. f.* ſiue Liber *Genealogiæ Regum Daniæ a Dano I.* ad ſua tempora perductum, multaque induſtria congeſtum, in vetuſtioribus tamen, fabulis Annalium Gothlandicorum & Mythologorum Borealium nimium tribuit. PHILIPPVS porro CYPRAEVS *Genealogiam Regum Daniæ, Hafniæ 1622.* IV. foliis patentibus edidit, quæ exhibet ſtemmata Regum Daniæ Chriſtianorum & antiquorum Ducum Sleſuicenſium ex fa-

milia Danica oriundorum vſque ad Margarethæ obitum, nec non ceterorum Regum ac Ducum Familiæ Oldenburgicæ ex probatis auctoribus collecta. Cuilibet Regi ac Duci adiecta breuis vitæ & rerum geſtarum narratio. Regum ex ſtirpe *Oldenburgica* Genealogiam concinnauit REINERVS REINECCIVS, quæ ſubiuncta eſt ALBERTI *Stadenſis Chronico* ab ipſo *1587. f.* edito. IACOBI GERSCHOVII *Genealogia Regio-Danica, & Regio-Ducalis Holſatica* prodiit *Sleſuici 1639. 8.* Plures recenſet Dn. SIBBERN *Bibliotheca Dano-Norvegica p. 102. Particularium* quorundam *Daniæ & Norwegiæ Regum* Hiſtoriam ſingularibus commentariis plures expoſuerunt. Inter antiquiores potentia eminuit *Hrolfus Krakius*, cuius memorabilia ex Magiſtri GVALTERII Islandico libro in latinam, reſectis tamen quibusdam, tranſtulit THORMODVS TORFAEVS ſub titulo: *Hiſtoria Hrolfi Krakii Hafniæ 1705. 8.* qua huius inter potentisſimos in Ethnicismo Daniæ Reges celeberrimi principis, res, ab Auo eius *Halfdano II.* & Patre *Helgio*, huiusque fratre *Hroare* ſecundum monumentorum Islandicorum manuductionem, deductas, & a fabulis quantum fieri poteſt vindicatas cumque aliis hiſtoricis, in primis Saxone, diligenter collatas & magnam partem conciliatas, exhibet. *S. Canuti* Vitam conſignauit AELNOTHVS Monachus *Cantuarienſis*, quæ edita primum cura HARALDI ſiue ARNOLDI HVITFELDII Regni Cancellarii, *Hafniæ 1602. 8.* & IOANNIS MEVRSII additis notis quæ tamen, vt a rerum Danicar. non admodum gnaro, non multum lucis adferunt, acceſſit *Anonymus* de Paſſione *S. Caroli Comitis Flandriæ Canuti F.* Addantur Collectores *Actorum Sanctorum Antwerpienſes* in vitis *Canuti* & *Caroli*, *Hafniæ 1631. 4.* & iterum ibid.

ibid. 1657. 4. Italico ſermone ſancti huius Regis memoranda complexus ANDREAS ANGELETTVS Italus, Carmelita Saxoniæ Prouincialis, edita: *Vita e Miracoli de S. Canuto Martire Re della Dania, Roma* 1667. 4. eademque *latine* prodiit, hac inſcriptione: *Vita ac Miracula S. Canuti, Martyris, Regis Daniæ, vel Danemartiæ, Romæ* 1667. *f.* in qua ſimul laconice exhibetur hiſtoria ſanctitatis, martyrii & heroicæ virtutis Regum ac Principum illi ſanguine coniunctorum. *Italico* quoque ſermone exarata: *Vita & mors S. Canuti* auctore HANNIBALE ADAMI, *Romæ* 1652. 4. Semiramidis illius Septemtrionis Reginæ *Margarethæ* res & laudes celebrauit ERASMVS MICHAELIVS LAETVS heroico carmine, inſcripto: *Margarethicorum Libri X. de conflictu inter Margaretham Daniæ Reginam & Albertum Regem Sueciæ, Francofurti* 1574. 4. ſed ad hiſtoriam parum conferunt. *Vitæ Olai I.* ſiue *Olai Triggonis* vel *Trygguini*, Regis *Noruagiæ*, auctor eſt ODDVS Monachus, eamque Islandico ſermone condidit, quam eadem lingua edidit THEODORVS THORLACIVS *Schalholti* 1689. 4. & *iterum* 1690. 4. *Olai* S. Tryggonis in Regno Norwegico ſucceſſoris *Hiſtoriam* rythmis Suecicis expoſitam, cum quibusdam Diplomatibus & inſtrumentis Iemptiam & Norwegiam ſpectantibus edidit IOANNES HADORPHIVS, *Holmiæ* 1675. 8. Fragmentum *Hiſtoriæ S. Olai*, Gothica lingua ſcriptæ produxit OLAVS VERELIVS 1665. 8. *Haraldi* Nigri Regis *Vplandorum* in Norwegia compoſuit ediditque THOARINVS ERICIVS *Hafniæ* 1658. 4.

§. V.

Regum ex vetuſtiſſima *Comitum Oldenburgenſium* proſapia oriundorum res a clarisſimis doctisſimisque hominibus deſcriptæ. De *Chriſtiano* I. extant:

HARALDI f. *Arnoldi* HVITFELDII *Hiſtoriske Beskrivelſe af K. Chriſtiern den Foerſte, Hafniæ 1599. 4. & ib. 1652. f.* in opere hiſtorico ſupra iam laudato. Alia ad res *Chriſtiani I.* illuſtrandas pertinentia, cum primis anecdota, indicat ſolerter Dn. *Sibbern p. 169. Ioannis* Regis memorabilia leguntur in PETRI PARVI *Roſæfontani*, Equitis Dani, Eloquentiæ quondam in Academia Hafnienſi Profeſſoris *Hiſtoria de rebus Iohannis Regis Daniæ, Hafniæ 1560. & 1597. 4.* edita, terſoque dicendi genere perſcripta, ſi non ea potius *Ioa. Suaningio*, vt multi putant tribuenda eſt, huic præmiſſa: Eiusdem PARVI, *Refutatio calumniarum cuiusdam Ioannis Magni, Gothi Vpſalienſis, quibus in Hiſtoria ſua ac famoſa oratione Danicam Gentem inceſſit*, quæ hac in controuerſia prodierint ſcripta alia indicat curioſe diligenterque Dn. *Sibbern p. 171. ſeq. Chriſtiani II.* infelicis Regis geſta & fata grauiter & prudenter deſcripſit IOANNES SVANINGIVS in opere amplo Hiſtoriæ Danicæ, quod MSCtum adhuc latet, ſed hæc inde decerpta vtiliter & edita ſunt, præfixo titulo: *Speculum Regis Chriſtierni II. Francofurti 1658. 12.* in meo autem exemplo ita conceptus: *Chriſtiani II. Daniæ, Sueciæ & Norwegiæ Regis Vita, 1670. 12.* ſine loci mentione. Ex *Actis publicis* ſub eo Rege notamus memorabiles raroſque libellos, nimirum: CORNELII SCEPPERI Regis huius Vice-Cancellarii & in exilio comitis *Reſponſio ad emiſſos contra Chriſtianum II. Daniæ Regem Lubicenſium articulos, quibus ſuſcepti aduerſus eum belli rationem præſcribunt a. 1524. 4. Witteb.* per *Melchiorem Lotherum*, qua confutatur ſcriptum *Lubecenſe* cui titulus: *De Oerſaken wo de van Lübeck mit aeren Verwandten, uth rechter unumgænckliCher Noth, tor Gegenwehr tegen Koning Chriſtiern ſind gedrungen, Lübeck 1523. 4.* quod & reperitur idiomate Miſnico in IOHANNIS PETERSEN *Holſteiniſcher*

niſcher Chronick P. IV. p. 1226. & *Danice* apud *Huitfeldium T. VI. p. 1226. ſeq. Friderico I.* agnato a Danis electo oppoſita *Eiusdem* CORNELII DVPLICII SCEPPERI *Reſponſio illuſtriſſimi Domini Chriſtierni Daniæ Regis ad duas Epiſtolas* (ad Imperii Romani Electores & Principes a. 1523. datas) *quibus rationem belli aduerſus eum ſuſcepti illuſtriſſimus Holſatiæ Dux Fridericus illius patruus reddere conatur itemque rationem & cur eundem expulerit & Regnis & Ducatibus ſpoliarit, ſubiungit 1524. 4.* per *Melchiorem Lotherum* typographum. Sed dedit *Fridericus* Rex, auctore forte PETRO SVAVENIO, Equite Pomerano & Friderici Conſiliario *Reſponſionem ad Chriſtierni patruelis Calumnias*, ſine loci & anni, in meo exemplo, mentione 4. Addatur: CANVTI GÜLDENSTERNII Toparchæ Suerneſenſis & Præpoſiti Wiburgenſis *Apologia Nobilitatis Danicæ contra Chriſtianum II. Regem expulſum & captum.* Nec hic omittendæ: IACOBI ZIEGLERI Mathematum Profeſſoris Vpſalienſis *Relatio de Chriſtierni II. Daniæ Regis attentatis in Sueciam & crudelitate perpetrata in Proceres eius*, quæ extat *Tomo II. Freheriano*, adiecta quoque KRANZII *Hiſtoriæ Regnorum Septentrionalium, Francofurti 1575. f.* cura *Ioa. Wolffii editæ*, vt &: *Incerti* AVCTORIS *Rerum geſtarum ſuccincta narratio, quæ in Dania & Suecia aliisque finitimis locis ab an. 1510-1520. Chriſtierno II. Rege Sueciæ imperante acciderunt, quibus adiecta eſt eiusdem Regis Vitæ & Coronationis breuis deſcriptio*, quæ proſtat *Tom. II. Schardiano.* De *Chriſtiani III.* rebus præclare commentatus STEPHANVS IOHANNIS STEPHANIVS *Hiſtoriæ Danicæ Libris II. qui res memoratu dignas complectuntur in Dania geſtas regnante Chriſtiano III.* ab an. C. 1550. ad an. 1559. quod poſtumum opus, ſtudio *Ioannis Iani Sua-*

ningii editum *Soræ 1650.* iam additum *Cragii Hiſtoriæ Chriſtiani III. p. 331.* Hic enim NICOLAVS CRAGIVS multa prudentiæ laude & pragmatica ſcribendi ratione condidit *Annalium Libros Sex, quibus Res Danicas ab exceſſu Friderici I. ac deinde a glorioſisſimo Rege Chriſtiano III. geſtæ ad annum vsque 1550. enarrantur*, quibus vt iam indicatum S. I. STEPHANII *Hiſtoriæ Danicæ Libri Duo* additi, quibus reliqua Regis Acta deſcribuntur, *Hafniæ 1737. f.* Præmiſſa elegantisſima, eruditisſimi IOA. GRAMMII Præfatio, acceſſere Additamenta quædam ſtatum Regni & Eccleſiæ Danicæ illuſtrantia. IOANNIS ISAACII PONTANI *Vitam Chriſtiani III. Daniæ & Norwegiæ* primum in lucem edidit IOANNES HÜBNERVS iunior, *Hanoueræ 1729. 4.* atque ſub finem p. 100. Mantisſam omnium Scriptorum *de Chriſtiano III.* addidit. Minora ſcripta de rebus *Chriſtiani III.* & acta publica euolue apud *Sibbern p. 178. 179.* nec non monumenta inedita *p. 180. Friderici II.* res expoſuit, Danico idiomate PETRVS IOHANNES RESENIVS commentariis, quibus index datus: *Kong Frederichs den Andens Kroenicke, Hafniæ 1680. f.* in qua regimen eius per XXIX. annos ab a. nempe 1559. ad an. 1588. laudabiliter adminiſtratum, deſcribitur. Varia ſubſidia ad hiſtoriam huius Regis conduxit, bibliopolis ſtudioſe per compilationem variorum librorum inſeruiens CASPARVS ENS, Lorchenſis *Hiſtoria rerum Danicarum Friderico II. inclytæ memoriæ rerum potiente, Francofurti 1593. f.* qua collectanea ad res terra marique geſtas bella Dithmarſicum & Suecicum pertinentia leguntur, cum recenſione eorum, quæ in vitam & mortem prædicti Regis inciderunt. Inſertæ ſunt tabulæ aliquot in æs inciſæ, quæ ſingula hiſtoriæ capita ad viuum exprimere debent. Quædam ipſi ſuppedi-

ditauit *Henricus Ranzouius*, Heros in Toga & Sago, cuius & monumenta in Regis honorem erecta exhibet hæc compilatio. Huc etiam pertinent: ANDREAE SEVERINI VELLEII *Chronologia rerum Friderico II. Rege imperante ab anno 1533. ad a. 1588. geſtarum*, quæ vna cum *Genealogia Regia* & Oratione funebri, prodiit *Hafniæ 1588. 4.* alios minores & ineditos indicat Dn. *Sibbern p. 184.* memorabile maxime regnum huius *Friderici II.* fecere Bella *Dithmarſicum* & *Suecicum* variis literarum monimentis celebrata. CHRISTIANVS enim CILICIVS ſiue potius HENRICVS RANZOVIVS, IOANNIS Filius, compoſuit *Veram Belli Dithmarſici An. 1559. geſti Deſcriptionem Libris II. comprehenſam*, ſingillatimque editam *Baſileæ 1570.* & *Argentorati 1574.* & cum *Kranzii Chronico Rer. Borealium* Edit. *Francof. 1575. & 1583. f.* Eiusdem Belli hiſtoria germanice prodiit, ſub titulo: *Wahrhaftig und kurze Verzeichniß des Krieges, welchen Kœnig Friederich zu Denemarck 1559. wieder die Dietmarſen geführet, Straßburg 1569. 4.* De Bello *Suecico* ineditos ſcriptores & Acta indicat *Sibbern p. 190. Chriſtiani IV.* Regis res maxime commemorandas illuſtrant & variæ Orationes, deſcriptiones ſolemnium, & Acta libellique publici Bella cum Ferdinando II. Imp. & Chriſtina Sueciæ Regina, illuſtrantes diligenter a Dn. *Sibbern p. 193. ſeqq.* recenſiti, quorum longam ſeriem hæc Bibliotheca noſtra non capit. Multus in laudibus *Chriſtiani IV.* celebrandis eſt Gallus ſcriptor, qui in Dedicatione Mareſchallo *Crequio* facta *Peleum* ſe appellat in *Hiſtoire de la derniere Guerre de Suede, à Paris 1622. 8.* qua Bellum *Chriſtianum IV.* inter & *Carolum IX.* Regem Sueciæ deſcripſit. Inſignem quoque auctor diligentisſimus Bibliothecæ Danicæ Dn. *Sibbern* libellorum & orationum apparatum de

rebus & virtutibus *Friderici III.* Regis conduxit *p. 202. ſeqq.* ex quo ſelectiores ſaltim notabimus, nimirum memorabiles euentus in Dania tempore huius Regis, iuſſu *Petri Seguierii* Franciæ Cancellarii diligenter annotatæ a LINAGE *de* VAVCIENNES in *Memoires de ce qui s'eſt paſſe en Suede & aux Provinces voiſines depuis l' an. 1645. jusqu' en 1655. Cologne 1677. 12. 3. Voll.* quæ & *Negotiations de* CHANVT appellantur, quia huius Legati Gallici *Chanut* acta per integrum decennium, ſcripto hoc eleganti Diario conſignauit *Vauciennius. Belli Dano-Suedici ſedem & originem* oder *kurze Beſchreibung der Mitternæchtigen Kœnigreichen Dænnemarck Norwegen und Schweden*, edidit anonymus I. G. K. *Amſtelodami 1650.* quo libro deſcriptionem trium Regnorum geographico - politicam, breuem bellorum omnium inter vicina hæc regna enarrationem & demum Hiſtoriam Belli inter *Fridericum III. & Carolum Guſtauum* geſti exhibet. Singularia multa, cauſſas euentusque huius Belli illuſtrantia dant TERLONII Franciæ ad Reges ſeptentrionales legati perelegantes commentarii, ſiue *Memoires du Chevalier de Terlon, pour rendre compte au Roi, de ſes Negotiations depuis l' annee 1656. jusqu' en 1661. Paris 1682. 8. 2. Voll.* Actorum titulos exhibet *Sibbern p. 209.* In his bellis memorabilem *Obſidionem Hafnienſem* quam plurimi deſcripſere vtpote VITVS BERINGVS, cuius *Obſidio Hafnienſis, & eorum, quæ ea durante illuſtria per Septentrionem contigere ſtricta enarratio, Hafniæ 1676. 4.* Magni eſt momenti in Regis huius Hiſtoria *Statuum Danicorum Declaratio de Regno electiuo in ſucceſſiuum mutando*, quæ apud GASTELIVM *de Statu Europæ p. 258.* proſtat; quaque abſoluta & hæreditaria poteſtas ipſi oblata fuit. De Bello *Friderici III.* exorto cum Angliæ Rege Carolo II. ex occaſio-

ne

ne quod Dani Claſſem Batauam in portu Bergenſi tutandam ſuscepiſſent edita, OROSII ANNILONIS ſiue VITI BERINGII egregia rebus & panegyrica verbis Diſſertatione de *Bello Dano-Anglico deque diſſenſionum inter geminos Populos contentionumque cauſis, inprimis autem de iniquitate Anglici ſcripti, quo in denuncianda hoſtilitate & gentium perpetuas conſuetudines & ſupremam per orbem maieſtatem violarunt.* prodiit *iuxta exemplar Pariſiis* impreſſum 4. Ad glorioſi Regis *Chriſtiani V.* regnum & hiſtoriam varios libellos & acta conſignauit *Sibbern p. 218. ſeqq.* breuis ſcriptio eſt: *Tage-Regiſter über K. Chriſtiani V. Lebens- und Regierungs-Geſchichte, Copenhagen 1702. 8.* cuius auctor creditur ERNSTIVS Politiæ Ciuitatis Hafnienſis Magiſter. Non omittendæ: *Memoires de Danemarc contenant la Vie & le Regne de Chretien V. traduits de l' Anglois à Vtrecht 1707. 8.* quibus quædam ad controuerſias Holſaticas leguntur. Exactior Hiſtoria a variis condita nondum vidit lucem, ſi ea excipias quæ de Rege HOLBERGIVS iam laudatus commemorauit, quod & de vita rebusque *Friderici IV.* Regis dicendum, de quo minora quædam ſcripta commemorauit *Sibbern p.234.* Cauſſas *Belli* ab eo cum *Suecis* geſti aperit ſcriptum quod ex calamo CHRISTOPHORI HENRICI AMTHOR profluxit, ſub titulo: *Hiſtoriſche oder Vernunfftmæßige Unterſuchung der Urſachen, durch welche die zwiſchen Dænnemarck und Schweden vor etwa 100. Jahren her vorgefallene Streitigkeiten ſich entſponnen &c. 1715. 4.* Belli ipſius publicam hiſtoriam, quod ad initia deſcribere cœpit ANONYMVS in *Hiſtoriſcher Einleitung zu den Krieg in Norden, Lipſ. 1710. 4.* ſcripta quædam publica partium belligerantium & adminiſtrorum cum narratione euentuum ex ephemeridibus & nouellis con-

congeſta, exhibet: *Hiſtoriſche Nachricht von dem Nordiſchen Kriege, mit unpartheyiſcher Feder entworffen, von* C. T. F. *von* H. ſiue Dn. ZSCHACKWIZIO, *Freyſtadt* ſ. potius *Ienæ 1716. ſeqq. 8. VII. Tomis:* *Chriſtiani VI.* res religioſe, iuſte, prudentisſime geſtæ dignæ quæ ab excellentiſſimis ingeniis, Seculorum venerationi perennibus conſecratæ monimentis, exponantur. Regum & veterum & recentiorum res ex nummis aliquam lucem accipere poſſunt, qui exquirendi cum in BRODERI BIRCHERODII *Specimine antiquæ Rei monetariæ Danorum, ab antiquisſimis temporibus ad initium Stirpis Oldenburgicæ, Hafniæ 1701. 4.* cum figuris æneis; tum in *Muſeo Regio ab* OLIGERO IACOBAEO *primum deſcripto, poſtea ab* IOHANNE LAVERENZEN *inſigniter locupletata in fol.* qui liber inſignem Nummorum præſertim recentiorum apparatum exhibet.

§. VI.

Inter viros illuſtres & Heroes Danorum refertur *Holgerus* Danus, qui Carolo M. imperante vixit, de quo *Holgero Dano* extat THOMAE BARTHOLINI, iunioris, Diſſertatio hiſtorica *Hafniæ 1677. 8.* edita, qua cuncta quæ inuenire potuit iuuenis tum XVIII. annos natus de hoc heroe conduxit & annotauit. Eſt & Chronicon de hoc *Holgero* Francica lingua conſcriptum, editum ſub titulo: *Oger le Danois Duc de Dannemarke &c. Paris 1583. editum*, quod CHRISTIANVS PETRAEVS Canonicus Lundenſis iuſſu *Chriſtiani II.* R. in Danicum ſermonem verſum, *Pariſiis* imprimi curauit, in *Dania* poſtea omiſſo interpretis nomine, aliquoties recuſum. In *Germanicum* quoque idioma per *Conradum Egenbergerum* translatum, prodiit *Francofurti.* *Abſalonis Huide* ſummi & in ſalutem Daniæ nati Archi Præ-

ſulis

ſulis *Vitam*, egregie ſermone vernaculo ſcripſit vir doctiſſimus ERICVS PONTOPPIDANVS, quam tanquam ſpecimen eius *Annalium Eccleſiæ Danicæ* inſertam cum voluptate legimus in der *Däniſchen Bibliothec P. II. p. 1. Teſtamentum* eiusdem *Abſalonis Archi-Epiſcopi Lundenſis ex MSS. eruditisque notis* illuſtratum dedit OTTO SPERLINGIVS, *Hafniæ 1707. 8. Nicolai Kaaſi* Daniæ & Norwegiæ ſub Friderico II. Cancellarii Viri eruditisſimi *Vitam & mortem* deſcripſit IOANNES OLAVS SLANGENDORPIVS, *Hafniæ 1594. 4. Chriſtiani Friſii* itidem Cancellarii *Memoria* a IOANNE RESENIO Oratione ſolenni commendata, quæ excuſa *Hafniæ 1640. 4.* de aliis vide *Sibbern p. 239.* Nec tamen heic omittendi aliquot libelli de fortuna & fatis *Corficii Vhlefeldii* ſupremi quondam in Aula Regni Daniæ Magiſtri, plures apud *Sibbern p. 204.* euoluendi. Notamus autem EIVS *Apologiam*, germanice editam: *Ehren-Verantwortung Corfitz Vhlefelds wieder Dina und Walther 1652. 4.* quæ eodem anno *latine* in 12. edita, nec non *belgice* ſub indice: *Afgedrongene Verantwordinge van Corfiz Vhlefeldt.* Ab eodem ſcriptæ & editæ: *Cauſæ, quæ Daniæ Regno (ad tempus) excedere compulerunt Corficium Vhlefeldium Magiſtrum Palatii Regni Daniæ 1652.* Auctore, vt eruditi viri volunt IACOBO HENRICO PAVLI edita. CORFICII VHLEFELDII *Machinamenta 12.* & *Danice: Corfitz Vhlefeldts liſtige Practicken 12.*

§. VII.

*Vrbes Inſulæ*que celebriores *Danicarum* Prouinciarum ſingularibus commentationibus deſcriptæ. *Samſonæ* ſiue *Samſoæ Inſulæ Deſcriptionem* egregiam fecit PETRVS IOANN. RESENIVS *Hafniæ 1675. f.* quæ ſpecimen eſt vaſti Operis quod molitus eſt ſub elogio: *Atlantis Danici XII. Tomis abſoluendi*, in

in quo omnes Regni Daniæ Prouincias, imagineſque regionum, ciuitatum, arcium aliarumque rerum memorabilium in æs inciſæ, exhibere voluerat, addita exegeſi latina. Autographum in Bibliothecam Academicam illatum fatali incendio 1728. periit. Decerptæ tamen quædam inde partes iam illatæ *Bibliothecæ Danicæ, Parti II. p. 32.* ſub rubro: *Auszüge aus des Herrn Petr. Ioh. Reſenii Dæniſchen Atlas, was Seeland überhaupt, und die Stadt Roeskilde inſonderheit betrifft*, cum variis additamentis, & *P. III. p. 1. N. I. Auszug aus Reſenii Dæniſchen Atlas, was Ringſted, Slagelſe, Antuorsko und Sora betrifft mit Beylagen;* atque *N. III. Fortſetzung der Beylagen zu Reſenii Dæniſchen Atlas*, e. gr. *Diplomata Ringſtadienſia, Antuorskovienſia &c.* Metropoleos *Hafniæ Delineatio Topographica æri inciſa*, cum breui locorum enarratione Danico Germanica eodem RESENIO auctore prodiit *Hafniæ 1674. fol. patenti.* V. C. ERICVS PONTOPPIDANVS curate ſcripſit *Memoriam Hafniæ, oder kurzgefaßte Beſchreibung der kœniglichen Dæniſchen Haupt- und Reſidenz-Stadt Copenhagen, Glückſtadt 1738. 4.* qua ſimul de vicinis Regiis palatiis & arcibus *Friedrichberg, Iagersborg, Fredensborg, Friderichsborg, Cronenborg*, cum oppido *Helſingör* fit expoſitio, quæ tamen poſtea maximam partem *Theatro* ipſius Daniæ ſupra laudato, ſunt inſerta. IOA. ADAMI BERGII *Deſcriptio Arcis Fridericoburgenſis germanice* facta, edita *Hafniæ 1646. 4.* Summa & exquiſita diligentia, labore infatigato PETRI TERPAGERI illuſtratæ *Ripæ Cimbricæ, ſiue Vrbis Ripenſis Deſcriptio, Flensburgi 1736. 4.* ex antiquis monumentis, bullis, diplomatibus eruta, cui inſertæ *Vitæ* Epiſcoporum *Ripenſium.*

§. VIII.

§. VIII.

Ad Hiſtoriam *Eccleſiæ Danicæ* pertinentes Scriptores *Cap. IX.* diligenter recenſuit Dn. *Sibbern.* Nos heic ſelectiores dabimus. Extat IOANNIS SLANGENDORPII Theologi Hafnienſis *Oratio de initio & incremento Religionis Chriſtianæ in Dania*, edita *Hafniæ 1581. 8.* Iungenda huic FRIDERICI ARNKIEL *Trogillii F. Rettung des erſten Nordiſchen Chriſtenthums, wieder Gottfried Arnolds vielfæltige Verſtell- und Verdrehungen, Glückſtadii 1712. 4.* Addatur, qui ſimul de repurgatis ſacris commemorat MAGNVS MATTHIAE Lundenſis in Scania Epiſcopus Libro *de prima Chriſtianismi in Daniam introductione, religione ibidem reformata, ac Scaniæ Epiſcopis, Archi-Epiſcopis & Superintendentibus, Hafniæ 1710. 8.* a *Thoma Bartholino* iuniore, cum breuibus Prolegomenis editus. *Epiſcoporum Daniæ* generalem Hiſtoriam dedit ARNOLDVS HVITFELDIVS, *Krönike over Danmarks Biſtzer*, ſiue *Hiſtoria Epiſcoporum Regni Daniæ, Hafniæ 1599. 4.* recuſa *ibid. 1652. 4.* quæ partem *Hiſtoriæ* ipſius omnis *Danicæ* facit. *Specialium Epiſcoporum* notitiam & *Catalogos* euolue apud Dn. *Sibbern p. 301.* In condendis *Annalibus Eccleſiæ Danicæ* occupatus eſt ſæpius iam excitatus doctisſimus vir ERICVS PONTOPPIDANVS, qui ſpecimen horum præclarum exhibuit in *kurzgefaßter Reformations-Hiſtorie der Dæniſchen Kirche, Lübeck 1734. 8.* ſtilo culto, ex optimis ſubſidiis petita. Addo BERNHARDI RAVPACHII elegantem libellum de *præſenti Rei ſacræ & literariæ in Dania Statu, Hamburgi 1717. 8.* Paucis ab hinc annis edi cœpta eſt egregia Sylloge, ſub titulo: *Dæniſche Bibliothec, oder Sammlung von alten und neuen gelehrten Sachen aus Dannemarck, Copenhagen und Leipzig, Pars I. 1738. 8. Pars II.* ibid. eod. an.

Pars

Pars III. 1739. 8. qua varia monimenta, vitæ theologorum & illuſtrium virorum epiſtolæ, recenſiones veterum & recentiorum librorum ad res eccleſiaſticas & literarias pertinentia, inedita varia omnis hiſtoriæ, exhibentur.

§. IX.

Noruegiæ Regni chorographica *Deſcriptio* recentior legenda eſt in V. C. LVDOVICI HOLBERGII *Daniæ Deſcriptione* ſupra p. 1570. iam laudata. PETRI CLAVDII Paſtoris Vndalini, *Deſcriptio Noruegiæ Topographica*, *Danice* excuſa ſub titulo: *Norriges og omliggende Oers ſand fardige Beskrivelſe &c. Hafniæ* 1632. 4. quæ adhærere ſolet *Snorre Sturleſsöns Norſke Kongers Kronike*, de qua mox dicendum, a *Claudio*, editæ. Interprete *Chriſtophoro Steinkuhlio*, germanico idiomate edita hæc Caudii Topographia, præfixo titulo: *Eigentliche Beſchreibung des Kœnigreichs Norwegen* 1686. 4. qui tamen lectis aliis Nornegicis ſcriptoribus ſeriem regum ab Haraldo Harfagero ad Margaretham Danicam addidit, & appendicem adiecit de moribus Gentis & Notitia omnis Noruegiæ. Adhibenda quoque eſt: IANI LAVRENTII WOLFFII Bibliopolæ Hafnienſis *Norriges, Islands og Groenlands Beskrivelſe, Hafniæ* 1651. 4. atque MICHAELIS PETRI ECHOLTI, Paſtoris in Noruegia Aggerhuſani *Geologia Noruegiæ*, *Chriſtianiæ* 1657. 4. eaque de ſitu, natura, fertilitate commentatus. Methodo commodiori & multa cura confecta IONAE RAMI *Norriges Beſkrivelſe*, ſiue *Deſcriptio Noruegiæ*, quæ *Hafniæ* 1735. 4. formis impreſſa. Primus qui de rebus & Regibus Noruegiæ annotauit memoranda quædam, eſt THEODORVS *Monachus*, Noruagus, cuius libellus inſigne antiquitatis monimentum cum aliis huius argumenti editus, hoc titulo: *Duo Commentarii hiſto-*

hiſtorici hactenus inediti, alter de Regibus vetuſtis Noruegicis; (Theodori) alter de profectione Danorum in Terram ſanctam, anno 1185. ſuſcepta, cura olim & opera IOANNIS KIRCHMANNI *Lubecenſis illuſtrati, nunc primum editi, ab huius Nepote* CASPARO KIRCHMANNO, *Amſtelodami 1684. 8.* In idiomate patrio *Iſlandico* ſcriptum ante quingentos annos inſigne *Chronicon Regum Norwegicorum* SNORRONIS STVRLONIDAE Iudicis Prouincialis Islandiæ, in Danicum transtulit PETRVS CLAVDII Paſtor Vndalinus, quæ verſio edita cura OLAI WORMII ſub titulo: SNORRE STVRLESSÖNS *Norſke Kongers Chronica, Hafniæ 1633. 4.* Deinde a *Gudmundo Olauio, Suecice* translatum & editum, ſub titulo: *Norlands Kongers Kronicke*, cum alia verſione noua *Suecica* & latina in lingua authentica vtiliſſimo conſilio, additis egregiis notis, produxit IOANNES PERINGSKIÖLD *Stockholm 1697. f. 2. Voll. Snorro* hic ſane præcipuus eſt, qui Hiſtoriam Regum Noruegiæ condidit, ſcriptor prudens, candidus, accuratus & elegans etiam in ſua patria lingua. IONAS RAMVS Noerrhugenſis in Noruegia ſacerdos primordia hiſtoriæ *Noruegicæ* exhibuit in Scripto, cui index: *Nori Regnum*, h. e. *Norwegia antiqua & ethnica, ſiue Hiſtoriæ Norwegicæ prima initia, a primo Rege Noro, vsque ad Haraldum Harfagerum, Chriſtianiæ 1689. 4.* quo ex antiquitatum fragmentis eos Reges conquiſiuit, quos *Snorro Sturleſonius* in ſuo Chronico omiſit, vel breuiter attigit ſaltim, coniecturis autem & hypotheſibus ex fabuloſis monumentis deſumtis nimium tribuit diligens auctor. Idem RAMVS danica lingua compoſuit *Norriges Kongers Hiſtorie, Kiobenhafn 1719. 4.* quo opere hiſtoriam vsque ad annum *1386.* deduxit, quo mortuo *Olao* Rege, Noruegiæ & Daniæ Margarethæ

filio, ſtirps Regum Noruegorum extincta eſt coniunctumque cum Dania dictum Regnum. IANVS porro MARTINI Paſtor Slangerupenſis edidit *Chronicon Regum Noruegiæ* danica lingua, hoc titulo: IENS MORTENSENS *Norſke Kongers Krœnicke, Hafniæ 1594. 8.* quod compendium eſt ex *Snorronis Chronico* decerptum, eſtque *Olaus Wormius* in ea fere ſententia, breuiarium hoc idem eſſe, quod *Petrus Claudii* in gratiam *Axelii Güldenſternii* collegerit, iam excitatum. Qui poetica amant, legere poſſunt: M. HALVARI GVNARII Noruegi, in Collegio Aslojenſi Theol. Lectoris & Archi-Presbyteri *Chronicon Regum Norwegiæ, olim idiomate Norwegico conſcriptum, nunc autem primo Elegiacis verſibus latine expoſitum, Roſtochii 1606. 4.* quo ſeries Regum ab *Haraldo Harfagero*, primo Norwegiæ Rege, vsque ad *Haquinum*, Haquini ſen. F. expoſita addita ſunt IOANNIS SADOLINI *Octoſticha* de Regibus Daniæ ſimul & Norwegiæ ab *Olao* Haquini F. ad *Chriſtianum IV.* Accuratiſſimum egregiumque plane Hiſtoriæ Noruegicæ ſyſtema eſt THORMODI TORFAEI, Noruegici Regis Daniæ Hiſtoriographi *Hiſtoria Rerum Noruegicarum, in Quatuor Tomos diuiſa, Hafniæ 1711. f. 2. Voll.* in qua præter Noruegiæ Deſcriptionem, primordia Gentis, inſtituta, mores, incrementa; & in primis Heroum ac Regum, tam ante, quam poſt Monarchiam inſtitutam Succeſſiones, eorumque domi iuxta ac foris geſta, cumque viciniis gentibus commercia, Genealogia item, Chronologia, & quæcunque ad Regni Noruegici illuſtrationem ſpectant, legas. Quæ plene, docte, ſummo labore ex Archiuis Regiis & optimis, quæ haberi potuerunt membranis aliisque fide dignis auctoribus conduxit, vsque ad tempora coniunctionis Daniæ & Noruegiæ a. 1389.

1389. Opus in Germania non vbiuis obuium. Stilum magis cultum in viri ſcriptis requirunt cenſores accurati & graues, atque obſeruant doctum accuratisſimumque Torfæum ex amore in patriam Islandiam, monimentis Islandicis & Eddicis nimium tribuiſſe fidei, primumque Tomum & partem ſecundi Hiſtoriæ huius Noruegicæ ſuauium plenum eſſe fabularum fictionumque. Quia olim ad Noruegiam pertinuere *Orcades* Inſulæ, addimus *Eiusdem* TORFAEI, *Orcades, ſiue Rerum Orcadenſium Hiſtoriæ Libros Tres, Hafniæ 1697. f.* & mutato forte tantum titulo *1715. f.* quorum primus, præter Inſularum ſitum numerumque, Comitum, Procerum, incolarumque origines, familias, geſta, & viciſſitudines, a primis Monarchiæ Noruegicæ incunabulis ad annum 1222. continua fere ſerie, exhibet; Secundus, primos Orcadum Epiſcopos, eorumque ſucceſſores, & qui poſtea vixerunt Comites, ſub Regibus Norvegiæ fiduciarios, tum etiam quæ de rebus Orcadenſibus & Hæbudenſibus exinde ad a. 1479. annotata, complectitur, vtroque aſſeritur Regum Noruegiæ Ius Dominii in Inſulas illas; Tertius Regum Daniæ & Noruegiæ ſtudia in Iure ſuo pacifice repetendo, continet, variis documentis ex Archiuis Regni aſſerta. Curioſæ variæ obſervationes de natura, moribus, inſtitutis hodiernorum Noruegorum & quæ ad commercia faciunt legas in *Itinerariis*, eorum qui haſce oras viſitarunt, quorum tamen commemorationes iudicio ſunt trutinandæ, qualia de MARTINIERE *Iter in Regiones Septentrionales*, quod *anglice* primum prodiit, deinde, interprete *Iohanne Langio*, *germanice*: MARTINIERE *neue Reiſe in die Nordiſche Landſchaften, das iſt, eine Beſchreibung von den Sitten &c. der Norweger, Lappländer, Killopen*

&c. ſamt einem Bedencken über den Irrthum unſerer Erd-Beſchreiber, wo nemlich Grœnland und Noua Zembla liegen, und wie weit ſie ſich erſtrecken, Hamb. 1675. 4. & *belgice* 1685. 4. idemque omiſſo nomine auctoris: *Reiſe nach Norden, worinn die Sitten derer Norweger, Laplander, Kiloppen, Borandier, Syberier, Muſcoviter, Samojeden und Islænder beſchrieben, Leipzig* 1711. 12. His iungenda SCHELLERI *Reiſe nach Norwegen*, Ienæ 8. in qua multa curioſe obſeruata. Inſulæ Noruegicæ *Loufoudiæ Deſcriptionem* ſingularem edidit DIETERICVS BRINO, quæ *Amſtelodami* 1683. 8. lucem vidit. *Bergenſis* in Noruegia inclitæ commerciis Ciuitatis fata ſtatumque egregio commentario vernacula ſua dedit celeberrimus Vir LVDOVICVS HOLBERGIVS, cuius index: *Den berœmmelige Norſter Handels-Stadt Bergens Beſkrivelnſe, Hafniæ* 1737. 8. quo & aliis obſcuris rebus Noruegicis lucem attulit. CHRISTIANI STEPHANI BAENGII eſt *Deſcriptio Vrbis Chriſtianiæ in Noruegia, ibid.* 1651. 4. excuſa. ANONYMI extat diligens *Deſcriptio Fodinarum Noruegiæ, Hafniæ* 1649. 4.

§. X.

In rebus *Islandiæ* Inſulæ, quæ tot olim poetas & hiſtoricos aluit, illuſtrandis, inſignem operam nauauit ARNGRIMVS IONAS, Paſtor Melſtandiæ in Islandia, nec non vicinarum Eccleſiarum Præpoſitus, vir egregie doctus, cuius eſt *Breuis commentarius de Islandia, quo ſcriptorum variorum (Adami* nempe *Bremenſis, Kranzii, Olai Magni, Münſteri, Friſii &c.) de Inſula hac errores deteguntur, & quorundam (*e. g. *Georgii Peerſe*, Germani auctoris, *mendacis) conuitiis in Islandos occurritur, Hafniæ* 1593. 8. Excerpta ex hoc libello, & aliis ſcriptis *Ionæ*, Reipublicæ Daniæ *Elzeuirianæ Lugd. B.* 1629. 16. editæ, inſeruit ſub inſcriptione

ptione: ARNGRIMI IONAE *tractatus* de Islandicæ Gentis primordiis & veteri *Republica* STEPHANIVS. Edita porro IONAE ARNGRIMI *Crymogæa, ſeu Rerum Islandicarum Libri Tres, Hamburgi 1609. 4.* cum tabula *Daniæ* & partium eius, geographica, annotantur quoque editiones *Hamburgi 1610. 4. 1618. 1630. 4.* ſed forte tantum tituli, vti fieri ſolet, mutati. Secutum huius IONAE *Specimen Islandiæ hiſtoricum & chorographicum, Amſtelodami 1643. 4.* qua hiſtoria Islandiæ ab an. *874.* quo habitari cœpit, deſcribitur & *Io. Iſaac. Pontanus* confutatur, qui Inſulam hanc veterum *Thulen* fuiſſe, aſſeruit. Dedit etiam ARNGRIMVS *Epiſtolam Patriæ defenſoriam, Hamburgi 1618. 4. Danieli Fabricio* eiusque commentis oppoſitam, atque *Anatomen Blefkenianam* editam in *Islandia* primum, inde *Hamburgi 1613.* qua conuitia *Dithmari Blefkenii* in Islandos contundit. Enimvero dedit DITHMARVS BLEFKENIVS *Islandiam, ſiue, de Populorum & mirabilium, quæ in ea Inſula reperiuntur accuratiorem Deſcriptionem*, cui ſub finem de *Grœnlandia* quædam ſubiecit, *Lugduni Bat. 1607. 8.* Viderat equidem ſcriptor Islandiam, moresque gentis inſpexerat, ſed eum falſo, inſulſe & calumnioſe quædam commemorare aſſeruit *Arngrimus*, cui & *Reſenius & Torfæus* conſentiunt, qui effrontem eius audaciam & ſtupendam temeritatem notant, qualem cenſuram & DANIEL FABRICIVS accepit, qui de *Islandia & Grœnlandia* librum expoſuit *Roſtochii 1616. 8.* Leuiora ſcripta ſunt THEODORI THORLACII Islandi, Diſſ. de *Islandia, Wittebergæ 1686. 4.* & HIERONYMI MEGISERI *Septentrio Nou-antiqua, ſiue die Nord-Welt, Island, Grœnland, Frieſsland, und Eſtotiland, Leipzig 1653. 12.* Antiquiora tempora illuſtrant edita quædam monimenta a veteribus Islandis condita, nempe

HAVKI *Islandiæ* Legiſeri: *Saga Landnama om fyrſtu bygging Islands af Nordmænnern*, *Scalholti 1688. 4. Saga* hæc ex lingua *Runica* quoque in *Suecicam* verſa a doctiſſimo viro IOANNE PERINGSKIÖLD editaque *1697. f.* Nec omittendæ ARII FRODAE Polyhiſtoris Schedæ, ſiue libellus de *Islandia*, *Islandice* cum verſione latina, notis & Lexico vocum veterum, illuſtratæ cura ANDREAE BVSSAEI, *Hafniæ 1733. 8.* cuius antiquisſimi ſcriptoris & hiſtorici editionem promouit ſumtu ſuo Dn. Comes de *Plelo* Legatus Regis Galliarum in Dania, *Buſſæo* & literaturæ veteri fauentisſimus, vid. *Bibliothecam Danicam P. II. p. 431.* Islandiæ iungenda Inſula *Feroa*, de qua legenda LVCAE DEBESII Paſtoris Torhaunienſis & Eccleſiarum huius Inſulæ Præpoſiti: *Feröa reſerata*, *ſiue Færœrins Segerrønske Indbyggeris Beskrivelſe*, *Hafniæ 1673. 8.* & *anglice 1677. 8.* qua de natura, fertilitate, incolis & cetera notitia copioſe docteque commentatus. Addatur THORMODI TORFAEI Commentatio hiſtorica *de rebus geſtis Færeyenſium*, *ſeu Faroenſium*, *Hafniæ 1695. 8.* qua geſta gentis, quæ parcius commemorauerat *Debeſius*, ex Codice Flateyenſi, exponit, adiecitque Indicem Epiſcoporum Færoënſium ex antiquis annalibus excerptum & in ordinem redactum.

§. XI.

De *Groenlandia* remotisſima in Europa Inſula paucula annotauit CLAVDIVS CHRISTOPHORVS LYSCHANDER Parochus Herſœglienſis & Chriſtiani IV. Hiſtoriographus in *Grœnlandſke Kroenicke paa Danſke Rym*, ſiue *Chronica Grœnlandiæ Danicis verſibus conſcripta*, *Holmiæ 1608. 8. Grœnlands Saga*, i. e. *Hiſtoria Grœnlandiæ*, *ab* ARNGRIMO IONA *latine* ſcripta, ex Verſione *Islandica* ab *Einaro Eiölfſon* facta, *Scalholti 1688. 4.* formis

mis impreſſa, inque linguam Danicam translatam edidit ANDREAS BVSSAEVS, *Hafniæ 1732. 8. Relation du Gronland*, quæ *à Paris* prodiit *1647. 8.* adſcribitur PEYRERIO illi, noto Præadamitarum auctori, quæ verſa *germanice* interprete *Henrico Siuers*, ſub titulo: *Bericht von Grœnland, gezogen aus zwo Chroniken, einer alten Ibslændiſchen und einer neuen Dæniſchen, Hamburg 1674. 4.* cum fig. æneis. Elegans & egregius liber THORMODI TORFAEI inſcriptus: *Grœnlandia antiqua, ſeu veteris Grœnlandiæ deſcriptio, Hafniæ 1708. 8.* quo, recenſitis in Præfatione de hac Inſula Scriptoribus, & monimentis vnde ſua ſumſerit, cœli marisque naturam, terræ, locorum & villarum ſitum, animalium terreſtrium & aquatilium varia genera, gentis originem, & incrementa, Statum politicum & eccleſiaſticum, geſta memorabilia & viciſſitudines ex antiquis monumentis præcipue Islandicis collecta, curate expoſuit, nouamque in has terras viam præfectis Aerarii regii examinandam, propoſuit. Additæ quinque Tabulæ Geographicæ Grœnlandiam exhibentes. Extat ex belgica lingua: *Naukeurige Beſchryvinge van Gronland, Amſterdam 1678. 4.* duobus libris exhibita, quorum primo de natura & inuentione veteris & deperditæ Gronlandiæ, alter de hodierna Gronlandia habitabili, exponit. Memoratur & *Gallica* Relatio de *Grönlandia, Pariſiis 1663. 8.* edita, quam nunquam vidi. Notitiam hanc ſupplent varia in haſce oras *Itineraria*, nimirum IANI MVNCKII, cuius *Relatio Itineris Grœnlandici, danice* primum exarata, editaque titulo: *det er beskrivelſe of Seigland og Reiſen, til Nova Dania 1619.* poſt alias editiones extat, *germanice, Francofurti 1650. 4.* cum figuris alios inter libros itinerarios iunctim per *Leuinum Hulſium*, editos.

FRIDERICH MARTENS Hamburgenſis, qui Friderico III. rege ſuum iter ſuſcepit, iudice *Torfæo, Præfatione Vinlandiæ antiquæ* ventos & nugas vendidit, dubitatque vir ille harum rerum callentiſſimus, an vnquam viderit Grœnlandiam, prodiit ipſius: *Spitzbergiſche oder Grœnlændiſche Reiſe an. 1671. gethan, aus eigener Erfahrung geſchrieben, mit Figuren nach dem Leben geriſſen, Hamburg 1675. 4.* prodiit & *belgice, Amſterdam 1685. 4.* Subſidii etiam quid adferre poterit RVDOLPHI CAPELLI, Profeſſoris Hamburgenſis, *Orbis Arcticus, ſiue Vorſtellung Nordens, oder Bericht von einigen Nordlændern, und abſonderlich von dem ſo genannten Grœnland, aus Scribenten, welche zu unterſchiedenen Zeiten gelebet, gezogen, Hamburg 1675. 4.* cuius Parte ſecunda Deſcriptionem Grœnlandiæ dat, ex *Nicolai Zeni*, Nobilis Veneti, *Dithmari Bleſkenii, Hieronymi Megiſeri*, & denique *Georgii Nicolai Schulzii* Narrationibus de *Grœnlandia* breuiter contractam. Hisce Septentrionalis huius plagæ deſcriptionibus iungenda curioſa THORMODI TORFAEI *Hiſtoria Vinlandiæ antiquæ, ſeu Partis Americæ Septentrionalis, Hafniæ 1705. 8.* qua nominis rationem, recenſet, ſitum terræ, ex dierum brumalium ſpatio expendit, ſoli fertilitatem & incolarum barbariem, peregrinorum temporarios incolatus, vicinarum terrarum nomina & faciem, ex monimentis & antiquitatibus Islandicis in lucem produxit.

§. XII.

Notitiæ *Daniæ* & connexorum Regni ac Prouinciarum inſeruiunt, præter ea Opuſcula, quæ in *Rempublicam Daniæ Elzeuirianam* intulit STEPHANIVS, ſupra p. *1558.* relata, ANONYMI *Epiſtola de Regni Daniæ ſtatu, Francofurti 1659. 4.* & quæ idem argumentum tractat IOACHIMI

HA-

HAGEMEIERI Epiſtola *de Statu Daniæ, Sueciæ & Norwegiæ, Francoſ. 1678. 8.* Inter *Notitias Halæ* editas, quæ HENRICVM LVDOVICVM GVDIVM auctorem maximam partem habent, eſt & *Staat von Dennemarck. 8.* in qua compilatione multa & emendari & ſuppleri debent. Potiora Notitiæ Monarchiæ Danicæ capita Status veteris & maxime noui, eleganter expoſuit celeberrimus LVDOVICVS HOLBERGIVS in laudata iam *Dænnemarckiſcher, Norwegiſcher Staats- und Reichs-Hiſtorie*, quæ in *Germanicum* ex *Danico* verſa, prodiit *Copenhagen 1731. 4.* Cum iudicio legendus eſt in hoc argumento cuius multa capita attingit MOLESWORTH Wilhelmi III. Magnæ Britanniæ Regis in Aula Chriſtiani V. Regis legatus, qui omiſſo ſuo nomine edidit: *An Account of Dennemarck as it was in the Year 1692. London 1694. 8.* mordax ſane & maledicum ſcriptum, in gallicam translatum linguam, prodiit hoc indice: *Memoires de Mr.* MOLESWORTH *Envoye d' Angleterre en Dannemarck ſur l' Etat preſent de ce Royaume, Nancy 1694. 8. Vtrecht 1701. & Amſterdam 1695. 8.* ſub titulo: *Etat preſent de Danemarc par lequel on voit le fort & le foible de oette Couronne, à Londres 1694. 12. Germanice* verſum 1695. 4. editum etiam *belgice.* Refert præter calumnias illas tamen multa ſcitu dignisſima de Statu aulico, ciuili & militari, qualis ſub Chriſtiano V. erat. Narrationes huius viri falſas & criminationes iniurioſas notare voluit auctor ſcriptorum binorum ANONYMVS, qui equidem impar huic prouinciæ fuit, attulit tamen varia, quæ vtiliter leguntur, *anglice* primum publicatum, ſub rubro: *Dennemarck vindicated*, alterum: *The Common Wealthsmann unmasqued, or a juſt Rebuke of the Account of Dennemarck*, & prius *gallice*: *Defenſe du Danemark du*

libelle intitulé Relation de l' Etat &c. traduit de l' Anglois avec les Additions du Traducteur, Cologne 1696. 1698. 12. germanice, Cœln 1696. 4. editum, faſſus etiam ſcriptor libri: *Memoires du Danemarc contenant la Vie & le Regne du defunt Chriſtierne V. Roy de Danemarc, à Vtrecht 1701. 8.* ſe finem primum ſibi propoſuiſſe, vt quæ ex odio & liuore ſcripſerit *Moleswortbus*, commentariis hisce ſuis, oſtenderet, calumnioſe fuiſſe prolata. Notitiæ porro Status Danici quandam lucem adfundunt *Itineraria* hominum negotiis publicis admotorum, qui per tempus res Danicas inſpexerunt, quorſum ſpectant: *Les Voyages de Mr. le Haye; Baron de Courmeſrin en Danemarc, enrichis d'Annotations par le Sieur* P. M. L. *à Paris 1664. 12.* qui Legatus a. *1629.* in Daniam venit indeque in Ruſſiam abiit, idque potisſimum agebat, vt transuectionem mercium orientalium per Ruſſiam & Mare Balthicum, in Galliam, promoueret. CAROLI porro OGERII elegantioribus ſtudiis ornati viri, qui fuit in comitatu *Claudii Memmii*, Comitis *Avauxii* ad Septentrionis Reges Legati Gallici extraordinarii, cuius *Ephemerides*, *ſiue Iter Danicum, Suecicum, Polonicum*, additis NICOLAI BORBONII ad Legatum *Epiſtolis*, prodiit *Pariſiis 1656. 8.* & rarius inuenitur, quo varia de ſtatu Regni & aulæ ſub *Chriſtiano IV.* iucunde, curioſe, & ſtilo cultisſimo obſeruauit. De *Memoriis Terlonii* iam p. *1578.* obſeruatum. Inſunt & quædam huc pertinentia in *Voyage du Baron de la Hontan en Danemarc fait 1694. 12.* & perelegans eſt: *Relation du Voyage fait à Danemarc en 1702. à la ſuite de l' Envoye d' Angleterre, Amſterdam 1710. 12. 2. Voll.* cuius auctor Dn. *Vernon* Legati Anglici cognominis, cognatus, ſiue vt nonnulli volunt Fratris filius, Legationi a ſecretis, qui multo ſincerius ea quæ obſeruauit

vauit hisce in commentariis annotauit, quam *Molesworthius*, excerpta quoque quædam dedit ex Legibus Danicis Codiceque Regis *Chriſtiani V*, quem magnis laudibus ornat. Quibus ſane ex Legibus inſignis ſapientia legislatoria elucet non tantum, ſed & inſigne Notitiæ Danicæ caput continetur, editæ ſub titulo: *Regis Chriſtiani V. Leges Danicæ, quas Friderici IV. Regis permiſſu, quam poterat puris ſime & curatis ſime e Danico in latinum conuertit* PETRVS A. HOYELSINVS, *Hafniæ* 1710. 4. Egregias obſeruationes legas in eruditisſimi quondam Septentrionalium antiquitatum inueſtigatoris OTTHONIS SPERLINGII *de ſumme regio nomine & titulo Septentrionalibus & Germanis omnibus & aliis vſitato Konning & eius apud Danos origine eiusque poteſtate & maieſtate Commentario, Havniæ* 1707. 4. edito. Add. IVARI HERZHOLMI Liber *de præcellentia Regni Danici, Hafniæ* 1662. 4. De Quæſtione: *Daniæ Regnum, num antiquitus & ante Friderici III. fuerit electiuum an hæreditarium* grauis inter OLAVM BARONEM ROSENCRANZIVM & IOANNEM BVNONEM orta contentio. Prior *electiuum* ſtatuerat in *Apologia Nobilitatis Danicæ contra laruatum illum Franciſcum Irenæum* (i. e. *Eraſmum Vindingium*) *& propudioſum illum Holophantem Iohannem Bunonem Hiſtoriarum Profeſſorem in illuſtri Gymnaſio Lunaburgenſi aliosque Nobilitatis infenſisſimos hoſtes, Havniæ* 1681. 4. Sed repoſuit alter IOANNES BVNO *aduerſus Roſencranzium iuſtam & neceſſariam Defenſionem Lunæburgi* 1682. 4. quo ſcripto inter alia comprobare vult, Ius hæreditarium ab antiquis temporibus Regiæ Stirpi in Regno Daniæ fuiſſe.

CAPVT

CAPVT TRIGESIMVM SECVNDVM

DE SCRIPTORIBVS RERVM SVECICARVM ET GOTHICARVM.

§. *I. Scriptores, qui de Hiſtoricis Sueo-Gothicis, & Choro- ac Topographia expoſuerunt.*

§. *II. Hiſtoriæ antiquæ Sueo-Gothicæ monumenta: Sagæ, & quarundam editiones variarumque Antiquitatum Scriptores & de Lingua Runica & Gotho-Suecica.*

§. *III. Collectiones Scriptorum & monimentorum Hiſtoriæ Sueo-Gothicæ inſeruientium.*

§. *IV. Scriptores antiqui & recentiores, qui Syſtemata & Compendia Hiſtoriæ Sueo-Gothicæ dederunt.*

§. *V. Scriptores, qui Genealogias Regiæ Familiæ confecerunt & de ſingulis, maxime memorabilibus Regibus, commentati.*

§. *VI. Scriptores, qui Bellorum illuſtrium a Suecis confectorum Hiſtorias tradiderunt.*

§. *VII. Scriptores de Nummis & aliis Hiſtoriæ Suecicæ argumentis ſingularibus.*

§. *VIII. Scriptores de Finlandia & Lapponia.*

§. *IX. Scriptores de Vrbibus & Ciuitatibus inſignioribus.*

§. *X. Scriptores, qui de Nobilitate & Virorum illuſtrium rebus expoſuere.*

§. *XI. Scriptores ſelectiores ad Hiſtoriam Eccleſiaſticam Sueciæ &c.*

§. *XII. Scriptores, qui ad Notitiam Status publici faciunt.*

§. I.

Hiſtoricos Sueo-Gothicos, qui noſcere curate cupit, ſubſidia notitiæ varia inueniet in B. IOANNIS MOLLERI *Bibliotheca Septentrionis eruditi, Hamburgi & Lipſiæ*

Lipſiæ 1699. edita, in qua IOANNIS SCHEFFERI *Suecia literata* poſt editionem *Holmiæ 1680. 8.* factam, emendatius edita, & editoris hypomnematis hiſtoricis illuſtrata, comparet. Cui omnino iungenda ANDREAE ANTONII STIERNMANN, Regiſtratoris in Archiuo Regio, *Bibliotheca Suio-Gothica, in VII. Tomos* diſtributa, cuius *Tomus Secundus*, quem ſpeciminis inſtar in lucem publicam produxit, illuſtres Scriptores ab An. C. *1600.* ad *1632.* exhibet, typis impreſſus eſt *Holmiæ 1731. 4.* Add. ACTA *Literaria Regni Sueciæ ab An. 1720. vsque ad An. 1729.* duobus *Tomis 4.* edita. Nec non *Holmia literata*, *Holmiæ 1701. 4.* atque laudati STIERNMANNI *Aboa literata*, *Holmiæ 1719. 4.* In rebus Suecicis illuſtrandis ſingulariter meritus IOANNES MESSENIVS Wadſtenenſis, ſenior qui exhibuit *Chorographiam Scandinaviæ, ſeu Deſcriptionem vetuſtisſimam Regnorum Aquilonarium Sueciæ, Daniæ & Noruegiæ per venerabilem virum* ADAMVM *Eccleſiæ Bremenſis Canonicum a. 1062. nempe ante 540. elaboratam,* quam editor fideliter reuidit, & *Holmiæ 1615. 8.* publicauit. *Suecia ſiue de Suecorum Regis Dominiis & opibus Commentarius* Politicus inter *Elzeuirianas Reſpublicas Lugd. Bat. 1631. & 1633. in 16.* cura *Henrici Soteri* poſtea Rectoris Scholæ Gothoburgenſis editus, qua continetur: *Regni Sueciæ Geographica & politica Deſcriptio auctore* ANDREA BVREO, ſingillatim edita *Holmiæ 1626. 12.* porro, *de ingenio, moribus & conſuetudinibus Suecorum;* de *regimine politico & ciuili Regni Sueciæ;* de *vectigalibus regiis; de potentia Regis Sueciæ, tam mari quam terra; Series Regum Sueciæ;* Regia *Familia Sueciæ e Theatro Nobilitatis Suecano* IOANNIS MESSENII; de propagatione *Religionis* per *Sueciam* eiusdemque reformatione tempore *Lutheri*, item ſerie *Archi-Epiſcoporum Vpſalienſium;*

ſum. Vtilis liber eſt MICHAELIS WEXIONII poſtea GYLLENSTOLPE dicti, Aſſeſſoris in Dicaſterio regio Aboenſi rerum patriarum periti *Epitome Deſcriptionis Sueciæ, Gothiæ, Fenningiæ & ſubiectarum Prouinciarum, accuratius quam vnquam antehac edita Aboæ 1650. 8.* per *Petrum Hanſonium* excuſa. Scripſere equidem *Mollerus* in *hypomnematis* ad *Schefferi Sueciam liter. p. 394.* aliique, hunc librum in Suecia prohibitum fuiſſe ob arcana quædam Regni propalata, quod falſiſſimum dicit Dn. *Stiernman Bibl. Suec. T. II. p. 565.* nec arcana vlla in hoc libro occurrere, pronunciat. Quum tamen in Germania rariſſimus eſſet, vtili conſilio a B. *Simone Friderico Habnio Collectionis Monum. var. T. II. p. 124.* inſertus fuit. Inſunt & variæ obſeruationes huc pertinentes in huius WEXIONII *Politica ad modernum Imperii Suio-Gothici Statum accommodata, domeſticis paſſim exemplis illuſtrata, Aboæ 1657. 8.* quæ iubente Rege *Carolo Guſtauo* prohibita fuit, quia diſtinctio facta inter ſubditos & mere ſubditos, vel alia huic non diſſimilis. In hoc argumento quoque alii occupati fuere, nimirum: MARTINVS ZEILLERVS, cuius *Deſcriptio Sueciæ, Gothiæ & Finlandiæ, Amſtelodami 1651. 1656. 12.* edita & *germanice, Vlmæ 1658. 8.* IOANNIS LVDOVICI GOTHOFREDI *Inuentarium Sueciæ, oder Beſchreibung des Königreichs Schweden, Francof. 1632. f.* nitidis figuris æneis ornatum. Præſtat RVTGERI HERMANNIDAE *Peninſulanum Regnum Sueciæ, ſiue Hiſtorico-Geographica Deſcriptio illarum partium Suecicarum, quæ Balthico mari a Germanicis ſeparantur prouinciis, Amſtelodami 1671. 12.* quo ſcripto ſingularem primum exhibet Sueciæ chorographiam & ſtatum, dein ſingulas vrbes, ſecundum origines ſuas, hiſtoriam & memorabilia deſcribit, additis quoque figuris æneis. Prodiit ſimilis

milis libellus ſub hoc elogio: *Delitiæ, ſiue Amœnitates Regnorum Sueciæ, Gothiæ, magnique Ducatus Finlandiæ, Lugd. Batau. 1705. 12. 2. Voll.* c. fig. ex *Rutgeri Hermannidis* excitato iam, vt videtur efformatus. Talis etiam *Amſtelod. 1656. 12.* fuit editus, ſub titulo: *Deſcriptionis nouæ &c.* Ad recentiorem ſtatum magis compoſita & perutilis eſt ANONYMI *Hiſtoriſch-Politiſch und Geographiſch Beſchreibung des Kœnigreichs Schweeden nach dem alten und iezigen Staat eingerichtet*, duabus Partibus, *Regenſpurg 1707. 8.* Omnes vero vincit ſplendidum & plane egregium opus inſcriptum: *Suecia Noua & Antiqua, f.* a P. LAGERLOF coepta, & ab illuſtri viro OLAO HERMELINO continuata, teſte auctore *Holmiæ literatæ p. 15.* quis vero perfecerit ignoro, nam ipſe nondum inſpicere potui. In qua, teſtibus iis, qui viderunt, accuratisſima totius Sueciæ Deſcriptio exhibetur CC. amplius mappis, tabulis & figuris æneis a Comite ERICO DAHLBERGIO illuſtrata. Extant etiam eruditæ quædam Diſſertationes *Vpſaliæ* habitæ pertinentes ad hoc argumentum. De *Vplandia* enim *IV.* Diſſertationes edidit IACOBVS GERENIVS, *Vpſaliæ 8.* B. IOA. HERMANSSON extat Diſſ. de *Suedia Boreali.* OLAVS CELSIVS de *Nericia* diſputauit. *Idemque* de *Regno Wermelandiæ* commentatus. A. GROENWALL opera *Facies Angermanniæ antiqua & noua* fuit. HOLMII *Deſcriptio nouæ Sueciæ in America* edita *ſuecice Holmiæ in 4.* atque PETRVS FLVIVS de *Suionum in America Colonia 8.* diſputauit.

§. II.

Antiquisſima Populorum omnium *Septentrionalium*, & ſic & *Sueo-Gothorum* quædam geſta, latent abſcondita, in *Islandorum* & *Noruegiorum* monimentis *Runicis* & *Sagis.* Quæ *Saga*, ſunt mul-

multiplices, atque peritiſſimo iudice *Thormodo Torfæo Serie Dynaſtarum & Regum Daniæ L. I. c. III.* ſunt vel fabulæ *Heroum* ad exhilarandos auditores lectoresque ac tempus fallendum, inuentæ, vel Hiſtoriæ ex veris principiis quidem deductæ, ſed figmentis interpolatæ ita quandoque, vt verum a falſo ægre diſcerni queat, quorum vtriusque claſſis [illegible]aria exempla ibi enumerauit. Qui *Antiquitatum* in *Holmiæ* laudabiliter formati *Collegio* adſederunt eruditisſimi Viri, huiusmodi *Sagas* vel certiora etiam rerum geſtarum monumenta, ex inſigni quam habent Librorum veterum apparatu, Studioſorum Islandorum, quos mercede conductos alunt in *Suecicam* vel *latinam* linguam, opera, transfundendas curant, easdemque egregiis notis illuſtratas typorum beneficio producunt, quarum aliquas hic commemorabimus, cum iudicio tamen in ipſa hiſtoria adhibendas, egregia autem ſubſidia ad illuſtrandas *Septentrionis Antiquitates*, præbentes. Sic THORSTEINS *Saga Vickings ſonar* i. e. *Thorſteinii Vikingi* VITA a REENHIELMIO cum *Commentariis* edita. *Gotbrici & Rolfi Weſtro-Gothiæ Regum Hiſtoria*, cum verſione *Suecica* & notis OLAI VERELII Profeſſoris veteris Linguæ Gothicæ, acceſſere *Ioannis Schefferi* Notæ politicæ, *Vpſaliæ 1664. 8.* & *Herrauds och Boſa Saga*, i. e. *Boſi* & *Herraudi Vita* cum interpretatione *Suedica* & notis OLAI VERELII, *Vpſaliæ 1666. 8.* *Eiusd.* cura & cum annotationibus edita eſt: *Hervara Saga*, *på Gammal Götſka med* OLAI VERELII *Vttolkning och Notis*, *Vpſala 1672. f.* *Wilkina Saga*, ſiue *Hiſtoria Wilkinenſium Theodorici Veronenſis ac Niflungorum* ex MSCtis Codd. linguæ veteris Scandicæ in hodiernam Suecicam atque latinam translata per IOANNEM PERINGSKIÖLD, *Stockholmiæ 1715. f.* Sic porro prodiere: *Hialm-*

Hialmters och Olvers Saga, handlande om trenne Konungar in Mannahem eller Swerige, Inge, Hialter och Inge, ſamt Olver Iarl &c. af Gamla Nordiska Spraket à nyo pa Swensko uthtolkad af IOHAN FRIDERICH PERINGSKIÖLD, *tryckt i Stockholm 1720. 4.* nec non: *Sagubrot af Nockorum Fornkongum i Dana oc Svia velldi eller Sagobrott handlande om Nogra forna Konungar i Swerige och Danmark ſamt om Brawalla Slaget emellan Kong Haralld Hilldítan och Sigurd Ring, vtaf gamla Nordiska ſpraket förſwenſkat af* IOHAN FREDRICH PERINGSKIÖLD, *Tryckt i Stockholm 1719. 4.* Hæ mihi viſæ, aliarum titulos ex Suecia miſſos cura Amici, non omittam, exquirendas ab iis, quibus voluptas eſt talia cognoſcere: *Hiſtoria Asmundi, latine & ſuecice 4. Hiſtoria Asmundi Kappebanes,* latine & ſuecice *f. Hiſtoria Thorslani Vikingii, latine, Vpſaliæ. Saga of Heidine & Hogna, latine & ſuecice f. Hiſtoria Kœttillii Hængii, latine & ſuecice, Vpſal. 1697. f. Hiſtoria Olai Trigguaſonii, ſuecice & latine, Vpſal. 1683. 4. Hiſtoria Sturlogerii, ſuecice 4.* Vtilem inprimis Hiſtoriæ Septentrionis & Sueo-Gothicæ operam nauauit qui Collegio Antiquitatum a ſecretis erat ſæpe iam nobis laudatus IOANNES PERINGSKIÖLD, quod de eruendis, poliendis illuſtrandisque Sueo-Gothorum monumentis maxime antiquis Runicis elaborauerit, quorum millenas aliquot figuras & partim æri, partim ligno inciſas, ſtupendo labore conduxit, commentariisque eruditis illuſtranda cenſuit, Voluminaque quaſi IX. teſte auctore Holmiæ literatæ p. 37. conduxit. Ex hiſce theſauris editi IOANNIS PERINGSKIÖLD *Monumentorum Sueo-Gothicorum, Liber Primus, Stockholmiæ 1710. f.* Vplandiæ partem primariam *Thiundiam* continens, cum inſcriptionibus, quæ cippis, vel rupibus, vel tumulis inciſæ, & explicatione & notis

EIVSD. *Monumenta Vilerakerenſia* cum *Vpſalia noua illuſtrata, Stockholmiæ 1719. f.* latine & ſuecice. IOANNES SCHEFFERVS erudite commentatus libello de *tribus Orbibus aureis e terra in Scania nuper erutis*, edito *Holmiæ 1675. 8.* Aliam *Hiſtoriam aurei Annuli* ſiue armilli magni pleni aureis annulis rotundis, inſignis pretii antiquisſimique compoſuit IOA. PERINGSKIÖLD, vti annotauit ſcriptor *Holmiæ literatæ p. 38.* IOANNES HERMANSSON de *lapide in Valle virenti, vulgo Stenen in Gronen-Dal* diſſeruit, *Vpſaliæ 8.* Ad *Runicas* Inſcriptiones intelligendas neceſſario vtiliterque adhibentur: OLAI VERELII *Runographia, Vpſaliæ 1676. f. latine & ſuecice* edita, nec non IOANNIS BVREI *Runa Kanslones Iares ſpan, ſiue Introductio ad Lectionem literarum Runicarum 4.* atque ſummi Viri ERICI BENZELII *Periculum Runicum, ſiue de origine & antiquitate Runarum tentamen, Vpſaliæ 1724. 8.* Runas *Medelpadicas ab importuna criſi (Erici Iulii Biœrner) breuiter vindicauit* O. C. ſ. OLAVS CELSIVS vir doctiſſimus, *Vpſaliæ 1726. 4.* De *Sepulturis Sueo-Gothicis* disſeruit IOA. VPMARCK, *Vpſaliæ 8.* atque eruditisſimus Vir CHRISTIANVS NETTELBLADT *de variis mortuos ſepeliendi modis apud Suiones, Roſtochii 1727. 4.* Multum in antiquitatibus Suecorum curioſe illuſtrandis operæ poſuit OLAVS RVDBECKIVS ſ. *Olf Rudbeck* compilando opus, cui titulum fecit *Atland eller Manheim, Atlantica* ſiue *Manheim, vera Iapheti poſterorum ſedes, ac patria, ex qua non tantum Monarchæ ac Reges, ad totum fere Orbem reliquum regendum ſtirpesque ſuas in eo condendas, ſed etiam Scythæ, Barbari, Aſæ, Gigantes, Gothi, Phryges, Troiani, Amazones, Thraces, Lybies, Mauri, Tuſci, Galli, Cimbri, Cimmerii, Saxones, Germani, Sueui, Longobardi, Vandali, Heroldi, Gepidæ, Teutones, Angli,*

Picto-

Pictones, Dani, Sicambri, aliique virtute clari & celebres populi olim exierunt, Tomus primus latino-ſuecice prodiit, *Vpſaliæ 1675. f.* recuſus, ſiue potius titulus mutatus *1679.* & *1684. f.* Quem inſecutus eſt *Tomus ſecundus, Vpſaliæ 1689. f.* hoc titulo: *Atlanticæ, ſeu Manhemi Tomus ſecundus, in quo Solis, Lunæ ac Terræ cultus deſcribitur, omnisque adeo Superſtitionis huiusce origo parti Sueoniæ Septentrionali terræ puta Cimmeriorum, vindicatur, ex qua deinde in orbem reliquum diuulgata eſt: idque ſcriptorum, non tantum domeſticorum, ſed etiam exterorum, maxime vero veterum atque doctisſimarum fabularum fide, quarum explicatio genuina nunquam antehac in lucem prodiit. Accedunt demonſtrationes certisſimæ, quæ Septentrionales in maxime genuinum Solis ac Lunæ motum, indeque pendentem accuratisſimam temporum rationem, multo & prius & felicius, quam gentem vllam alium penetraſſe, ac etiam alia multa, ad hunc vsque diem incognita, declarant. Tertius* hunc excepit *Tomus, Vpſaliæ 1698. f.* Literatisſimi viri filium *Tomum IV.* prelo habuiſſe paratum docent *Acta Literaria Sueciæ* Anni *1720. p. 57.* Mirum in hoc opere teſtatus fuit auctor ingenium, cum non ſolum ſingularum fere Gentium origines ex Gothis ducat, ſed etiam horum ſacra, linguas, leges, litteras aliaque, ita vt Sueciam vaginam gentium vere eſſe demonſtret. Quidquid de Atlantica prædicant veteres, quidquid de cultu atque theologia gentili, ſingula apud Suecos quærit. Immo nihil fere præclari geſtum eſt, quod non patriæ ſuæ tribuat. Hæc autem vt eo melius præſtet, loca veterum ſcriptorum in ſenſus alienos detorquet, coniecturis nimium indulget, in etymis ludit & multa libertate aliarum gentium prærogatiuis derogat, haut ſemel de eo a variis notatus, *Bælio* potiſſimum

 atque

atque *Tenzelio*. IOANNES LOCCENIVS *Antiquitatum Sueo-Gothicarum* Libris tribus varia curioſe annotauit, *Holmiæ 1654. 8.* qui poſtea *Eiusdem Hiſtoriæ Suecicæ* acceſſerunt, *Francof. 1676. 4.* VAITRINGII *Theatridium Antiquitatum Sueo-Gothicarum*, *Vpſaliæ 1647. 8.* inſpicere non potui.

§. III.

Veteres Rerum *Gothicarum Scriptores* a BONAVENTVRA VVLCANIO & HVGONE GROTIO editos ornatosque iam *Cap. VIII. p. 160.* indicati. Alia ſubſidia in E. BENZELII *Monumentis veteribus E. S. G.* vid. infra §. *XI.* Vtilia varia ſubſidia *Hiſtoriam Suio-Gothicam* illuſtrantia, noſtro æuo, laudabili ſollicitudine comparauit ediditque Vir celeberrimus CHRISTIANVS NETTELBLADT Academiæ Gryphicæ ornamentum, in Sylloge, quæ inſcripta eſt: *Schwediſche Bibliothec, in welcher verſchiedene, ſowohl zu alten als neuern Schwediſchen Civil- Kirchen- und gelehrten Hiſtorie gehœrige theils gedruckte und rare, theils ungedruckte Schrifften, Vhrkunden, Diplomata, Obſeruationes, Inſcriptiones &c. geſammlet, Stockholm Erſtes Stück 1728. 4.* qua legas:

1. Præfationem. 2. *Vindication* einiger Beynahmen des Reichs *Schweden* wieder *Spenerum*.
3. PAVLI IVSTEN Chronicon Epiſcoporum *Aboenſium*.
4. Poſitiones Hiſtorico-Politicas ex Chronico Epiſcoporum PAVLI IVSTEN.
5. *Anonymi* Chronicon *Finlandiæ*.
6. DAN. IVSLENII Vindicias *Fennorum*.
7. *Eiusd.* Orationem de Conuenientia Linguæ *Fennicæ* cum Hebræa & Græca.
8. Orationem Parentalem de vita & obitu *Guſtaui Horn.*
9. Encomium Militiæ *Hornianæ*.
10. Noua literaria Sueciæ.

Parte Secunda edita *ibid. 1728.* extant ad Hiſtoriam Ciuilem & Eccleſiaſticam pertinentia:

1. Statuta Prouincialia & Synodalia *Vpſalienſia*.

2. DIK-

2. DIKMANNI Tractat von denen Nahmen *Sala*, *Vpſala*, *Onſala*.
3. ELIAE BRENNERI *Sueciæ* Regum, Reginarum & Ducum *Numiſmata*.
4. Drey Brieffe, betreffend die Heyraths-Affaire des Herzogs *Magni* zu *Oſt-Gothland* mit der Kœnigin *Maria* zu *Schottland*.
5. Acta Publica Regni *Sueciæ* d. a. 1727.
6. Oratio Parentalis Memoriæ & meritis illuſtriſſimi Comitis *Nicolai Gyllenſtierna* conſecrata.

Parte Tertia, Roſtock und Leipzig 1729. 4. leguntur:

1. CHRISTIANI NETTELBLADT Diſſ. Iuris Publici de *Epiſcopis* Regni *Suionici Romano*-Catholicis.
2. Genealogia *Abſalonis* Archi-Epiſcopi *Lundenſis*.
3. Tabula Ciſtercienſium *Sorana*.
4. Anacæphaleoſis, vel Catalogus Præſulum & Pontificum *Lundenſium* in *Scania*.
5. Carmen dicatum auſpiciis noui Regni, quum Rex gl. m. *Carolus XII.* ſceptra capeſſeret.
6. Literæ Communitatis de *Satagundia* de limitibus inter Diœceſin *Vpſalenſem* & *Aboenſem*. Subſidium Cameræ Apoſtolicæ per Diœceſin Lincopenſem.
7. VERELII Diſſ. de Hierarchia.
8. Acta Publica Regni *Sueciæ* d. a. *1727*.
9. ISTHEMII Obſeruationes ad *Chronicon Rhytmicum* Olai S. Norrigiæ Regis ab *Hadorphio* editum.

Parte *Quarta, Stockholm und Leipzig 1730. 4.*

1. LAVRENTII RAYMVNDI Hiſtoria *Liturgica*.
2. Documenta ad Hiſtoriam *Liturgicam*.
3. *Erici XIV.* Regis *Sueciæ* Confeſſio & Condemnatio.
4. Vrſachen-warum *Ericus XIV.* des Reichs entſetzet worden.
5. SYLVESTRI PHRYGII Relation betreffend den ſeel. Abſchied *Iohannis III.* Reg. *Sueciæ*.
6. BRENNERI Relation vom Werth der alten Schwediſchen Münzen.
7. Einige Brieffe *Iohannis* und *Iohannis Arnoldi Meſſenii*.
8. Exequiale Monumentum Comitis *Nicodemi Teſſin*.

 9. Schwe-

Lugd. Bat. 1652. 12. & *Amſtelod. 12.* ſine anni mentione ſtilo emendato & puriore. *Germanice* verſa edita eſt *Baſileæ 1567. f.* interprete *Ioa. Baptiſta Fickler von Weil* & in *8.* ex verſione *Iſraelis Achatii.* Ex anglica interpretatione *Londini 1658. 8.* & *belgice Amſterdam 1665. 8.* IOANNES LOCCENIVS condidit *Hiſtoriam Suecanam* a primo Rege vsque ad *Carolum XI.* deductam, quæ primum *Holmiæ 1654. 8.* edita, qua *Libri V.* tantum extant, quibus Obſeruationes hiſtoricæ, *Acta Guſtaui I.* & *Antiquitates Sueo-Gothicæ,* acceſſere. Locupletior Libris nouem conſtans eſt editio quæ *Vpſaliæ* prodiit *1662. 8.* & demum Francofurti *1676. 4.* atque ob pleniorem expoſitionem ad cognoſcendas res ſuecicas inter præcipuas habenda. Præferenda tamen his eſt IOANNIS MESSENII *Scondia illuſtrata, ſeu Chronologia de rebus Scondiæ, hoc eſt, Chronologia de rebus Sueciæ, Daniæ, Noruegiæ atque vna Islandiæ, Grœnlandiæque tam Eccleſiaſticis, quam Politicis, a mundi cataclyſmo ad annum Chriſti 1612.* (ſiue potius 1628.) Elaborauit *Meſſenius* hoc opus in Carcere Caianeburgenſi XX. annorum. Ex Codice autem manu exarato inque Archiuo regio adſeruato produxit primum IOANNES PERINGSKIÖLD, qui ſe *Obſeruationes* additurum promiſerat in titulo, quæ tamen nondum ſunt editæ. *Tomus Primus* prodiit *Holmiæ 1700. f.* a diluuio ad a. C. 1150. Electionemque *Erici S.* Regis, quo varia de *Tuiſcone* & vetuſtis Gentium migrationibus annotauit. *Tomus Secundus, ibid.* ab a. C. *1150.* ad *1320.* quo *Magnus Smeck* Rex erat, eodemque Fundatio Lundenſis Archi-Epiſcopatus, enarratur. *Tomus Tertius, 1700. f.* ab a. *1320.* ad *1448.* quo ſtirps antiqua regia in *Chriſtophoro III.* defecit. *Tomus Quartus 1700. f.* ab a *1448.* ad *1520.* eodemque Laniena Holmienſis potisſimum deſcribitur; *Quin-*

tus

tus 1701. f. ab a. *1520.* ad *1560.* eodem, quæ *Guſtauo* rege geſta & repurgatio ſacrorum, relata; *Sextus 1702. f.* ab anno 1560. ad *1568* quo res & furores Erici XIV. recenſentur; *Septimus 1702. f.* ab an. *1568-1592.* quo regnum Ioannis & acta ob religionem relata; *Octauus 1702. f.* ab a. *1592.* ad *1612.* eodem controuerſiæ inter *Sigismundum* & *Carolum IX.* Reges expoſitæ; *Nonus 1703. f.* Hiſtoriam *Sanctorum*, ſiue præluſtrium hominum *Scondiæ* conuerſionem ſibi vindicantium, complectitur. *Tomus Decimus, 1703. f.* de rebus *Venedorum Borealium* ad Scondiam iure pertinentium agit, ſcilicet *Finnonum*, *Liuonum* & *Curlandorum*, ab ipſo ferme diluuio, ad An. C. *1628.* Succesſit *Scondiæ illuſtratæ*, *Volumen ſecundum*, vel *Tomus Secundus*, *Holmiæ 1703. f.* quo *Analectorum Scondicorum* Liber *primus*, ſiue Apologia Hiſtoriæ Suecanæ magnam partem Hiſtoriæ Ethnicæ Regnorum Borealium complectens, quam ab Orbis diluuio & anno Mundi *1656.* ad ſalutis humanæ 800. fideliter Kaianaburgi compilauit; *Tomus Duodecimus 1703. f.* in quo *Analectorum Scondicorum* Liber *Secundus*, ſiue Apologia Hiſtoriæ Suecanæ, quæ veterum quorundam hallucinationes Chronographorum manifeſtat & confutat, atque ſinceras reliquorum confirmat aſſertiones, ſimulque veram gentis commemorat Hiſtoriam ab a. C. 800. vsque 1448. *Tomus Decimus Tertius Holm. 1704. f.* ſiſtit Cenſuram de hiſtoria Scondiæ, per alios ſcripta olim, & nuper, auctores, horum prodens & explodens plus quam ſexcentos errores, his additi ſincerus *Regum Scondicorum Catalogus*, & *Chronographorum Elenchus*; *Tomus Decimus Quintus* dat *Epitomen* Scondiæ illuſtratæ, ſeu *Chronologiam* quamdam *breuem* de rebus geſtis Sueciæ, Daniæ & Noruegiæ, tam eccleſiaſticis quam politicis ex *XIV. Tomis* aliunde-

ſum. Vtilis liber eſt MICHAELIS WEXIONII poſtea GYLLENSTOLPE dicti, Aſſeſſoris in Dicaſterio regio Aboenſi rerum patriarum periti *Epitome Deſcriptionis Sueciæ, Gothiæ, Fenningiæ & ſubiectarum Provinciarum, accuratius quam vnquam antehac editæ Aboæ 1650. 8.* per *Petrum Hanſonium* excuſa. Scripſere equidem *Mollerus* in *hypomnematis* ad *Schefferi Sueciam liter. p. 394.* aliique, hunc librum in Suecia prohibitum fuiſſe ob arcana quædam Regni propalata, quod falſiſſimum dicit Dn. *Stiernman Bibl. Suec. T. II. p. 565.* nec arcana vlla in hoc libro occurrere, pronunciat. Quum tamen in Germania rariſſimus eſſet, vtili conſilio a B. *Simone Friderico Habnio Collectionis Monum. var. T. II. p. 124.* inſertus fuit. Inſunt & variæ obſeruationes huc pertinentes in huius WEXIONII *Politica ad modernum Imperii Suio-Gothici Statum accommodata, domeſticis paſſim exemplis illuſtrata, Aboæ 1657. 8.* quæ iubente Rege *Carolo Guſtauo* prohibita fuit, quia diſtinctio facta inter ſubditos & mere ſubditos, vel alia huic non diſſimilis. In hoc argumento quoque alii occupati fuere, nimirum: MARTINVS ZEILLERVS, cuius *Deſcriptio Sueciæ, Gothiæ & Finlandiæ, Amſtelodami 1651. 1656. 12.* edita & *germanice, Vlmæ 1658. 8.* IOANNIS LVDOVICI GOTHOFREDI *Inuentarium Sueciæ, oder Beſchreibung des Königreichs Schweden, Francof. 1632. f.* nitidis figuris æneis ornatum. Præſtat RVTGERI HERMANNIDAE *Peninſulanum Regnum Sueciæ, ſiue Hiſtorico-Geographica Deſcriptio illarum partium Suecicarum, quæ Balthico mari a Germanicis ſeparantur prouinciis, Amſtelodami 1671. 12.* quo ſcripto ſingularem primum exhibet Sueciæ chorographiam & ſtatum, dein ſingulas vrbes, ſecundum origines ſuas, hiſtoriam & memorabilia deſcribit, additis quoque figuris æneis. Prodiit ſimilis

milis libellus ſub hoc elogio: *Delitiæ, ſiue Amœnitates Regnorum Sueciæ, Gothiæ, magnique Ducatus Finlandiæ, Lugd. Batau. 1705. 12. 2. Voll.* c. fig. ex *Ruttgeri Hermannidis* excitato iam, vt videtur efformatus. Talis etiam *Amſtelod. 1656. 12.* fuit editus, ſub titulo: *Deſcriptionis nouæ &c.* Ad recentiorem ſtatum magis compoſita & perutilis eſt ANONYMI *Hiſtoriſch-Politiſch und Geographiſch Beſchreibung des Kœnigreichs Schweden nach dem alten und iezigen Staat eingerichtet*, duabus Partibus, *Regenſpurg 1707. 8.* Omnes vero vincit ſplendidum & plane egregium opus inſcriptum: *Suecia Noua & Antiqua, f.* a P. LAGERLOF coepta, & ab illuſtri viro OLAO HERMELINO continuata, teſte auctore *Holmiæ literatæ p. 15.* quis vero perfecerit ignoro, nam ipſe nondum inſpicere potui. In qua, teſtibus iis, qui viderunt, accuratisſima totius Sueciæ Deſcriptio exhibetur CC. amplius mappis, tabulis & figuris æneis a Comite ERICO DAHLBERGIO illuſtrata. Extant etiam eruditæ quædam Diſſertationes *Vpſaliæ* habitæ pertinentes ad hoc argumentum. De *Vplandia* enim *IV.* Diſſertationes edidit IACOBVS GERENIVS, *Vpſaliæ 8.* B. IOA. HERMANSSON extat Diſſ. de *Suedia Boreali.* OLAVS CELSIVS de *Nericia* disputauit. *Idemque* de *Regno Wermelandiæ* commentatus. A. GROENWALL opera *Facies Angermanniæ antiqua & noua* fuit. HOLMII *Deſcriptio nouæ Sueciæ in America* edita *ſuecice Holmiæ in 4.* atque PETRVS FLVIVS de *Suionum in America Colonia 8.* diſputauit.

§. II.

Antiquisſima Populorum omnium *Septentrionalium*, & ſic & *Sueo-Gothorum* quædam geſta, latent abſcondita, in *Islandorum* & *Noruegiorum* monimentis *Runicis* & *Sagis*. Quæ *Saga*, ſunt mul-

multiplices, atque peritiſſimo iudice *Thormodo Torfæo Serie Dynaſtarum & Regum Daniæ L. I. c. III.* ſunt vel fabulæ *Heroum* ad exhilarandos auditores lectoresque ac tempus fallendum, inuentæ, vel Hiſtoriæ ex veris principiis quidem deductæ, ſed figmentis interpolatæ ita quandoque, vt verum a falſo ægre diſcerni queat, quorum vtriusque claſſis [illegible]aria exempla ibi enumerauit. Qui *Antiquitatum* in *Holmiæ* laudabiliter formati *Collegio* adſederunt eruditisſimi Viri, huiusmodi *Sagas* vel certiora etiam rerum geſtarum monumenta, ex inſigni quam habent Librorum veterum apparatu, Studioſorum Islandorum, quos mercede conductos alunt in *Suecicam* vel *latinam* linguam, opera, transfundendas curant, easdemque egregiis notis illuſtratas typorum beneficio producunt, quarum aliquas hic commemorabimus, cum iudicio tamen in ipſa hiſtoria adhibendas, egregia autem ſubſidia ad illuſtrandas *Septentrionis Antiquitates*, præbentes. Sic THORSTEINS *Saga Vickings ſonar* i. e. *Thorſteinii Vikingi* VITA a REENHIELMIO cum *Commentariis* edita. *Gothrici & Rolſi Weſtro-Gothiæ Regum Hiſtoria*, cum verſione *Suecica* & notis OLAI VERELII Profeſſoris veteris Linguæ Gothicæ, acceſſere *Ioannis Schefferi* Notæ politicæ, *Vpſaliæ 1664. 8.* & *Herrauds och Boſa Saga*, i. e. *Boſi* & *Herraudi Vita* cum interpretatione *Suedica* & notis OLAI VERELII, *Vpſaliæ 1666. 8. Eiusd.* cura & cum annotationibus edita eſt: *Hervara Saga*, *på Gammal Götſka med* OLAI VERELII *Vttolkning och Notis*, *Vpſala 1672. f. Wilkina Saga*, ſiue *Hiſtoria Wilkinenſium Theodorici Veronenſis ac Niflungorum* ex MSCtis Codd. linguæ veteris Scandicæ in hodiernam Suecicam atque latinam translata per IOANNEM PERINGSKIÖLD, *Stockholmiæ 1715. f.* Sic porro prodiere:

Hialm-

Hialmters och Olvers Saga, handlande om trenne Konungar in Mannahem eller Swerige, Inge, Hialter och Inge, ſamt Olver Iarl &c. *af Gamla Nordiska Spraket a nyo pa Swensko uthtolkad af* IOHAN FRIDERICH PERINGSKIÖLD, *tryckt i Stockholm 1720.* 4. nec non: *Sagubrot af Nockorum Fornkongum i Dana oc Svia velldi eller Sagobrott handlande om Nogra forna Konungar i Swerige och Danmark ſamt om Brawalla Slaget emellan Kong Halld Hillditan och Sigurd Ring, vtaf gamla Nordiska ſpraket förſwenſkat af* IOHAN FREDRICH PERINGSKIÖLD, *Tryckt i Stockholm 1719. 4.* Hæ mihi viſæ, aliarum titulos ex Suecia miſſos cura Amici, non omittam, exquirendas ab iis, quibus voluptas eſt talia cognoſcere: *Hiſtoria Asmundi, latine & ſuecice 4. Hiſtoria Asmundi Kappebanes,* latine & ſuecice *f. Hiſtoria Thorslani Vikingii, latine, Vpſaliæ. Saga of Heidine & Hogna, latine & ſuecice f. Hiſtoria Kættillii Hængii, latine & ſuecice, Vpſal. 1697. f. Hiſtoria Olai Trigguaſonii, ſuecice & latine, Vpſal. 1683. 4. Hiſtoria Sturlogerii, ſuecice 4.* Vtilem inprimis Hiſtoriæ Septentrionis & Sueo-Gothicæ operam nauauit qui Collegio Antiquitatum a ſecretis erat ſæpe iam nobis laudatus IOANNES PERINGSKIÖLD, quod de eruendis, poliendis illuſtrandisque Sueo-Gothorum monumentis maxime antiquis Runicis elaborauerit, quorum millenas aliquot figuras & partim æri, partim ligno inciſas, ſtupendo labore conduxit, commentariisque eruditis illuſtranda cenſuit, Voluminaque quaſi IX. teſte auctore Holmiæ literatæ p. 37. conduxit. Ex hiſce theſauris editi IOANNIS PERINGSKIÖLD *Monumentorum Sueo-Gothicorum, Liber Primus, Stockholmiæ 1710. f.* Vplandiæ partem primariam *Thiundiam* continens, cum inſcriptionibus, quæ cippis, vel rupibus, vel tumulis inciſæ, & explicatione & notis

EIVSD. *Monumenta Vilerakerenſia* cum *Vpſalia nova illuſtrata, Stockholmiæ 1719. f. latine & ſuecice.* IOANNES SCHEFFERVS erudite commentatus libello de *tribus Orbibus aureis e terra in Scania nuper erutis*, edito *Holmiæ 1675. 8.* Aliam *Hiſtoriam aurei Annuli* ſiue armilli magni pleni aureis annulis rotundis, inſignis pretii antiquisſimique compoſuit IOA. PERINGSKIÖLD, vti annotauit ſcriptor *Holmiæ literatæ p. 38.* IOANNES HERMANSSON de *lapide in Valle virenti, vulgo Stenen in Gronen-Dal* diſſeruit, *Vpſaliæ 8.* Ad *Runicas* Inſcriptiones intelligendas neceſſario vtiliterque adhibentur: OLAI VERELII *Runographia, Vpſaliæ 1676. f. latine & ſuecice* edita, nec non IOANNIS BVREI *Runa Kanslones Iares ſpan, ſiue Introductio ad Lectionem literarum Runicarum 4.* atque ſummi Viri ERICI BENZELII *Periculum Runicum, ſiue de origine & antiquitate Runarum tentamen, Vpſaliæ 1724. 8. Runas Medelpadicas ab importuna criſi (Erici Iulii Biœrner) breuiter vindicauit* O. C. ſ. OLAVS CELSIVS vir doctiſſimus, *Vpſaliæ 1726. 4.* De *Sepulturis Sueo-Gothicis* disſeruit IOA. VPMARCK, *Vpſaliæ 8.* atque eruditisſimus Vir CHRISTIANVS NETTELBLADT *de variis mortuos ſepeliendi modis apud Suiones, Roſtochii 1727. 4.* Multum in antiquitatibus Suecorum curioſe illuſtrandis operæ poſuit OLAVS RVDBECKIVS ſ. *Olf Rudbeck* compilando opus, cui titulum fecit *Atland eller Manheim, Atlantica* ſiue *Manheim, vera Iapheti poſterorum ſedes, ac patria, ex qua non tantum Monarchæ ac Reges, ad totum fere Orbem reliquum regendum ſtirpesque ſuas in eo condendas, ſed etiam Scythæ, Barbari, Aſæ, Gigantes, Gothi, Phryges, Troiani, Amazones, Thraces, Lybies, Mauri, Tuſci, Galli, Cimbri, Cimmerii, Saxones, Germani, Sueui, Longobardi, Vandali, Heroldi, Gepidæ, Teutones, Angli,*

PICTO-

Pictones, Dani, Sicambri, aliique virtute clari & celebres populi olim exierunt, Tomus primus latino-ſuecice prodiit, *Vpſaliæ 1675. f.* recuſus, ſiue potius titulus mutatus *1679.* & *1684. f.* Quem inſecutus eſt *Tomus ſecundus, Vpſaliæ 1689. f.* hoc titulo: *Atlanticæ, ſeu Manhemi Tomus ſecundus, in quo Solis, Lunæ ac Terræ cultus deſcribitur, omnisque adeo Superſtitionis huiusce origo parti Sueoniæ Septentrionali terræ puta Cimmeriorum, vindicatur, ex qua deinde in orbem reliquum diuulgata eſt: idque ſcriptorum, non tantum domeſticorum, ſed etiam exterorum, maxime vero veterum atque doctisſimarum fabularum fide, quarum explicatio genuina nunquam antehac in lucem prodiit. Accedunt demonſtrationes certisſimæ, quæ Septentrionales in maxime genuinum Solis ac Lunæ motum, indeque pendentem accuratisſimam temporum rationem, multo & prius & felicius, quam gentem vllam alium penetraſſe, ac etiam alia multa, ad hunc vsque diem incognita, declarant. Tertius* hunc excepit *Tomus, Vpſaliæ 1698. f.* Literatisſimi viri filium *Tomum IV.* prelo habuiſſe paratum docent *Acta Literaria Sueciæ* Anni *1720. p. 57.* Mirum in hoc opere teſtatus fuit auctor ingenium, cum non ſolum ſingularum fere Gentium origines ex Gothis ducat, ſed etiam horum ſacra, linguas, leges, litteras aliaque, ita vt Sueciam vaginam gentium vere eſſe demonſtret. Quidquid de Atlantica prædicant veteres, quidquid de cultu atque theologia gentili, ſingula apud Suecos quærit. Immo nihil fere præclari geſtum eſt, quod non patriæ ſuæ tribuat. Hæc autem vt eo melius præſtet, loca veterum ſcriptorum in ſenſus alienos detorquet, coniecturis nimium indulget, in etymis ludit & multa libertate aliarum gentium prærogatiuis derogat, haut ſemel de eo a variis notatus, *Bælio* potiſſimum

 atque

atque *Tenzelio*. IOANNES LOCCENIVS *Antiquitatum Sueo-Gothicarum* Libris tribus varia curioſe annotauit, *Holmiæ* 1654. 8. qui poſtea *Eiusdem Hiſtoriæ Suecicæ* acceſſerunt, *Francof.* 1676. 4. VATTRINGII *Theatridium Antiquitatum Sueo-Gothicarum*, *Vpſaliæ* 1647. 8. inſpicere non potui.

§. III.

Veteres Rerum *Gothicarum Scriptores* a BONAVENTVRA VVLCANIO & HVGONE GROTIO editos ornatosque iam *Cap. VIII. p.* 160. indicati. Alia ſubſidia in E. BENZELII *Monumentis veteribus E. S. G.* vid. infra §. *XI.* Vtilia varia ſubſidia *Hiſtoriam Suio-Gothicam* illuſtrantia, noſtro æuo, laudabili ſollicitudine comparauit ediditque Vir celeberrimus CHRISTIANVS NETTELBLADT Academiæ Gryphicæ ornamentum, in Sylloge, quæ inſcripta eſt: *Schwediſche Bibliothec, in welcher verſchiedene, ſowohl zu alten als neuern Schwediſchen Civil- Kirchen- und gelehrten Hiſtorie gehœrige theils gedruckte und rare, theils ungedruckte Schrifften, Vhrkunden, Diplomata, Obſeruationes, Inſcriptiones &c. geſammlet, Stockholm Erſtes Stück* 1728. 4. qua legas:

1. Præfationem. 2. *Vindication* einiger Beynahmen des Reichs *Schweden* wieder *Spenerum*.
3. PAVLI IVSTEN Chronicon Epiſcoporum *Aboenſium*.
4. Poſitiones Hiſtorico-Politicas ex Chronico Epiſcoporum PAVLI IVSTEN.
5. *Anonymi* Chronicon *Finlandiæ*.
6. DAN. IVSLENII Vindicias *Fennorum*.
7. *Eiusd.* Orationem de Conuenientia Linguæ *Fennicæ* cum Hebræa & Græca.
8. Orationem Parentalem de vita & obitu *Guſtaui Horn*.
9. Encomium Militiæ *Hornianæ*.
10. Noua literaria Sueciæ.

Parte Secunda edita *ibid.* 1728. extant ad Hiſtoriam Ciuilem & Eccleſiaſticam pertinentia:

1. Statuta Prouincialia & Synodalia *Vpſalienſia*.

2. DIK-

2. DIKMANNI Tractat von denen Nahmen *Sala*, *Upſala*, *Onſala*.
3. ELIAE BRENNERI *Sueciæ* Regum, Reginarum & Ducum *Numiſmata*.
4. Drey Brieffe, betreffend die Heyraths-Affaire des Herzogs *Magni* zu *Oſt-Gothland* mit der Koenigin *Maria* zu *Schottland*.
5. Acta Publica Regni *Sueciæ* d. a. 1727.
6. Oratio Parentalis Memoriæ & meritis illuſtriſſimi Comitis *Nicolai Gyllenſtierna* conſecrata.

Parte Tertia, *Roſtock und Leipzig 1729. 4.* leguntur:

1. CHRISTIANI NETTELBLADT Diſſ. Iuris Publici de *Epiſcopis* Regni *Suionici Romano*-Catholicis.
2. Genealogia *Abſalonis* Archi-Epiſcopi *Lundenſis*.
3. Tabula Ciſtercienſium *Sorana*.
4. Anacæphaleoſis, vel Catalogus Præſulum & Pontificum *Lundenſium* in *Scania*.
5. Carmen dicatum auſpiciis noui Regni, quum Rex gl. m. *Carolus XII.* ſceptra capeſſeret.
6. Literæ Communitatis de *Satagundia* de limitibus inter Diœceſin *Upſalenſem* & *Aboenſem*. Subſidium Cameræ Apoſtolicæ per Diœceſin Lincopenſem.
7. VERELII Diſſ. de Hierarchia.
8. Acta Publica Regni *Sueciæ* d. a. 1727.
9. ISTHEMII Obſeruationes ad *Chronicon Rhytmicum* Olai S. Norrigiæ Regis ab *Hadorphio* editum.

Parte *Quarta*, *Stockholm und Leipzig 1730. 4.*

1. LAVRENTII RAYMVNDI Hiſtoria *Liturgica*.
2. Documenta ad Hiſtoriam *Liturgicam*.
3. *Erici XIV.* Regis *Sueciæ* Confeſſio & Condemnatio.
4. Vrſachen warum *Ericus XIV.* des Reichs entſetzet worden.
5. SYLVESTRI PHRYGII Relation betreffend den ſeel. Abſchied *Iohannis III.* Reg. *Sueciæ*.
6. BRENNERI Relation vom Werth der alten Schwediſchen Münzen.
7. Einige Brieffe *Iohannis* und *Iohannis Arnoldi Meſſenii*.
8. Exequiale Monumentum Comitis *Nicodemi Teſſin*.

9. Schwediſche Reichs-Tags-Ordnung.
10. Acta Publica *Succiæ.*
11. Genealogie ſervant d'eclairciſſement pour l' Affaire du Fief de *Bretzenheim.*

§. IV.

Hiſtoriæ antiquæ *Regum Septentrionalium* & hos inter *Sueo-Gothicorum* inſeruit egregie *Hemskringla eller* SNORRE STVRLESONS *Konungs Saga* ſiue *Hiſtoria Regum Septentrionalium*, ſermone antiquo ſeptentrionali ſcripta, deinde ab *Gudmundo Olauio* in ſuecicum idioma verſa. Quam cum verſione gemina, vna noua *ſuecica* altera latina, notisque edidit IOANNES PERINGSKIÖLD *Holmiæ 1697. f. 2. Tomis.* Quam ſupra iam p.1585. laudauimus. *Chronicon rythmicum maius*, *ſuecice* ex editione HADORPHII prodiit, *Holmiæ 1674. 4. 2. Voll.* A Chriſto nato orſus ad annum vsque 1464. LXVII. Regum Sueo-Gothorum fata breuiter conſignauit præſtans. & egregius ſcriptor ERICVS OLAI *Hiſtoriæ Suecorum Gothorumque* Libris Sex, quos cum cura emendatos edidit IOANNES MESSENIVS, indiceque inſtruxit *Holmiæ 1615. 4.* recuſos literis minutioribus, omiſſo tamen indice, curante *Ioanne Loccenio, Holmiæ 1654. 4.* adiectis pauculis notis. Suecicam in linguam tranſlati interprete *Ioanne Sylvio, Stockholm 1678.* Poſt hos obſeruanda IOANNIS MAGNI Archi-Epiſcopi Vpſalienſis *Gothorum, Sueonumque Hiſtoria de omnibus Gothorum Sueonumque Regibus qui vnquam ab initio Nationis extitere eorumque memorabilibus bellis &c.* opera OLAI MAGNI Fratris, etiam Archi-Epiſcopi Vpſalienſis edita primum *Romæ 1554. f.* cum variis figuris Regum ligno inciſis, & *Baſileæ 1558.* & *1617. 8.* comparet & ſub hoc anno *1617. 8.* ſumptibus & cura *Zachariæ Schüreri* ſine loci mentione, cum

cum annotatione *ſecunda vice* edita, ſine figuris. *Suecice* ex translatione ERICI SCHROEDERI ſub titulo: *Schweaoch Götha Cronica* prodiit *Stockholm 1621. f.* & alia verſio ſuecica facta ab *Erico XIV.* Rege Sueciæ captiuo in Carcere Oeröbroenſi fallendi temporis cauſſa. Quæ Dani in hac Hiſtoria grauiter tulerunt patent ex PETRI PARVI (ſiue LILLE) *Roſæfontani*: *Refutatione calumniarum cuiusdam Ioannis Magni Gothi, quibus in Hiſtoria ſua & famoſa Oratione Danicam Gentem inceſſit, Hafniæ 1560. 4.* cui acerbe reſpondit IANVS MINOR *Suemenſis*, ſiue IOANNES MESSENIVS *Retorſione Impoſturarum, quibus inclytam Suecorum Gothorumque nationem Petrus Paruus Roſæfontanus Eques Danus, ſola calumniandi ductus libidine impudenter admodum inſectatur, Holmiæ 1612. 8.* quam *Guſtauo Adolpho* R. dedicauit. *Ioa.* autem *Magnus* non ſolum ſitum Scandiæ antiquæ, ſed etiam originem, migrationes regum, ſucceſſionem, horumque geſta præcipua deſcribit. Aeſtimatur quidem in pleriſque enarrationibus hiſtoriæ, in rebus antiquioribus autem cum iudicio eſt legendus. Frater eiusdem OLAVS MAGNVS & in titulo Archi-Epiſcopi Vpſalienſis ſucceſſor, varia de natura & indole Regnorum Septentrionalium, moribusque & inſtitutis Gentium congeſſit *in Hiſtoria Gentium Septentrionalium*, quæ primum typis expreſſa *Romæ 1555. f.* quæ editio inſignis eſt raritatis, recuſa cura *Adami Henric Petri Baſileæ 1567. f.* multis egregie & curioſe obſeruatis inſunt & fabulæ aniles & quæ traditione maiorum nitebantur, eo quo ſcribebat æuo, nondum exploſæ; In *Epitomen* & *Breuiarium*, omiſſis, quæ non neceſſaria videbantur & ſtilo quandoque cultiore, redacta hæc Hiſtoria, prodiit *Antwerpiæ 1558. & 1562. 8. Amſtelodami 1586. in 16. Ambergæ 1618. 8. Francof. 1618. 8.*

 Lugd.

Lugd. Bat. 1652. 12. & *Amſtelod.* 12. ſine anni mentione ſtilo emendato & puriore. *Germanice* verſa edita eſt *Baſileæ* 1567. *f.* interprete *Ioa. Baptiſta Fickler von Weil* & in 8. ex verſione *Iſraelis Achatii.* Ex anglica interpretatione *Londini* 1658. 8. & *helgice Amſterdam* 1665. 8. IOANNES LOCCENIVS condidit *Hiſtoriam Suecanam* a primo Rege vſque ad *Carolum XI.* deductam, quæ primum *Holmiæ* 1654. 8. edita, qua *Libri V.* tantum extant, quibus Obſeruationes hiſtoricæ, *Acta Guſtaui I.* & *Antiquitates Sueo-Gothicæ*, acceſſere. Locupletior Libris nouem conſtans eſt editio quæ *Vpſaliæ* prodiit 1662. 8. & demum Francofurti 1676. 4. atque ob pleniorem expoſitionem ad cognoſcendas res ſuecicas inter præcipuas habenda. Præferenda tamen his eſt IOANNIS MESSENII *Scondia illuſtrata, ſeu Chronologia de rebus Scondiæ, hoc eſt, Chronologia de rebus Sueciæ, Daniæ, Noruegiæ atque vna Islandiæ, Grœnlandiæque tam Eccleſiaſticis, quam Politicis, a mundi cataclyſmo ad annum Chriſti* 1612. (ſiue potius 1628.) Elaborauit *Meſſenius* hoc opus in Carcere Caianeburgenſi XX. annorum. Ex Codice autem manu exarato inque Archiuo regio adſeruato produxit primum IOANNES PERINGSKIÖLD, qui ſe *Obſeruationes* additurum promiſerat in titulo, quæ tamen nondum ſunt editæ. *Tomus Primus* prodiit *Holmiæ* 1700. *f.* a diluuio ad a. C. 1150. Electionemque *Erici S.* Regis, quo varia de *Tuiſcone* & vetuſtis Gentium migrationibus annotauit. *Tomus Secundus, ibid.* ab a. C. 1150. ad 1320. quo *Magnus Smeck* Rex erat, eodemque Fundatio Lundenſis Archi-Epiſcopatus, enarratur. *Tomus Tertius*, 1700. *f.* ab a. 1320. ad 1448. quo ſtirps antiqua regia in *Chriſtophoro III.* defecit. *Tomus Quartus* 1700. *f.* ab a. 1448. ad 1520. eodemque Laniena Holmienſis potiſſimum deſcribitur; *Quintus*

tus 1701. f. ab a. *1520.* ad *1560.* eodem, quæ *Guſtauo* rege geſta & repurgatio ſacrorum, relata; *Sextus 1702. f.* ab anno 1560. ad *1568* quo res & furores Erici XIV. recenſentur; *Septimus 1702. f.* ab an. *1568-1592.* quo regnum Ioannis & acta ob religionem relata; *Octauus 1702. f.* ab a. *1592.* ad *1612.* eodem controuerſiæ inter *Sigismundum* & *Carolum IX.* Reges expoſitæ; *Nonus 1703. f.* Hiſtoriam *Sanctorum*, ſiue præluſtrium hominum *Scondiæ* converſionem ſibi vindicantium, complectitur. *Tomus Decimus, 1703. f.* de rebus *Venedorum Borealium* ad Scondiam iure pertinentium agit, ſcilicet *Finnonum*, *Liuonum* & *Curlandorum*, ab ipſo ferme diluuio, ad An. C. *1628.* Succeſſit *Scondiæ illuſtratæ, Volumen ſecundum*, vel *Tomus Secundus*, *Holmiæ 1703. f.* quo *Analectorum Scondicorum* Liber *primus*, ſiue Apologia Hiſtoriæ Suecanæ magnam partem Hiſtoriæ Ethnicæ Regnorum Borealium complectens, quam ab Orbis diluuio & anno Mundi *1656.* ad ſalutis humanæ 800. fideliter Kaianaburgi compilauit; *Tomus Duodecimus 1703. f.* in quo *Analectorum Scondicorum* Liber *Secundus*, ſiue Apologia Hiſtoriæ Suecanæ, quæ veterum quorundam hallucinationes Chronographorum manifeſtat & confutat, atque ſinceras reliquorum confirmat aſſertiones, ſimulque veram gentis commemorat Hiſtoriam ab a. C. 800. vsque 1448. *Tomus Decimus Tertius Holm. 1704. f.* ſiſtit Cenſuram de hiſtoria Scondiæ, per alios ſcripta olim, & nuper, auctores, horum prodens & explodens plus quam ſexcentos errores, his additi ſincerus *Regum Scondicorum Catalogus*, & *Chronographorum Elenchus*; *Tomus Decimus Quintus* dat *Epitomen* Scondiæ illuſtratæ, ſeu *Chronologiam* quamdam *breuem* de rebus geſtis Sueciæ, Daniæ & Noruegiæ, tam eccleſiaſticis quam politicis ex *XIV. Tomis* aliunde-

que compilatam, et a diluuio inchoatam, ſed A. C. *1616.* terminatam. Tomum *Decimum Quartum* de *Oſtro-Gothis* in *Scondia* & in *Hiſpania*, monente editore *Peringkiöldio*, perditum eſſe, ſcimus. Sub finem autem Tomi XIII. vbi *Meſſenius* ſua *Opera* recenſuit enumerantur *Scondiæ Tomi XX.* ſed *Quinque* quantum adhuc ſcio, ſunt inediti. Ex *Meſſenio*, cuius Commentariis tum nondum editis, vtebatur, maximam partem deducta, ſed ſtilo viuido, Suecis tamen maxime fauente ſcripta SAMVELIS *von* PVFENDORF *continuirte Einleitung zu der Hiſtorie der vornehmſten Reiche und Staaten von Europa, worinn des Kœnigreichs Schweden Geſchichte inſonderheit beſchrieben werden, Franckfurt am Mayn 1689. 8.* & ſæpius. Poſt alias verſiones iam indicatas, *Suecice* prodiit, interprete *Petro Praſck Stockholm 1680. 8.* Ante hanc iuſſu *Axelii Oxenſtiernæ* Regni Cancellarii ſcripti eleganti grauique ſtilo OLAVI VERELII, Aſſeſſoris quondam Regii Collegii Antiquitatum patriæ, deque his meritiſſimi Viri *Epitomarum Hiſtoriæ Suio-Gothicæ Libri Quatuor, & Gothorum, Rerum extra Patriam geſtarum Libri duo*, quos edidit *Petrus Schenberg, Stockholmiæ 1730. 4.* priores perducti vsque ad initia Expeditionis Guſtaui Adolphi Germanicæ. Scripſit hos Libros Verelius in iuuenili ætate & prius quam ei veterum Suio-Gothiæ ſcriptorum antiquiſſima & ſincera monimenta perluſtrare datum conceſſumque erat, ideoque in recenſendis Regibus & ordinanda Chronologia *Ericum Olaui* & *Ioannem Magnum* aliosque ſecutus, non ea accuratione commemorare res potuit, qua poſt doctiſſimorum Virorum huius æui curas, erutis ſubſidiis, Res Sueo-Gothicæ perſcribi poſſunt. LAVRENTII PAVLI Archi-Epiſcopi Vpſalienſis *Hiſtoriæ Arctoæ Libri Tres, Stregneſii* typis impen-

ſis-

ſisque Auctoris *1636. 4.* editi, res geſtas Imperatorum, vt vocat, Suio-Gothicorum, inde vsque a Magogo & quidem Libro ſecundo internorum, ad triumphalem exitum Guſtaui Adolphi M. Libro tertio externorum, ad finem Regni Oſtro-Gothorum in Italia, Weſtro-Gothorum in Hiſpania, commemorat, adpoſitis e regione Hiſtoriæ Suio-Gothicæ Libri ſecundi rebus memorabilibus & hiſtoriis parallelis quatuor Monarchiarum. PETRI PETREII *Chronicon Regum Suecia a Magogo ad Carolum IX. Holmiæ 1611.* Suecica lingua editum, non euolui. Inſignia illa hiſtoriarum Suio-Gothicarum capita, quæ Ius Publicum Regni illuſtrare poſſunt, colligenda ſibi ſumſit V. C. IACOBVS WILDE, Hiſtoricus regius, edita *Sueciæ Hiſtoria pragmatica, quæ vulgo Ius Publicum dicitur*, inde a primis Regni *initiis vsque ad hæc noſtra tempora, Holmiæ 1731. 4.* qua e traditionibus hiſtoricis, legibus non ſcriptis & ſcriptis, pactis conuentis, decretis comitialibus, ſtatutis, edictis, mandatis &c. de iuribus Regis & Ordinum varia curate conduxit, ſed ſimul multa ex politicis generalibus doctrinis miſcuit, quæ omitti potuiſſent vtpote ſatis nota. Continuationem cœpti Operis promiſit, quæ an facta ſit, cum ignaris ſcio. *Gallico* ſermone culto ſcripta: *Hiſtoire des Revolutions de Svede, à Paris 1695. 12.* auctore *Abbate* de VERTOT, qua præmiſſa Sueciæ Regum ſerie, expoſitionem a Seculo XIV. orditur, & ad recentiora *Guſtaui* R. tempora perſequitur. Recuſa hæc ſub titulo: *Hiſtoire des Revolutions de Svede par Mr.* de FONTENELLES, *de l' Academie Françoiſe II. Tomes* à *Amſterdam 1696. 12.* ſed impoſtores hoc nomen celeberrimi viri falſò addidere, ſuppreſſa & commutata veri auctoris in Epiſtola dedicatoria ſubnotatione L. D. V.

§. V.

§. V.

Sueo-Gothicorum Regum, Ducum & Magnatum *Ordinisque Equeſtris Genealogias*, ex originalibus literis, antiquitatisque monimentis magno labore conquiſiuit, ſigillis & inſignibus ornauit, atque indicibus inſtruxit de rebus patriæ ſuæ ſumme promeritus IOANNES PERINGSKIÖLD Opere, quod inſcribitur: *Attabock ofwer Swea och Giötha rickſenſs Konungar och Drontningas ſamt Ridderſchap och Adell* &c. *Holmiæ f. reg. ſuecice.* De *Regibus* ſingularibus horumque geſtis plures extant *Scriptores*, omnem Sueciæ Hiſtoriam ſingulariter illuſtrantes. ISRAELIS ERLANDI extat: *Vita S. Erici Regis Sueciæ eiusdemque Miracula* edita a *Ioanne Scheffero, Holmiæ 1675. 8. Vitam Theodorici Regis O. Gothor.* ſcriptore IOA. COCHLAEO egregiis notis illuſtrauit IOA. PERINGSKIÖLD, *Stockh. 1699. 4. Chronicon Guſtaui I. ſuecice* conditum ſtilo ERIC. GEORG. TEGEL, *Holmiæ 1620. f.* quo idiomate & CHRISTOPHORI LAVRENTII GRVBB *Breuiarium Guſtauianum*, *Lincopiæ 1671. 4.* editum. De eodem Rege compilauit quædam SAMVEL KEMPIVS *vel* KEMPE *Hiſtoriæ Guſtaui, Suecorum, Gothorum, Wandalorumque Regis Libris Quinque, Stregneſi 1629. 8.* & *iterum ibid. 1648. 12.* forma dialogiſtica in vſum ſcholaſticæ iuuentutis, ex quo conditio libri patet. ERICI IORENSON *Hiſtoria Guſtaui I.* edita *Stockholm 1622. f.* Præter hos AEGIDIVS GIRS Dicaſterii ſupremi Regii Secretarius & poſt Aſſeſſor patrio ſermone conſcripſit: *Konung Guſtaffs den I. och Konung Erichs den XIV. Chrönickor, Holmiæ 1670. 4.* Res a *Guſtauo Adolpho* Rege immortali memoria dignisſimo per ſexennium geſtas, ſuecico ſermone *Stockholmiæ 1680. f.* editas IOANNES WITECHINDVS conſignauit, qui liber tamen quorundam indicio, in Suecia eſt prohibitus.

tus. Virtutes Regis & geſta in Germania vulgari ſtilo laudauit MATTHIAS LVNGWITIVS im *dreyfachen Schwediſchen Lorbeerkranz*, *Leipzig 1635. 4. 2. Voll.* Gallice edita: *L' Hiſtoire de Guſtave Adolphe, dit le Grand, & de Charles Guſtave Roys de Svede par le Sieur de* PRADE, *à Paris 1693. 8.* & in belgicum idioma verſa licet falſo ad Codicem MSCtum prouocetur: *Het Leven en Bedryf van Guſtavus Adolphus en Karel Guſtav, Koningen van Sweden, volgens een Manuſcript in't Sweeds geſchreven tot Leyden 1698. 8.* Hos tamen omnes vincunt qui ſimul *Chriſtinæ* F. Reginæ ſub regno, res bello & pace in Germania geſtas pulcerrime exponunt, nimirum BOGISLAF PHILIPP *a* CHEMNIZ, vir acris iudicii & inſignis prudentiæ *im Kœniglichen Schwediſchen in Teutſchland geführten Krieg* atque SAMVEL PVFENDORFIVS *Commentariorum de rebus Suecicis Libris XXVI.* de quibus iam ſententiam dixi *ſupra C. XVI. §. 88. p. 960.* Conferri poteſt in ſingularibus quibusdam circumſtantiis PETRI LANDSBERGII *Guſtaui M. Bellum Germanicum, Roterodami 1652. 12.* & *L' Hiſtoire du progres des Armes du Roy de Svede en Allemagne, avec la Bataille de Leipſik par un Gentilhomme du Camp du Roy de Svede, Paris 1631. 8.* Res fortiter feliciterque primum geſtas magnanimi Herois *Caroli Guſtaui R.* ex Archiuis Suecicis pulcre ſcripſit SAM. de PVFENDORF Baronis titulum his Commentariis inter alia promeritus, *de geſtis Caroli Guſtaui, Noribergæ 1698. f.* cum elegantisſimis figuris æri inciſis, qui poſtea etiam in gallicum atque germanicum ſermonem ſunt translati. Opus commendatisſimum, ſed quod dolendum vitioſe typis impreſſum. Non magni momenti eſt: IOANNIS GILENII *Triumphus Suecicus de Polonia & Borusſia a Carolo Guſtauo ſubiugata 1656. 8.*

Non

Non omittendæ quæ huc pertinent LINAGE *de* VAVCIENNES *Memoires* iam p. *1578.* relatæ. *Hiſtoriam Chriſtinæ italico* ſermone expoſuit GALEAZZO GVALDO, cuius *la vita della Reina Chriſtina di Suecia* edita in *Roma 1656. 4.* Sic etiam prodiit *Hiſtoire des intrigues galantes de la Reine Chriſtine, à Francfurt 1698: 12.* Panegyricum reginæ ſcripſit MICHAEL CAPELLARIVS *in Chriſtinade,* ſiue *Chriſtina illuſtrata, Venetiis 1700. 4.* Poëma eſt heroicum, quod æque ob ingenium ac ſublimem dictionem æſtimatur. Cum iudicio legendæ: *Hiſtoire des Intrigues galantes de la Reine Chriſtine, Fft. 1698. 12.* ſimilesque libelli, in quibus tamen & multa vere ſcripta. Ex talibus compoſita ANONYMI *Leben der Kœnigin Chriſtina, Leipzig 1705. 8.* Ad hiſtoriam *Caroli XI.* facit IOANNIS ERNESTI PFVLII *panegyricus Carolo XI.* dictus, *Gryphiswaldi 1673. f.* & *Les Anecdotes de Svede, où l'Hiſtoire ſecrete des Changements arrivez dans la Svede ſous le Regne de Charles XI. à la Haye 1716. 8. à Stockholm 1716. 8.* loca ſunt ficta, *germanice Cœln 1716. 8.* adſcribuntur hæ memoriæ anecdotæ a quibusdam *Feuquierio* Galliarum Regis in Suecia Legato, ſed veriſimile eſt a *Samuele Puſendorſio*, cuius ſcribendi rationi libellus conſentit, aut Fratri *Eſaiæ* hunc fœtum tribuendum eſſe, a Gallo libellum haut fuiſſe ſcriptum & ſtili qualitas & alia condocent. Characteres Adminiſtorum minorenne Rege *Carolo XI.* ipſiusqe Regis liberrime ſunt delineati. Diem natalem heroici animi Regis *Caroli XII.* aduerſus ſcriptorem vitæ Carolinæ *Noribergenſem*, qui XXIV. Iunium deſignauerat, genuinum nempe $\frac{17}{27}$ *Iunii* indicauit IOANNES FRIDERICVS MAYERVS *in der geheiligten Woche*, quæ *Gryphiswaldi* prodiit *1704. f.* Res ceteras fortiter & magnam partem feliciter

geſtas

geſtas huius Regis multi conſignarunt. SAMVELIS FABRI Rectoris Gymnaſii Noribergenſis *ausführliche Lebens-Beſchreibung Kœnig Carl des XII. in Schweden &c. Nürnberg 1705-1716. 12.* nouem Tomulis edita, ſtilo arduo huic argumento conuenienti non eſt ſcripta, nec auctor iis inſtructus ſubſidiis, quæ requirebantur, ſæpeque aliena ſunt illata, amorque in Regem nimius ſe vbique prodit. Meliores quidem ex parte: *Les Compagnes de Charles XII. Roi de Suede par Mr. de* GRIMARET, *à la Haye 1708. 1711. 12. 4. Voll.* cuius exponendi ratio quidem eſt amœna, ſed non ad grauitatem argumenti comparata. Plenus errorum, atque ex narrationibus rerum nouarum tantum compoſitus ſtilo tamen non contemnendo ſcriptus ANONYMI auctoris qui ſe a ſeruitiis Regi fuiſſe fingit commentarius, cuius titulus: *The Hiſtory of the Wars of his preſent Maieſty Charles XII. King of Sweden, from his firſt Landing in Denmarck tho his return from Turkey do Pomerania, by a Scots Gentleman in the Swediſh ſervice, London 1715. 8.* Ex Suecicis Commentariis coniugis GVSTAVI ADLERFELD teſtis oculati, femina illuſtris ANNA CHRISTINA *de* STEEBEN decerpſit, *wahrhaften Entwurff der Kriegs-Thaten Carls des XII. Kœniges von Schweden, worinnen was merckwürdiges in dieſem Kriege vorgelauffen und paſſiret bis an den Alt-Ranſtædtiſchen Frieden beſchrieben iſt, Hamburg 1707. 4.* Ex iisdem Dn. de ADLERFELD commentariis magnam partem deſumtus, & ad annum 1709. continuatus ordinate, diſtincte, pragmatice libellus ANONYMI inſcriptus: *Entwurff der funfzehenjæhrigen Campagnen Carl des XII.* qui, vt titulus præfert *Lunden in Schonen*, ſiue potius *Hamburgi 1716. 8.* editus fuit, quemque recuſum præmiſſa Præfatione dedit V. C. ANDREAS

WEST-

WESTPHAL Hiſtoriarum in Academia Gryphica Profeſſor clariſſimus, ſub titulo: *Leben Carls des XII. und Groſſen Kœniges von Schweden, Greifswald 8.* ſine temporis mentione. Stilo rei convenienti & ex optimis quæ haberi potuerunt ſubſidiis ſcripta eſt Dn. IOANNIS IACOBI SCHMAVSSENS *Glorwürdigſtes Leben und die groſſen Helden-Thaten Caroli XII. Kœnigs in Schweden, Halle 1720. 8.* duabus Partibus, ſed quod dolendum ad an. ſaltim *1704.* continuata. Ex *Zaluskii Epiſtolis*, aliisque Actorum recentiorum collectionibus ſelectiſſima ſcripta in patrium ſermonem culte verſa, inſeruit. Talia *Acta* ad res Regis illuſtrandas, ſed non ſelecta & gloſſis ſæpe partium ſtudium redolentibus conueſtita exhibet die *Hiſtoriſche Nachricht von dem Nordiſchen Kriege* durch C. T. F. v. H. h. e. Dn. ZSCHACKWIZIVM, *Freyſtadt* ſiue potius *Ienæ* edita *1716. 8. 6. Voll.* & *Schwediſche Fama, XIX. Partibus 1711. 12. 13. 8.* edita. Fata & Actiones *Regis* dum in Turcicis terris viueret optime deſcripta leguntur in *Gedenck-Schrifften, betreffende het Leeven van Karel den XII. Koning in Sweden, geduurende ſyn Verblyf in het Ottomanniſche Gebied &c. beſchreeven door den Heer* WILLEM THEYLS *eerſte Dragoman & Cancelier van ſyn Exc. de Heer Graf* IACOBVS COLYER *Ambaſſadeur van hun E. E. Hoog-Mog. aan het Ottomanniſche Hof, a Leiden 1721. 8.* Conferantur lectu digniſſimæ commemorationes, a fide dignis acceptæ conſignatæque atque non ſolum ad ſeceſſum Benderianum, ſed plures etiam actiones bellicas facientes *in des weyland Durchl. Prinzens Maximilian Emanuels, Herzogs in Würtenberg, Obriſten über ein Schwediſch Dragoner-Regiment Reiſen und Campagnen &c. nebſt der Reiſe-Beſchreibung von Pultawa nach Bender, Stuttgard 1730. 8.* & nuper recuſæ *8.* quarum auctor

auctor Dn. Abbas BARDILI beati Principis in itinere ad Carolum XII. Regem per tempus comes. Facit huc etiam: *Voyage d' Eſpagne à Bender, à Paris 1721. 12.* quam ſuscepit, ex amore, in Regem, vt vult, Eques *de* BELLERIVE, prodiit quoque *germanice: Ganz neue Reiſe-Beſchreibung des Ritters Bellerive aus Spanien nach Bender, Franckf. 1714. 8.* Compilatio variorum memorabilium de hoc rege legitur in ſcriptione: *der nach der Pultawiſchen Schlacht unglückſeelige Kœnig in Schweden Carl der XII. durch* AVLANDER (*Ienæ,* licet locus non ſit indicatus) *1716. 8. Belgica* lingua edita eſt: *Leven van de Heldhaftigen Karel Koning van Zweden &c. door* I. *le* LONG, *Amſterdam 1721. 8.* Inſignem quoque ad res geſtas cognoſcendas apparatum conduxit nobilisſimus hiſtoriæ Europeæ recentioris ſcriptor in *Hiſtoire de Svede ſous le Regne de Charles XII. par Mr. de* LIMIERS, *à Amſterdam 1721. 12. VI. Voll.* Nec omittenda: *Hiſtoire abregee de Charles XII. Roi de Svede, Ouvrage poſtume par Mr. le Chevalier R. à la Haye 1730. 12.* Pragmatico cultoque ſcribendi genere, inſertis tamen quibusdam quæ maiore indigent probatione & accuratione, inprimis quod ad nomina, loca & ſingulares circumſtantias conſignauit ingenioſisſimus de VOLTAIRE libello inſcripto: *Hiſtoire de Charles Roi de Suede,* quæ lucem vidit *à Basle 1731. 8.* & *à Amſterdam 1732. 8.* 2. Tomis, & culto itidem ſermone germanice, ſub indice: *Leben Carls des XII. Kœnigs von Schweden, Stockholm* ſiue potius *Lipſiæ 1733. 8.* cum notulis vel emendantibus, vel ad Acta ſcriptoresque remittentibus. Iungi tamen debent: *Remarques hiſtoriques & critiques ſur l' hiſtoire de Charles XII. par Mr. de la* MOTRAYE, *London 1732. 8.* quo ille minus curate vereque dicta corrigit & prætermiſſa ſupplet, ac varia tempora,

 no-

nomina, minus recte poſita corrigit. Hæ acceſſere in noua gallica Editione edita ſub titulo: *Hiſtoire de Charles XII. par Mr. de* VOLTAIRE *nouvelle Edition, revüe, corrigee & augmentee par Auteur avec les Remarques de Mr. de la* MOTRAYE *& les Reſponſes de Mr. de* VOLTAIRE *à Amſterdam 1733. 8.* Omnes autem de geſtis Caroli XII. narrationes ſuperare videtur certe egregie ſupplet: *Hiſtoire militaire de Charles XII. Roi de Suede, depuis l' an 1700. jusqu' à la Bataille de Pultowa en 1709. écrite par ordre expres de Sa Majeſté par Mr.* GVSTAVE ADLERFELD, *Chambellan du Roi. On y a joint une Relation exacte de la Bataille de Pultowa, avec un Iournal de la retraite du Roi à Bender, Amſterdam 1740. 12. 4. Voll.* cum figuris æneis, qua, auctor, lingua Suecica, magna cura, quæ ipſe vidit, vel a belli ducibus & negotiorum adminiſtris, qui res geſſere, aut rege ipſo, accepit, multa cura conſignauit, deque regis ſui hoſtibus horumque ducibus moderate & tributa quam promeriti fuerant laude, ſenſit. Ex Suecico in gallicum vertit ſcriptoris filius *Carolus Maximilianus de Adlerfeld*, qui cum Barone de *Neugebauer* comes fugæ Regis ad Turcas fuit, & commemorationem huius periculoſi itineris emendauit. Summam operis adtecti, auctoris coniux lingua germanica ediderat, quorum exemplorum tamen plurima pars in mari periit. Iam *Hamburgi* elegans germanica verſio in 8vo adornatur, acceſſionibus auctoris, & elegantibus figuris ornata. In ſupplementum *Hiſtoriæ Caroli XII.* adhiberi poſſunt: *Nouveaux Memoires de Svede, contenant 1. Les Campagnes de Mr. de Steenbock avec ſa Iuſtiſication. 2. L' heureux Eſclave, où l' Hiſtoire veritable d'un Gentilhomme Lorrain, Capitaine de Grenadiers du Czaar fait eſclave à l' affaire du Prouthe & delivré par le Roi de Svede Charles XII. 1721. 8.*

1721. 8. De morte glorioſi Regis & inſigni mutatione ſtatus in Regno Sueciæ, atque electione defuncti Regis piisſimæ ſororis legi poſſunt quæ extant collecta in *Sammlung verſchiedener Berichte auch Staats-Schrifften, den Tod I. K. M. in Schweden Caroli XII. die in ſelbigem Reich hierauf erfolgte Verænderungen, beſonders aber die Erhebung der Kœnigin Vlricæ Eleonoræ Maj. auf den Schwediſchen Thron, betreffend, Freyſtadt ſ. Ienæ 1719. 8.* ex *ſecunda Editione.* Hodierni Regis vitæ memorabilia & res geſtas conduxit Dn. D. FASSMANN *Lebens-Beſchreibung Ihrer Kœnigl. Mai. von Schweden Friderici I. 1736. 8.*

§. VI.

Singulares Bellorum *Hiſtorias* alii, data opera condidere Scriptores. IOANNIS WITTECHINDI Regii Hiſtoriographi *Hiſtoria Belli Sueco-Moſcouitici decennalis auſpiciis Caroli IX. & Guſtaui Adolphi, ductu Iacobi de la Gardie varia fortuna ab anno 1607. ad an. 1617. geſti, Holmiæ 1672. 4.* eodemque anno ſuecice 4. edita, geſtorum tamen annis *1615.* & *1616.* tantum ſumma capita & argumenta extant, quæ non elaborauit *Wittechindus. Hiſtoria Belli Sueco-Danici* inter *Chriſtinam* & *Chriſtianum IV.* Daniæ Regem annis *1643. 44. 45.* geſti auctore IOANNE HENRICO BOECLERO, quæ *Holmiæ 1676. 4.* ſplendide cura IOA. L. B. BERGIELM edita, *Argentorati* vero *1679. 8.* recuſa fuit, exarata quidem eſt ſtilo ad imitationem veterum compoſito, ſed ita tamen, vt inclinationem amoris in Suecos facile adgnoſcas. Prælecta pars huius Hiſtoriæ inclito Heroi *Torſtenſohnio* qui belli huius dux fuerat, emendante et ſupplente commemorationem eodem, ſed morbis impeditus fuit in hac accurata cenſura, heros. *Deſcriptiones Bellorum Germanici*, & quæ geſſit *Carolus XII.* Rex iam p. *958. 1579.* dedimus.

que compilatam, et a diluuio inchoatam, ſed A. C. *1616.* terminatam. Tomum *Decimum Quartum* de *Oſtro-Gothis* in *Scondia* & in *Hiſpania,* monente editore *Peringkiöldio*, perditum eſſe, ſcimus. Sub finem autem Tomi XIII. vbi *Meſſenius* ſua *Opera* recenſuit enumerantur *Scondiæ Tomi XX.* ſed *Quinque* quantum adhuc ſcio, ſunt inediti. Ex *Meſſenio*, cuius Commentariis tum nondum editis, vtebatur, maximam partem deducta, ſed ſtilo viuido, Suecis tamen maxime fauente ſcripta SAMVELIS *von* PVFENDORF *continuirte Einleitung zu der Hiſtorie der vornehmſten Reiche und Staaten von Europa, worinn des Kœnigreichs Schweden Geſchichte inſonderheit beſchrieben werden, Franckfurt am Mayn 1689. 8.* & ſæpius. Poſt alias verſiones iam indicatas, *Suecice* prodiit, interprete *Petro Prasck Stockholm 1680. 8.* Ante hanc iuſſu *Axelii Oxenſtiernæ* Regni Cancellarii ſcripti eleganti grauique ſtilo OLAVI VERELII, Aſſeſſoris quondam Regii Collegii Antiquitatum patriæ, deque his meritiſſimi Viri *Epitomarum Hiſtoriæ Suio-Gothicæ Libri Quatuor, & Gothorum, Rerum extra Patriam geſtarum Libri duo*, quos edidit *Petrus Schenberg, Stockholmiæ 1730. 4.* priores perducti vsque ad initia Expeditionis Guſtaui Adolphi Germanicæ. Scripſit hos Libros Verelius in iuuenili ætate & prius quam ei veterum Suio-Gothiæ ſcriptorum antiquiſſima & ſincera monimenta perluſtrare datum conceſſumque erat, ideoque in recenſendis Regibus & ordinanda Chronologia *Ericum Olaui* & *Ioannem Magnum* aliosque ſecutus, non ea accuratione commemorare res potuit, qua poſt doctiſſimorum Virorum huius æui curas, erutis ſubſidiis, Res Sueo-Gothicæ perſcribi poſſunt. LAVRENTII PAVLI Archi-Epiſcopi Vpſalienſis *Hiſtoriæ Arctoæ Libri Tres, Stregneſii* typis impenſiſ-

ſisque Auctoris *1636.4.* editi, res geſtas Imperatorum, vt vocat, Suio-Gothicorum, inde vsque a Magogo & quidem Libro ſecundo internorum ad triumphalem exitum Guſtaui Adolphi M. Libro tertio externorum, ad finem Regni Oſtro-Gothorum in Italia, Weſtro-Gothorum in Hiſpania, commemorat, adpoſitis e regione Hiſtoriæ Suio-Gothicæ Libri ſecundi rebus memorabilibus & hiſtoriis parallelis quatuor Monarchiarum. PETRI PETREII *Chronicon Regum Sueciæ a Magogo ad Carolum IX. Holmiæ 1611.* Suecica lingua editum, non euolui. Inſignia illa hiſtoriarum Suio Gothicarum capita, quæ Ius Publicum Regni illuſtrare poſſunt, colligenda ſibi ſumſit V. C. IACOBVS WILDE, Hiſtoricus regius, edita *Sueciæ Hiſtoria pragmatica, quæ vulgo Ius Publicum dicitur*, inde a primis Regni *initiis vsque ad hæc noſtra tempora, Holmiæ 1731.4.* qua e traditionibus hiſtoricis, legibus non ſcriptis & ſcriptis, pactis conuentis, decretis comitialibus, ſtatutis, edictis, mandatis &c. de iuribus Regis & Ordinum varia curate conduxit, ſed ſimul multa ex politicis generalibus doctrinis miſcuit, quæ omitti potuiſſent vtpote ſatis nota. Continuationem cœpti Operis promiſit, quæ an facta ſit, cum ignaris ſcio. *Gallico* ſermone culto ſcripta: *Hiſtoire des Revolutions de Svede, à Paris 1695.12.* auctore *Abbate* de VERTOT, qua præmiſſa Sueciæ Regum ſerie, expoſitionem a Seculo XIV. orditur, & ad recentiora *Guſtaui* R. tempora perſequitur. Recuſa hæc ſub titulo: *Hiſtoire des Revolutions de Svede par Mr. de* FONTENELLES, *de l'Academie Françoiſe II. Tomes* à *Amſterdam 1696.12.* ſed impoſtores hoc nomen celeberrimi viri falſò addidere, ſuppreſſa & commutata veri auctoris in Epiſtola dedicatoria ſubnotatione L. D. V.

§. V.

§. V.

Sueo-Gothicorum Regum, Ducum & Magnatum *Ordiniſque Equeſtris Genealogias*, ex originalibus literis, antiquitatisque monimentis magno labore conquiſiuit, ſigillis & inſignibus ornauit, atque indicibus inſtruxit de rebus patriæ ſuæ ſumme promeritus IOANNES PERINGSKIÖLD Opere, quod inſcribitur: *Attabock ofwer Swea och Giötha rickſenſs Konungar och Drontningas ſamt Ridderſchap och Adell* &c. *Holmiæ f. reg. ſuecice.* De *Regibus* ſingularibus horumque geſtis plures extant *Scriptores*, omnem Sueciæ Hiſtoriam ſingulariter illuſtrantes. ISRAELIS ERLANDI extat: *Vita S. Erici Regis Sueciæ eiusdemque Miracula* edita a *Ioanne Scheffero, Holmiæ 1675. 8. Vitam Theodorici Regis O. Gothor.* ſcriptore IOA. COCHLAEO egregiis notis illuſtrauit IOA. PERINGSKIÖLD, *Stockh. 1699. 4. Chronicon Guſtaui I. ſuecice* conditum ſtilo ERIC. GEORG. TEGEL, *Holmiæ 1620. f.* quo idiomate & CHRISTOPHORI LAVRENTII GRVBB *Breuiarium Guſtauianum*, *Lincopiæ 1671. 4.* editum. De eodem Rege compilauit quædam SAMVEL KEMPIVS *vel* KEMPE *Hiſtoriæ Guſtaui, Suecorum, Gothorum, Wandalorumque Regis Libris Quinque, Stregneſii 1629. 8.* & *iterum ibid. 1648. 12.* forma dialogiſtica in vſum ſcholaſticæ iuuentutis, ex quo conditio libri patet. ERICI IORENSON *Hiſtoria Guſtaui I.* edita *Stockholm 1622. f.* Præter hos AEGIDIVS GIRS Dicaſterii ſupremi Regii Secretarius & poſt Aſſeſſor patrio ſermone conſcripſit: *Konung Guſtaffs den I. och Konung Erichs den XIV. Chrönickor, Holmiæ 1670. 4.* Res a *Guſtauo Adolpho* Rege immortali memoria dignisſimo per ſexennium geſtas, ſuecico ſermone *Stockholmiæ 1680. f.* editas IOANNES WITECHINDVS conſignauit, qui liber tamen quorundam indicio, in Suecia eſt prohibitus.

tus. Virtutes Regis & geſta in Germania vulgari ſtilo laudauit MATTHIAS LVNGWITIVS im *dreyfachen Schwediſchen Lorbeerkranz, Leipzig 1635. 4. 2. Voll.* Gallice edita: *L' Hiſtoire de Guſtave Adolphe, dit le Grand, & de Charles Guſtave Roys de Svede par le Sieur de* PRADE, *à Paris 1693. 8.* & in belgicum idioma verſa licet falſo ad Codicem MSCtum prouocetur: *Het Leven en Bedryf van Guſtavus Adolphus en Karel Guſtav, Koningen van Sweden, volgens een Manuſcript in't Sweeds geſchreven tot Leyden 1698. 8.* Hos tamen omnes vincunt qui ſimul *Chriſtinæ* F. Reginæ ſub regno, res bello & pace in Germania geſtas pulcerrime exponunt, nimirum BOGISLAF PHILIPP *a* CHEMNIZ, vir acris iudicii & inſignis prudentiæ *im Kœniglichen Schwediſchen in Teutſchland geführten Krieg* atque SAMVEL PVFENDORFIVS *Commentariorum de rebus Suecicis Libris XXVI.* de quibus iam ſententiam dixi *ſupra C. XVI. §. 88. p. 960.* Conferri poteſt in ſingularibus quibusdam circumſtantiis PETRI LANDSBERGII *Guſtaui M. Bellum Germanicum, Roterodami 1652. 12.* & *L' Hiſtoire du progres des Armes du Roy de Svede en Allemagne, avec la Bataille de Leipſik par un Gentilhomme du Camp du Roy de Svede, Paris 1631. 8.* Res fortiter feliciterque primum geſtas magnanimi Herois *Caroli Guſtaui R.* ex Archiuis Suecicis pulcre ſcripſit SAM. de PVFENDORF Baronis titulum his Commentariis inter alia promeritus, *de geſtis Caroli Guſtaui, Noribergæ 1698. f.* cum elegantisſimis figuris æri inciſis, qui poſtea etiam in gallicum atque germanicum ſermonem ſunt translati. Opus commendatisſimum, ſed quod dolendum vitioſe typis impreſſum. Non magni momenti eſt: IOANNIS GILENII *Triumphus Suecicus de Polonia & Boruſſia a Carolo Guſtauo ſubiugata 1656. 8.*

Non

Non omittendæ quæ huc pertinent LINAGE *de* VAVCIENNES *Memoires* iam p. *1578.* relatæ. *Hiſtoriam Chriſtinæ italico* ſermone expoſuit GALEAZZO GVALDO, cuius *la vita della Reina Chriſtina di Suecia* edita in *Roma 1656. 4.* Sic etiam prodiit *Hiſtoire des intrigues galantes de la Reine Chriſtine, à Francfurt 1698. 12.* Panegyricum reginæ ſcripſit MICHAEL CAPELLARIVS *in Chriſtinade,* ſiue *Chriſtina illuſtrata, Venetiis 1700. 4.* Poëma eſt heroicum, quod æque ob ingenium ac ſublimem dictionem æſtimatur. Cum iudicio legendæ: *Hiſtoire des Intrigues galantes de la Reine Chriſtine, Fft. 1698. 12.* ſimilesque libelli, in quibus tamen & multa vere ſcripta. Ex talibus compoſita ANONYMI *Leben der Kœnigin Chriſtina, Leipzig 1705. 8.* Ad hiſtoriam *Caroli XI.* facit IOANNIS ERNESTI PFVLII *panegyricus Carolo XI.* dictus, *Gryphiswaldi 1673. f.* & *Les Anecdotes de Svede, où l'Hiſtoire ſecrete des Changements arrivez dans la Svede ſous le Regne de Charles XI. à la Haye 1716. 8. à Stockholm 1716. 8.* loca ſunt ficta, *germanice Cœln 1716. 8.* adſcribuntur hæ memoriæ anecdotæ a quibusdam *Feuquierio* Galliarum Regis in Succia Legato, ſed veriſimile eſt a *Samuele Puſendorſio*, cuius ſcribendi rationi libellus conſentit, aut Fratri *Eſaiæ* hunc fœtum tribuendum eſſe, a Gallo libellum haut fuiſſe ſcriptum & ſtili qualitas & alia condocent. Characteres Adminiſtorum minorenne Rege *Carolo XI.* ipſiusque Regis liberrime ſunt delineati. Diem natalem heroici animi Regis *Caroli XII.* aduerſus ſcriptorem vitæ Carolinæ *Noribergenſem*, qui XXIV. Iunium deſignauerat, genuinum nempe $\frac{17}{27}$ *Iunii* indicauit IOANNES FRIDERICVS MAYERVS *in der geheiligten Woche*, quæ *Gryphiswaldi* prodiit *1704. f.* Res ceteras fortiter & magnam partem feliciter geſtas

geſtas huius Regis multi conſignarunt. SAMVELIS FABRI Rectoris Gymnaſii Noribergenſis *ausführliche Lebens-Beſchreibung Kœnig Carl des XII. in Schweden &c. Nürnberg 1705-1716. 12.* nouem Tomulis edita, ſtilo arduo huic argumento conuenienti non eſt ſcripta, nec auctor iis inſtructus ſubſidiis, quæ requirebantur, ſæpeque aliena ſunt illata, amorque in Regem nimius ſe vbique prodit. Meliores quidem ex parte: *Les Compagnes de Charles XII. Roi de Suede par Mr. de* GRIMARET, *à la Haye 1708. 1711. 12. 4. Voll.* cuius exponendi ratio quidem eſt amœna, ſed non ad grauitatem argumenti comparata. Plenus errorum, atque ex narrationibus rerum nouarum tantum compoſitus ſtilo tamen non contemnendo ſcriptus ANONYMI auctoris qui ſe a ſeruitiis Regi fuiſſe fingit commentarius, cuius titulus: *The Hiſtory of the Wars of his preſent Maieſty Charles XII. King of Sweden, from his firſt Landing in Denmarck tho his return from Turkey do Pomerania, by a Scots Gentleman in the Swediſh ſervice, London 1715. 8.* Ex Suecicis Commentariis, coniugis GVSTAVI ADLERFELD teſtis oculati, femina illuſtris ANNA CHRISTINA *de* STEEBEN decerpſit, *wahrhaften Entwurff der Kriegs-Thaten Carls des XII. Kœniges von Schweden, worinnen was merckwürdiges in dieſem Kriege vorgelauffen und paſſiret bis an den Alt-Ranſtædtiſchen Frieden beſchrieben iſt, Hamburg 1707. 4.* Ex iisdem Dn. de ADLERFELD commentariis magnam partem deſumtus, & ad annum 1709. continuatus ordinate, diſtincte, pragmatice libellus ANONYMI inſcriptus: *Entwurff der funfzehenjæhrigen Campagnen Carl des XII.* qui, vt titulus præfert *Lunden in Schonen,* ſiue potius *Hamburgi 1716. 8.* editus fuit, quemque recuſum præmiſſa Præfatione dedit V. C. ANDREAS

WEST-

WESTPHAL Hiſtoriarum in Academia Gryphica Profeſſor clariſſimus, ſub titulo: *Leben Carls des XII. und Groſſen Kœniges von Schweden, Greifswald 8.* ſine temporis mentione. Stilo rei convenienti & ex optimis quæ haberi potuerunt ſubſidiis ſcripta eſt Dn. IOANNIS IACOBI SCHMAVSSENS *Glorwürdigſtes Leben und die groſſen Helden-Thaten Caroli XII. Kœnigs in Schweden, Halle 1720. 8.* duabus Partibus, ſed quod dolendum ad an. ſaltim *1704.* continuata. Ex *Zaluskii Epiſtolis*, aliisque Actorum recentiorum collectionibus ſelectiſſima ſcripta in patrium ſermonem culte verſa, inſeruit. Talia *Acta* ad res Regis illuſtrandas, ſed non ſelecta & gloſſis ſæpe partium ſtudium redolentibus conueſtita exhibet die *Hiſtoriſche Nachricht von dem Nordiſchen Kriege* durch C. T. F. V. H. h. c. Dn. ZSCHACKWIZIVM, *Freyſtadt* ſiue potius *Ienæ* edita *1716. 8. 6. Voll.* & *Schwediſche Fama, XIX. Partibus 1711. 12. 13. 8.* edita. Fata & Actiones *Regis* dum in Turcicis terris viueret optime deſcripta leguntur in *Gedenck-Schrifften, betreffende het Leeven van Karel den XII. Koning in Sweden, geduurende ſyn Verblyf in het Ottomanniſche Gebied &c. beſchreeven door den Heer* WILLEM THEYLS *eerſte Dragoman & Cancelier van ſyn Exc. de Heer Graf* IACOBVS COLYER *Ambaſſadeur van hun E. E. Hoog-Mog. aan het Ottomanniſche Hof, a Leiden 1721. 8.* Conferantur lectu digniſſimæ commemorationes, a fide dignis acceptæ conſignatæque atque non ſolum ad ſeceſſum Benderianum, ſed plures etiam actiones bellicas facientes *in des weyland Durchl. Prinzens Maximilian Emanuels, Herzogs in Würtenberg, Obriſten über ein Schwediſch Dragoner-Regiment Reiſen und Campagnen &c. nebſt der Reiſe-Beſchreibung von Pultawa nach Bender, Stuttgard 1730. 8.* & nuper recuſæ *8.* quarum auctor

auctor Dn. Abbas BARDILI beati Principis in itinere ad Carolum XII. Regem per tempus comes. Facit huc etiam: *Voyage d' Eſpagne à Bender, à Paris 1721. 12.* quam ſuſcepit, ex amore, in Regem, vt vult, Eques *de* BELLERIVE, prodiit quoque *germanice*: *Ganz neue Reiſe-Beſchreibung des Ritters Bellerive aus Spanien nach Bender, Franckf. 1714. 8.* Compilatio variorum memorabilium de hoc rege legitur in ſcriptione: *der nach der Pultawiſchen Schlacht unglückſeelige Kœnig in Schweden Carl der XII. durch* AVLANDER (*Ienæ*, licet locus non ſit indicatus) *1716. 8. Belgica* lingua edita eſt: *Leven van de Heldhaftigen Karel Koning van Zweden &c. door* I. *le* LONG, *Amſterdam 1721. 8.* Inſignem quoque ad res geſtas cognoſcendas apparatum conduxit nobilisſimus hiſtoriæ Europeæ recentioris ſcriptor in *Hiſtoire de Svede ſous le Regne de Charles XII. par Mr. de* LIMIERS, *à Amſterdam 1721. 12. VI. Voll.* Nec omittenda: *Hiſtoire abregee de Charles XII. Roi de Svede, Ouvrage poſtume par Mr. le Chevalier R. à la Haye 1730. 12.* Pragmatico cultoque ſcribendi genere, inſertis tamen quibusdam quæ maiore indigent probatione & accuratione, inprimis quod ad nomina, loca & ſingulares circumſtantias conſignauit ingenioſisſimus de VOLTAIRE libello inſcripto: *Hiſtoire de Charles Roi de Suede*, quæ lucem vidit *à Basle 1731. 8. & à Amſterdam 1732. 8.* 2. Tomis, & culto itidem ſermone germanice, ſub indice: *Leben Carls des XII. Kœnigs von Schweden, Stockholm* ſiue potius *Lipſiæ 1733. 8.* cum notulis vel emendantibus, vel ad Acta ſcriptoresque remittentibus. Iungi tamen debent: *Remarques hiſtoriques & critiques ſur l' hiſtoire de Charles XII. par Mr. de la* MOTRAYE, *London 1732. 8.* quo ille minus curate vereque dicta corrigit & prætermiſſa ſupplet, ac varia tempora,

 no-

nomina, minus recte poſita corrigit. Hæ acceſſere in noua gallica Editione edita ſub titulo: *Hiſtoire de Charles XII. par Mr. de* VOLTAIRE *nouvelle Edition, revüe, corrigee & augmentee par Auteur avec les Remarques de Mr. de la* MOTRAYE *& les Reſponſes de Mr. de* VOLTAIRE *à Amſterdam 1733. 8.* Omnes autem de geſtis Caroli XII. narrationes ſuperare videtur certe egregie ſupplet: *Hiſtoire militaire de Charles XII. Roi de Suede, depuis l' an 1700. jusqu' à la Bataille de Pultowa en 1709. écrite par ordre expres de Sa Majeſté par Mr.* GVSTAVE ADLERFELD, *Chambellan du Roi. On y a joint une Relation exacte de la Bataille de Pultowa, avec un Iournal de la retraite du Roi à Bender, Amſterdam 1740. 12. 4. Voll.* cum figuris æneis, qua, auctor, lingua Suecica, magna cura, quæ ipſe vidit, vel a belli ducibus & negotiorum adminiſtris, qui res geſſere, aut rege ipſo, accepit, multa cura conſignauit, deque regis ſui hoſtibus horumque ducibus moderate & tributa quam promeriti fuerant laude, ſenſit. Ex Suecico in gallicum vertit ſcriptoris filius *Carolus Maximilianus de Adlerfeld*, qui cum Barone de *Neugebauer* comes fugæ Regis ad Turcas fuit, & commemorationem huius perículoſi itineris emendauit. Summam operis adtecti, auctoris coniux lingua germanica ediderat, quorum exemplorum tamen plurima pars in mari periit. Iam *Hamburgi* elegans germanica verſio in 8vo adornatur, acceſſionibus auctoris, & elegantibus figuris ornata. In ſupplementum *Hiſtoriæ Caroli XII.* adhiberi poſſunt: *Nouveaux Memoires de Svede, contenant 1. Les Campagnes de Mr. de Steenbock avec ſa Iuſtiſication. 2. L' heureux Eſclave, où l' Hiſtoire veritable d'un Gentilhomme Lorrain, Capitaine de Grenadiers du Czaar fait eſclave à l' affaire du Prouthe & delivré par le Roi de Svede Charles XII. 1721. 8.*

1721. 8. De morte glorioſi Regis & inſigni mutatione ſtatus in Regno Sueciæ, atque electione defuncti Regis piiſſimæ ſororis legi poſſunt quæ extant collecta in *Sammlung verſchiedener Berichte auch Staats-Schrifften, den Tod I. K. M. in Schweden Caroli XII. die in ſelbigem Reich hierauf erfolgte Verænderungen, beſonders aber die Erhebung der Kœnigin Vlricæ Eleonoræ Maj. auf den Schwediſchen Thron, betreffend, Freyſtadt ſ. Ienæ 1719. 8.* ex *ſecunda Editione.* Hodierni Regis vitæ memorabilia & res geſtas conduxit Dn. D. FASSMANN *Lebens-Beſchreibung Ihrer Kœnigl. Mai. von Schweden Friderici I. 1736. 8.*

§. VI.

Singulares Bellorum *Hiſtorias* alii, data opera condidere Scriptores. IOANNIS WITTECHINDI Regii Hiſtoriographi *Hiſtoria Belli Sueco-Moſcouitici decennalis auſpiciis Caroli IX. & Guſtaui Adolphi, ductu Iacobi de la Gardie varia fortuna ab anno 1607. ad an. 1617. geſti, Holmiæ 1672. 4.* eodemque anno ſuecice 4. edita, geſtorum tamen annis *1615.* & *1616.* tantum ſumma capita & argumenta extant, quæ non elaborauit *Wittechindus*. *Hiſtoria Belli Sueco-Danici* inter *Chriſtinam* & *Chriſtianum IV.* Daniæ Regem annis *1643. 44. 45.* geſti auctore IOANNE HENRICO BOECLERO, quæ *Holmiæ 1676. 4.* ſplendide cura IOA. L. B. BERGIELM edita, *Argentorati* vero *1679. 8.* recuſa fuit, exarata quidem eſt ſtilo ad imitationem veterum compoſito, ſed ita tamen, vt inclinationem amoris in Suecos facile adgnoſcas. Prælecta pars huius Hiſtoriæ inclito Heroi *Torſtenſohnio* qui belli huius dux fuerat, emendante et ſupplente commemorationem eodem, ſed morbis impeditus fuit in hac accurata cenſura, heros. *Deſcriptiones Bellorum Germanici*, & quæ geſſit *Carolus XII.* Rex iam p. *958. 1579.* dedimus.

§. VII.

Omnem *Hiſtoriam Sueo-Gothicam* mirifice illuſtrant & confirmant *Nummi* & alia *monimenta vetuſta*. Ad quæ ſcite delineanda adhibitus fuit ELIAS BRENNERVS Regii Antiquitatum Collegii Aſſeſſor. Is enim ex mandato huius Collegii, varias Regni Prouincias viſitauit atque inſignia *Antiquitatis Monumenta* delineauit Collegioque redux factus, obtulit, ſed & triginta annorum labore adhibito locupletem *Theſaurum Nummorum Sueo-Gothicorum*, *Holmiæ* 1691. 4. exhibuit, cuius Libro primo inuenies Nummos *Regum Sueciæ a Biörnonis* imperio, ſiue ab anno C. 818. vsque ad *Guſtaui I.* ſiue an. 1521. poſterior autem dat Nummos & Numiſmata recentioris æui *Guſtaui I.* & Succeſſorum ad recentiora tempora. Adauxit poſt inſigniter hunc ſuum *Theſaurum* & inſtruxit ex ſuo locuplete Numophylacio aliisque exterorum, quæ *ſecunda Editio* prodiit *Holmiæ* 1731. 4. cum figuris æneis in *fol. mai.* Singulares *Genealogias* Regiæ Domus compilauit IOANNES MESSENIVS, quales *Amphitheatro, in quo inclytæ Guſtaidum proſapiæ Genealogiam, ab Adamo continua deriuatum ſcaturigine*, exhibere voluit, quod editum *Holmiæ* 1610. 8. quo & præclara cuiuslibet Suecici Gothicique Regis facinora, diſticho comprehenſa, dedit. EIVSDEM cura editæ *Tumbæ veterum ac nuperorum apud Sueones Gothosque Regum, Reginarum, Ducum, aliorumque Heroum, Holmiæ* 1611. 8. ex vetuſtatis crypta in gratiam ſuperſtitum conſanguineorum & antiquitatis amantium oblectamentum, erutæ. *Memorabilium Sueciæ Gentis Exemplorum*, Librum ſingularem, ex hiſtoriis Suecicis, ſub certis titulis e. gr. de caritate patriæ, liberalitate &c. conduxit IOANNES SCHEFFERVS, qui editus *Hamburgi* 1687. 8.

§. VIII.

§. VIII.

De *origine & religione Fennorum* extat Diſſertatio FABIANI TOERNER, *Vpſaliæ 1728. 8.* edita, in *Germania 4.* recuſa. *Antiquitates Finlandiæ* ſingulari libro deſcripſit diligentisſimus ELIAS BRENNERVS, ſed nondum quantum ſcio, editas, indicium harum fecit auctor *Holmiæ Literatæ P. I. p. 7.* docetque *Brennerum* origines Finnicæ gentis, religionem priſcam, Reges, ſiue Magnos Principes, linguamque his commentariis illuſtraſſe, figurasque & illuſtrationem priſcorum illius Gentis Nummorum, aliorumque monumentorum ſolerter dediſſe. Ad *Lapponiæ* Hiſtoriam gentisque mores & deſcriptionem facit eruditus liber IOANNIS SCHEFFERI inſcriptus: *Lapponia*, qui *Francofurti* prodiit *1674. 4.* Hunc poſtea in gallicum ſermonem transtulit atque additionibus adauxit *Lubinus*, *Pariſiis 1678. 4.* *Anglice* quoque & *germanice* fuit verſus editusque *Francofurti 1675. 4.* Sed accuratior longe eſt OLAI RVDBECKII, filii, *Nova Samolad*, ſiue *Laponia illuſtrata & iter per Islandiam, Geſtritiam, Helſingiam, Medelpadiam, Angermanniam, Botbniam, tum occidentalem & huic adnexam Laponiam, Lulenſem, quam Septentrionalem, cum Laponia Tornienſi & Orientalem, item Finlandiam, Alandiam &c. accurate exponens ſingularum quidem regionum ſitum & incolarum ingenium, inprimis autem Laponum cum habitum corporis, tum animi indolem, quin & religionem, mores, linguam, conuerſandi rationem, primamque originem, atque ſimul tradens animalium, herbarum & minerarum diuerſitatem, montium quoque & ſyluarum, lacuum, paludum, fluuiorum atque cataractarum naturam & amœnitatem, nec non pro re nata, quæ ex antiquitatibus, eruditioneque reliqua elegantiore ſcitu iucunda ſunt, nec prorſus indigna ſub-*

inde inſpergens Opus certis libris, partibusque diſtinctum. Cui ad calcem Gloſſarium Laponicum accedit cum inſcriptione Lapo Hebraizans in Septentrione, cum figuris æneis & ligneis, Vpſaliæ 1701. 4. latine & ſuecice. Opus hoc, occaſione demandatæ *Rudbeckio* Regis iuſſu, vlterioris perquiſitionis *Laponiæ* eſt compoſitum, atque præſtantisſimum.

§. IX.

De *Vrbibus* ac *Ciuitatibus* clarioribus docti viri pereruditas expoſuere Commentationes. Quorum e numero annotamus IOANNIS MESSENII Librum, cui titulum fecit: *Sueopentaprotopolis, ſeu, Exegeſis de quinque primariis & antiquisſimis Suecorum Gothorumque Emporiis, Vbſalia, Sigtonia, Scara, Birca & Stockholmia, Holmiæ 1611. 8.* quam ex peruetuſtis Regni monumentis concinnauit. *Suecice* verſa prodiit *Stockholm 1612. 8.* Pereruditus Liber eſt IOANNIS SCHEFFERI, quem inſcripſit *Vpſalia, Vpſaliæ 1666. 8.* editus, cuius occaſione varia obſeruauit, de religione, ſacris, feſtis, Regum Electionibus, creationibus Magiſtratuum, concesſionibus dignitatum, funerationibus & ſimilibus olim per Septentrionem & vicinos Germanos, Gallos, Britannos &c. vſurpata. Edita porro SCHEFFERI *de ſitu & vocabulo Vpſaliæ Epiſtola defenſoria, Holmiæ 1677. 4.* cui oppoſitæ OLAVI VERELII *Notæ in Epiſtolam defenſoriam* ſcriptæ a. *1677.* ſed editæ *Vpſaliæ 1681. f.* quæ notæ interdicto regio an. *1681. d. 27. Sept.* prohibitæ ſub mulcta mille thalerorum argenteorum. ENBERGII *Vpſaliam 12. ſuecice* editam ipſe non vidi. Extant quoque eruditæ quædam Diſſertationes de fatis & hiſtoria quarundam in Suecia Vrbium, vtili conſilio propoſitæ, ſic FABIANVS TOERNER de *initiis Stockholmiæ*, IDEM de *Birca*; diſſeruit; IOANNES STEVCHIVS de *Skara Vrbe Gothorum*

ve-

vetuſtisſima, IOA. vero HERMANSSON de *Axevall antiquisſima Weſtro Gothiæ arce.* OLAVS CELSIVS dedit *Hiſtoriam Vrbis Gothoburgi;* IOANNES VPMARCK de *Mariæſtadio.*

§. X.

Ad noſcendas illuſtrium *Sueo-Gothici Regni Familiarum Genealogias* facit IOANNIS MESSENII *Theatrum Nobilitatis Suecanæ, Holmiæ 1616. f.* 38. plagulis conſtans, quo C. tabulis, ſtemmata XL. Regum Suecorum antiquiorum; & LX. Familiarum illuſtrium exhibet, atque haſce tabulas deinde paraphraſi addita illuſtrat. De quo *Ioannis Henrici Bœcleri* adſcribam iudicium *Diſſertatione de Peregrinatione Germanici p. 18.* prolatum: *Editum eſt Theatrum Nobilitatis Suecanæ, quo exteri ſecurius vtuntur. At in Suecia multi Auctoris errores annotati comperiuntur, multa deliquia. Cuius rei abunde mihi fidem fecerunt inſpecti non ſine admiratione Commentarii illuſtrisſimæ Matronæ* CATHARINAE BOOT, *quos grande illud ſexus ſui ornamentum & Nobilitatis Suecanæ gemma, tanto ſtudio, diligentia, diſpoſitione, ſua manu exarauit, & quantum ad inſignia depinxit, vt comparatum his laboribus Theatrum quod dixi, vel defectu notitiæ plenioris, vel tractationis ſecuritate plane vileſcat.* Theatrum *Meſſenianum* variis annotationibus illuſtrisſimi viri *Stenonis Bielcke* illuſtratum, posſidet Dn. *Stiernmann*, vid. ipſius *Bibliothecam Suio-Gothicam p. 137. Arborem Genealogicam illuſtrisſimæ Familiæ* OXENSTIERNIANAE ex variis antiquitatum monumentis collectam exhibuit IOANNES PERINGSKIÖLD a. *1686.* in *Mappa regali;* IDEMQVE eadem forma exhibuit *Arborem Genealogicam illuſtrisſimæ Familiæ Steinbockianæ 1690.* Adde de aliis eius ad hanc claſſem ſcriptis *Holmiam*

literatam p. 36. nectamen conſtat, an commemorata ibi, cuncta ſint edita.

§. XI.

Inſigne lumen huic Hiſtoriæ patriæ parti accendit eruditisſimus Vir ERIC. BENZELIVS F. tum Bibliothecæ Vpſalienſi Præfectus editis *Monumentis veteribus Sueo-Gothicæ Eccleſiæ*, quorum *Prolegomena* forma Disſertationis *Vpſaliæ* propoſuit *1709. 4.* quibus Scriptorum anecdotorum ad hoc argumentum & omnem Hiſtoriam Suio-Gothicam, eruditam recenſionem inſtituit, *Monumentorum* autem horum *Parte Prima Vpſal. 1709. 4.* extant: 1) Hiſtoria *S. Sigfridi* Epiſcopi & Confeſſoris ex MSC. 2) Chronologia veterem Rerum *in Suecia*, *Dania ab an. C. 916. ad a. 1263.* geſtarum; 3. 4.) Duo *Regum Sueciæ* Catalogi; 5. Nomina Epiſcoporum *Lincopenſium*; 6) Annotationes ex ſcriptis *Caroli* Epiſcopi *Aroſienſis* excerptæ; 7) Vita *S. Eſchilli* Epiſcopi & Martyris, 8) Vita & miracula *S. Henrici* Epiſcopi & Martyris; Parte *Secunda, ibid. eod. a.* *Chronicon* vetus de Epiſcopis, Archi-Epiſcopis, Præpoſitis, Archi-Diaconis, Canonicis Eccleſiæ *Vpſalenſis*, a IOA. SCHEFFERO iam, nunc autem emendatius editum. 2) *Berættelſe huru the Swenske af Tyſcarna Bleſwo Förrädhne*; 3. Catalogus Regum *Sueciæ* paganorum & chriſtianorum; Parte *Tertia* Biſcop *Brynolph then Tridies Chronica*; 4.) Chronologia rerum in *Suecia*, *Gothia* & vicinis Regnis geſtarum ab a. *826.* ad a. *1415.* 5) *Incerti* Auctoris Chronologia breuis rerum *Suecicarum*; 6) Orationes aliquot Epiſcoporum *Sueciæ* in Concilio & alibi habitæ; Parte *Quarta ibid. 1710.* Hiſtoria *S. Nicolai* Epiſcopi *Lincopenſis*; 2) Chronica Epiſcoporum *Lincopenſium*, ſuecice; Parte *Quinta*, *1713.* 1) *Anonymi* veteris Appendix ad SAXONEM *Grammaticum*; 2. Miſcellanea *Epiſtolarum*; Parte

vero

vero *Quinta* exhibentur Notæ V. C. ERICI BENZELII in hæcce monimenta. Multum ſubſidii accipit vtraque Hiſtoria ciuilis & eccleſiaſtica, ex libro IOANNIS VASTOVII cui titulus: *Vitis Aquilonia, ſiue Vitæ Sanctorum Regni Sueo-Gothici, Coloniæ Agrippinæ 1623. f.* edito, recuſo ex emendatione & cum notis ERICI BENZELII Filii, *Vpſaliæ 1708. 4.* His addatur REMBERTI Vita *Anſcharii* cura *Lambecii Hiſt. R. Hamb. addita S. R. S.* Omnem rei Eccleſiaſticæ & ſcholaſticæ ſimul hiſtoriam ab introducto Chriſtianismo ad a. 1642. Libris Octo exhibuit IOANNES BAAZIVS Senior Præpoſitus Iencöpenſis, cuius *Inuentarium Eccleſiæ Sueo-Gothorum, Lincopiæ 1642. 4.* editum. Maiori adparatu ex Archiuo etiam Regio petito inſtructi ſummaque cura ſcripti CLAVDII OERNHIÄLMS Hiſtoriographi Regii & Collegii Antiquitatum Aſſeſſoris *Sueonum Gothorumque Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Libri Quatuor priores, Stockholmiæ 1689. 4.* editi. Primordia expoſitionis auctor ab a. *C. 256.* capit, ſed res Eccleſiaſticas Seculorum IX. X. XI. XII. immixtis ſecularibus copioſe expoſuit additis Chronologia Regum Sueo-Gothicorum per nominata quatuor ſecula horumque ſtemmatibus Genealogicis. Libri quatuor poſteriores res Seculorum XIII. XIV. XV. XVI. complexæ, nondum, quantum ſcio ſunt editi, multorum deſideriis expetiti. Elegans compendium dedit ERICVS BENZELIVS *Hiſtoria Eccleſiaſtica, Stregneſii 1693. 8.* edita. DRYSELII *Hiſtoriam Eccleſiaſticam ſuecice* editam *Iencopiæ 1702. 4. 2. Voll.* non vidi. Quod & profiteor de SPEGELII *Chronico Epiſcoporum Sueciæ*, patria lingua *1708. 4. 3. Tomis* edito. Nec omittendus PETRVS BAENG *de priſcorum Sueo-Gothorum Eccleſiis, Aboæ 1675. 4. cum fig.* iungendum *Chronicon Epiſcoporum per Sue-*

ciam, Gothiam & Finlandiam ab a. 835. ad annum vſque 1611. quod concinnauit IOANNES MESSENIVS, additis eorum, qui tum præſidebant vitis, *Holmiæ 1611. 8.* quod curante *Adamo Rechenbergio, Lipſiæ 1685. 12.* recuſum. IOANNIS SCHEFFERI *Chronicon Archi-Epiſcoporum Sueciæ, Vpſaliæ 1673. 8.* prodiit. IOANNIS MAGNI Archi-Epiſcopi Vpſalienſis *Hiſtoria Metropolitanæ Eccleſiæ Vpſalienſis*, curante fratre *Olao, Romæ 1560. f.* formis excuſa, rarisſima eſt. Aliqua ſubſidia hiſtoriæ vtrique, cum primis vitis Epiſcoporum & Genealogiis exhibet *Diarium Vazſtenenſe* (celebris Gothiæ Orientalis Coenobii) *ab ipſis initiis Monaſterii ad eiusdem deſtructionem*, quod additis variis Bullis, diplomatibus, Chartis, atque Notis ſuis edidit ERICVS BENZELIVS F. *Vpſaliæ 1721. 4. S. Claræ* in regia *Holmienſi Monaſterii* fata patria lingua conſcripſit IÖRAN A. NORDBERG ſub titulo: *S. Claræ Minne eller Berættelſe*, addita deſcriptione *Capellæ S. Olai* inſertisque Regum & illuſtrium Diplomatibus pluribus & chartis, *Stockholm 1727. f. Chronicon S. Brigittæ* a celeberrimo ERICO BENZELIO *1710.* editum, nondum in manus delatum. Disquiſitionibus Academicis doctisſimorum in Suecia virorum expoſita argumenta mihi cognita, hic coniungenda, nimirum: OLAI CELSII *de Monaſterio Warnhemenſi in Weſtro-Gothia*; EIVSDEMque *Monaſterii Gudhemenſis Hiſtoria.* M. ASP. *de Templo Cathedrali Lincopienſi* quædam annotauit. FABIANVS vero TOERNER *Cœnobium Wretenſe in Oſtro-Gothia* deſcripſit. A. GROENWALL de *S. Davide primo Apoſtolo Weſtmanniæ* egit; idemque *de Zelo Regum Sueo-Gothorum in conuertendis Lappis* expoſuit.

§. XII.

Notitia Status *Regni Sueo-Gothici* ſecundum

ſuas

ſuas viciſsitudines diſcenda, cum ex iam p. *1598.* relatis ſcriptionibus *Wexio-Gyllenſtælpianis* aliisque, tum ex ſequentibus maxime *hodierna* forma ex IACOBI WILDII iam excitata p. *1611. Hiſtoria pragmatica* ſ. *Iure Publico Regni Sueciæ, Holmiæ 1731. 4.* Huic notitiæ maxime inſeruiunt V. C. ANTONII ANDREAE STIERNMAN *Acta & Decreta Comitialia Regni Sueciæ, vna cum Formulis Regiminis, Vnionibus hæreditariis & ceteris, Holmiæ, ſuecice 1728. ſeq. IV. Tomis edita.* Tales vniones hæreditarias & ſingularia momenta Iuris Publici Suecici continet, lectu dignisſimus liber ab ipſo *Carolo* Duce Sudermanniæ, mox Sueciæ Rege ſub IX. Caroli nomine, lingua *Suecica* ſcriptus, editus amplisſimo titulo: *Tullkommelige ſkial och rettmatige Orſaker &c. Stockholm 1607. 4.* recuſus ſub inſcriptione: *Sanfardigh Hiſtoria, och Berettælſe för hwadh orſaker ſamplige Swериges rijkes Stænder &c. Stockholm 1609. 4.* & ex verſione latina, *Ioannis Meſſenii*, præfixo titulo: *Exegeſis hiſtorica non minus æquas quam graues commemorans cauſſas, quibus Ordines Regni Sueciæ prouocati, Sigismundum III. Regem Poloniæ ejusque progeniem vniuerſam in omnem æuitatem Suecano exuerunt diademate, Holmiæ 1610. 4.* & in *Germania* eadem forma recuſa. Dignum ſane ſcriptum, quod cum cura legatur. Doctisſimus, quem ſæpe laudaui STIERNMANNVS *Bibliotheca Suio-Gothica T. II. ad a. 1600. p. 2. ſeqq.* plures recenſet libellos Carolo gubernatore & Rege editos, Notitiam Sueciæ inſigniter illuſtrantes. Quædam huius *Notitiæ* capita attigit IOANNES MESSENIVS libello, cui indicem fecit: *Speculæ, ex qua inclytam Suecorum & Gothorum conditionem manifeſto atque prolixo contemplari licet quaqua verſum proſpectu, Holmiæ 1612. 8.* quæ interprete *Iona Hambræo*

brao, gallice ſub rubro: *Eſchaugette*, edita *Paris* *1655. 12.* Huius commatis eſt quoque IACOBI TYPOTII *Relatio de Regno Sueciæ*, *Francofurti* *1606. 8.* & *Diſcours politique de l' Etat de la Couronne de Suede*, *Paris 1633. 8.* Eodem ſermone, auctore *Ioa. Robinſonio* Legato tum Britannico Wilhelmi III. Regis in Aula Suecica, poſtea Epiſcopo Londinenſi, prodiit ſcriptus libere & tamen modeſte *l' Etat preſent de la Svedê par Mr.* ROBINSON *traduit de l' Anglois*, cuius prima Editio *1695. 12.* ſecunda auctior prodiit *Amſterdam. 1721. 8.* addita eſt breuis rerum Suecicarum commemoratio. Belgico ſermone, Rege Carolo XI. lucem vidit: *Tegenwordigen Staat van Sweden*, *tot Antwerpen 1695. 4.* Nec omittenda: IOANNIS LOCCENII *Synopſis Iuris Publici & priuati ad ſtatum & Leges Regni Sueciæ accommodata*, *Gothoburgi 1653. 8.* Leuis ſcriptio eſt ISAACI HEDRAEI Sueci, quam in Academia Ienenſi agens edidit de *Iure Regio Suecorum*, qua oſtendere voluit imperandi modum apud Suecos eſſe Monarchicum, *Ienæ 1669. 4.* Recentiorem Notitiam ex parte inſtruunt *Formulæ Regiminis* nouiſſimæ *1719.* & *1720.* conſtitutæ, de quibus extat V. C. CHRISTIANI NETTELBLADT digna lectu *Disputatio Iuris Publici*, *qua Formula Regiminis Sueciæ de anno 1634. cum nouisſimis 1719. & 1720. collata exponitur*, *Gryphiswaldiæ 1729. 4.* *Formulam* a. *1719.* ab *Vlrica Eleonora* electa Regina acceptatam, præmiſſa meditatione, qua abſolutam & reſtrictam Regum principumue poteſtatem ad regulas Iuris naturalis & doctrinæ ciuilis expenditur, edidit honoratisſimus Collega IOANNES IACOBVS LEHMANNVS, *Ienæ*, licet nomen non ſit expreſſum *1720. 8.* Elegans libellus eſt: *Hiſtoriſche und gründliche Nachricht von dem Rechte der Succesſion in dem*

dem Kœnigreiche Schweden, was es mit demſelben von uralten Zeiten, bis auf die neueſte nach dem Tode Caroli XII. erfolgte Veranderung vor eine Bewandniß gehabt, Leipzig 1721. f. adiecta eſt: DAVIDIS SYLVII *Anzeige und Vorſtellung, betreffend die Succesſions-Gerechtigkeit im Reiche Schweden, und die ſo genannte ſouveraine Beherrſchungs-Macht aufgeſezt 1719.* Pereruditus eſt IOANNIS SCHEFFERI *de antiquis verisque Regni Sueciæ Inſignibus* Liber ſingularis, *Holmiæ 1678. 4.* cum *figuris æneis*, in qua varia Notitiæ huius capita illuſtrantur. Facit etiam huc: SAMVELIS PVFENDORFII Diſſertatio *de Fœderibus inter Sueciam & Galliam, in qua paſſim oſtenditur, quam male illa a Gallis ſint obſeruata, Hagæ 1708. 8.* adiectum eſt ſuffragium in Senatu Regio Holmiæ *an. 1671.* exhibitum, contra Fœdus cum Gallo & Anglo, aduerſus Batauos, ineundum.

CAPVT TRIGESIMVM TERTIVM
DE
SCRIPTORIBVS RERVM RVSSICARVM.

§. I. Scriptores Choro- & Topographici Ruſſicarum Provinciarum atque qui in Itinerariis varia de moribus Ruſſorum & inſtitutis annotarunt.

§. II. Scriptores Rerum Ruſſicarum iunctim editi aliaque ſubſidia ad Hiſtoriam Ruſſicam illuſtrandam.

§. III. Compendia Hiſtoriæ Ruſſicæ.

§. IV. Scriptores qui de Genealogia & vitis Regnatorum Ruſſiæ expoſuere.

§. V. Scriptores de Petro I. Czaro & Imperatore Ruſſiæ eiusdemque Succeſſoribus.

§. VI.

§. *VI. De Statu Politico, Vrbibusque.*
§. *VII. De Statu Eccleſiaſtico.*
§. *VIII. De Liuonia, rebusque Liuonicis, varii Scriptores.*
§. *IX. De Curlandiæ & Semgalliæ Ducatibus.*

§. I.

Ampliſſimi potentiſſimique *Imperii Ruſſici*, cuius gloria & magnitudo virtute & ſapientia Petri I. M. & Imperatoris ſucceſſorumque eadem veſtigia prementium, lætiſſimis augetur incrementis Scriptores Choro- & Topographici ſunt ſequentes: Inter *Elzeuirianas Reſpublicas* edita eſt: *Ruſſia, ſeu Moſcouia itemque Tartaria, Lugd. Bat. 1630. 16.* eiusdemque P. I. leguntur *Ruſſiæ Deſcriptio topographica*, ſoli cœlique qualitates, de ingeniis & moribus incolarum; regimine politico & ciuili; reditibus Principis; Moneta Ruſſica; Militia Ruſſorum; de Familia Magni Ducis; de Magno Duce ipſo, narrationes vt & de *Samoiedarum moribus. Parte* vero *Secunda* ad *Tartaros* facientia extant. Eodem tempore cura MARCI ZVERII BOXHORNII prodiere *Moſcouia & Vrbes*, libellus *Lugd. Batau. 1630. 16.* quo inuenies: Genealogiam Magni Ducis qui tum imperabat; Deſcriptionem Prouinciarum Ruſſicarum ex *Alexandro Gaguino*; IOANNIS FABRI libellum de Religione Ruſſorum, excerpta de eodem argumento ex *Gaguino*, Epiſtolas ad *Dauidem Chytræum* & *Georgium Sabinum* de moribus Ruſſorum; ANTONII POSSEVINI Diatriben de *Moſcouia*; Syntagma de re militari; CLEMENTIS ADAMI Nauigationem ex Anglia in Ruſſiam; Acta Conuentus anni 1581. Epiſtolas Czaari *Michaelis Feodorowiz* ad *Batauos*. De *Waregia*, ſ. *Wargoen regione*, quam olim *Waregi*, populus Ruſſis imperans habitauit Diſſ. extat AR-

VIDI MOLLERS *Lundini Gothorum 1731. 4.* & *Witteberga* recuſa. Vtiles obſeruationes leguntur in SALOMONIS NEVGEBAVERI *Moſcouia*, *Dantiſci 1613. 4.* qua fere cuncta capita quæ ad Notitiam pertinent pro conditione qualis tunc erat, deſcripta dedit. Leuioris momenti narrationes ſunt ſed tamen non penitus omittendæ *Anonymi* libellus inſcriptus: *ſ.* G. A. S. *Dobriluca Luſati Anatomia Ruſsiæ deformatæ* germanici figura dialogi ſcripta editaque *Leipzig 1688. 12.* qua de moribus Ruſſorum & rebus ſui temporis quo in Ruſſia agebat quædam protulit. Multa ad Choro- & Topographiam ſuorum temporum noſcendam obſeruarunt qui *Legationes* ad Regnatores Ruſsiæ *miſſas* deſcripſerunt vel ipſi Legati, vel eorum comites. Quales ſunt: ANTONIVS POSSEVINIVS Socius Ieſu prudentia legationibusque inſignis, cuius *Moſcouia* primum edita *Antwerpiæ 1587. 8.* & inter ipſius Opera Coloniæ *1587. f.* formis expreſſa, is enim cum *Ioanne Baſilide* Czaaro, res magnas egit & mores ſimul Ruſſorum introſpexit. Quod bis in Moſcouiam Legatus curatiſsime fecit *Iter*, vir ſummus SIGISMVNDVS *L. B. de* HERBERSTEIN, primum a Maximiliano I. a. *1516.* & poſt decennium ab ipſius nepotibus *Carolo V.* & *Ferdinando* miſſus in mandatis ſimul habens, vt Ruſſorum mores, conſuetudines, cæremonias, religionem cum cura obſeruaret, non ſolum egregie deſcripſit, ſed etiam linguæ Slauicæ peritus ex Annalibus Ruſſorum, in rebus ſacris & profanis notabilia ab Anno 850. ad a. 1500. decerpſit in *Rerum Moſcouiticarum Commentariis*, *Baſileæ* per *Ioa. Oporinum 1556. f. Antwerpiæ 1557. 8.* qua in prima libri fronte auctor *Sigismundus Liber* ridicule appellatur, germanice *Viennæ* dialecto Auſtriaca & *bis Baſileæ 1563.* & *1567. f.* interpre-

te

te *Henrico Pantaleone* nec non in Scriptoribus *Polonicarum Piſtorii & Moſcouiticarum*, exhibet hiſce Ruſſiæ, & metropoleos Moſcouiæ breuiſſimam deſcriptionem, Chorographiam totius Imperii Moſcici, de religione curioſam obſeruationem, modum excipiendi & tractandi Oratores, adiuncta quoque ſunt duo Itineraria in Moſcouiam. Pertinent quoque ex parte huc PETRI PETREII *de* ERLASVNDA *Hiſtorien und Bericht von dem Groß-Fürſtenthum Muſchkow*, *Lipſiæ* 1620. 4. ex *Suecico* translata, *Petrejus* autem Legatum *Caroli IX.* Regis Sueciæ egerat eo tempore, quo Ruſſia per Demetrios erat turbata. Alia eſt narratio PHILIPPI Baronis de PERNISTEIN Legati *Maximiliani Imp. Relatio latino & italico* idiomate conſignata, *de magno Moſcorum Principe*, ſingillatim edita 1579. 4. extat quoque in PHILIPPI HONORII *Praxi Prudentiæ polit. P. I. p.* 334. IACOBI VLEFELDII Legati Danici, *Legatio Moſcouitica*, ſiue *Hodoeporicon Ruthenicum*, curante *Melchiore Goldaſto*, editum *Francofurti ad Moen.* 1608. & 1627. 4. DANIELIS PRINTZ *à* BVCCHAV Legatio gemina iusſu *Maximiliani II.* & *Rudolphi II. A. A.* ad Io. Baſilidem ſuſcepta deſcripta in libello, ſub titulo: *Moſcouiæ ortus & progreſſus*, quem edidit auctoris nepos *Gubenæ* 1679. 12. Extat porro *Iournael de Legatie gedaen in de Iaren* 1615. *ende* 1616. *van wegben bare Hoo. Mog. totten Vredehandel tuſchen den Koning van Sweden ende den Grootvorſt van Moſcovien door* ANTHONIS GOETCERIS, *In'ts Gravenhage* 1619. 4. AVGVSTINVS *L. B. de* MAYERBERG, qui cum *Horatio Guilielmo Caluuccio* a *Leopoldo* I. Imp. ad Tzarem *Alexium Michalowicz* a. 1671. ablegatus fuerat ipſe *Iter in Moſcouiam* deſcripſit, quod cum *Statutis Moſchouiticis* ex Ruſſico in latinum a *Mayerbergio* translatis in *f.* prodiit

prodiit nulla nec loci nec temporis in meo quidem exemplo, mentione, & *gallice*, ſub titulo: *Voyage en Moſcovie d'un Ambaſſadeur de l'Empereur Leopold au Czar Alexis Michalowicz, Leyde 1688. 12.* quo & regiones, vrbesque & Aulam atque nationis mores, quales tum erant, magna libertate deſcripſit, idem & maiore libertate facit quandoque nimio ſale & aceto adſperſum: *Diarium Itineris in Moſcouiam Ignatii Chriſtophori Nobilis Domini de Guarient & Rall, ab Imperatore Leopoldo ad Tzarum Petrum Alexiowicium anno 1698. Ablegati Extraordinarii deſcriptum a* IOA. GEORGIO KORB *p. t. Secret. Ablegationis Cæſ. Viennæ Auſtriæ,* ſine anni mentione *f.* ſunt qui Patres quosdam Miſſionarios genuinos auctores habeant, aut qui ſymbolas ſuas contulerint. Fuerunt ob contumelioſius in Gentem Ruſſicam, e. gr. p. 64. 91. 92. 140. 204. ipſumque Tzarum *Petrum I.* p. 95. 98. 101. ſcripta, quædam exempla ſuppreſſa, vt rarior omnino ſit liber lectu cetera dignus ob meritisſimas laudes *Petro* I. tributas & ſingularia multa, quæ ad Hiſtoriam Ruſſicam ſub *Petro M.* faciunt, typumque Inſignium Ruſſiæ addidit. Nec omittenda ADOLPHI LYSECKI *Relatio, Leopoldi Imp. ad Magnum Moſcorum Czarem 1675. ablegatorum Annibalis Franciſci de Bottoni & Caroli Terlingeri de Gutzmann &c. Salisburgi 1676. 8.* impresſa. His iungendæ: *Les trois Ambaſſades du Conte de Carlisle vers Alexey Michailoviz Czar, Charles XI. Roy de Svede & Frederic III. Roy de Danemark, Amſterdam 1700. 12.* & *germanice 12.* Legationis Ruſſicæ deſcriptio ſingillatim *anglice* edita fuerat *1668. 8.* miſſus Legatus a Carolo II. Rege. IOA. ARNHOLD *von* BRAND *Reyſen durch die Marck Brandenburg, Preußen, Churland, Liefland, Pleſcovien, Groß-Naugardien, Tiveerien und Moſcovien,*

 cum

cum notis *Henr. Chriſtiani de Hennin, Weſel 1702. 8.* & *Hiſtoriſch verbael of Beſchryving van de Voyagie, gedaen onder de Suite van den Heeren Koenraad van Klenk, Extraordinaris Ambaſſadeur van Laer H. Mog. de Heeren Staaten Generael an zyn Zaarſche Majeſteyt, t' Amſterdam 1677. 4.* Sunt & curate curioſeque multa ad argumentum hoc obſeruata in ADAMI OLEARII Legationis Holſaticæ in Ruſſiam & Perſiam Secretarii, *Moſcowitiſcher und Perſianiſcher Reiſe-Beſchreibung*, edita *Schleßwig 1656.* & *1671. f.* & gallice: *Voyage de Moſcovie & de Perſe traduit de l'Allemand par Mr. de* WIQVEFORT, *Paris 1656. 4.* conferri poſſunt IOA. IANSZ. STRAVSSENS *denckwürdige Reiſen durch Italien, Griechenland, Liefland, Moſcau, Tartarey &c. von Anno 1647. bis 1673. Amſterdam 1678. f.* & *gallice* ſub titulo: IEAN STRVYS *Voyages, à la Haye 1681. 4.* Egregiis figuris æneis ornatæ ſunt: *Voyages de* CORNEILLE *le* BRVN *par la Moſcovie en Perſe & aux Indes Orientales, Amſterdam 1718. f.* quibus coniungendæ: *Voyages en Europe, Aſie, Afrique &c. de la* MOTTRAYE, maxime *Tomo Tertio* qui editus *a la Haye 1732. f. Tomi* vero *I. & II.* prodiere *ibid. 1727. f.* De ſtatu nationis & rerum Ruſſicarum inſigniter ad Gentis veram ſalutem & gloriam mutatis nec non de æterna laude digniſſimis in hunc finem *Petri M.* laboribus exponunt recentiores Scriptores & ad hanc claſſem & ſequentes pertinentes, nempe: BALTH. HEZENEIL *de la* NEVVILLE *Relation curieuſe & nouvelle de Moſcovie, contenant l' Etat preſent de cet Empire, les Expeditions des Moſcovites &c. Paris 1698. 12. à la Haye 1699. 12.* verus auctor eſt Mr. *de* BAILLET. ANONYMI Germani qui CHRISTIANVS eſt STIEFFIVS Gymnaſii tum Vratiſlauienſis Profeſſor *Relation von dem gegenwærtigen Zuſtand des Moſcowitiſchen Reichs, Francofurti 1706. 8.*

1706. 8. atque liber plenus curioſiſſimarum obſervationum, inſcriptus: *das Nord- und Oſtliche Theil von Europa und Aſia*, auctore PHILIPPO IOHANNE *de* STRAHLENBERG alias TABERT dicto, *Holmiæ*, ſiue potius *Lipſ.* 1730. 4. cum multis fig. Hic enim in tredecim annorum captiuitate Siberiæ & Partis magnæ Tartariæ varias regiones perſcrutatus, harum & maxime Rusſicæ notitiæ inſignia capita diligenter perveſtigans, varia a nemine vsque huc obſeruata, annotauit, Tabulamque Geographicam huius Imperii ampliſſimam concinnauit, quam hoc commentario illuſtrat. Cum hoc conferendus quoad *Siberiam* GEORG. ADAM SCHLEVSINGS *neuentdecktes Sibyrien oder Siewerien, Iena* 1690. 8. & ANONYMVS, aliorum narrationes ſecutus, qui dedit *allerneueſten Staat von Siberien*, addita narratione de vita fatisque Suecicorum captiuorum in hoc regno, *Nürnberg* 1725. 8. De hisce & memorabilibus *Siberiæ* ſparſim, legas vtilia in Dn. CVRT FRIDERICH *von* WREECH, qui ipſe in numero horum captiuorum erat, *wahrhafften und umſtandlichen Hiſtorie von den Schwediſchen Gefangenen in Rußland und Siberien*, *Sorau* 1725. 8. De populo *Oſtiacken* Rusſiæ Imperio ſubiectis horumue regione & inſtitutis legatur IOA. BERNHARDI MÜLLERI equitum deſultoriorum Suecicorum capitanei *Leben und Gewohnheiten der Oſtiacken*, *Berlin* 1720. 8. & Dn. WEBERI *verændertem Rußland*, *p.* 169. qui inſignes commentarii etiam ad hanc §. pertinent, adiecta. *Rusſicas* alias Prouincias, Regna Caſan & Aſtracan & vicinas regiones, in quibus Rusſi fortalitia vel excitarunt, vel arma intulerunt, exponunt ANONYMI *neueſter Staat von Caſan, Aſtracan, Georgien und vieler andern dem Czaren, Sultan und Schach zinsbaren und unterthanen Tartarn, Landſchaff-*

ſchafften und Provinzien &c. *Nürnberg 1723. 8.* huic iungatur: *Neueſte hiſtoriſche und geographiſche Beſchreibung des Caſpiſchen Meeres, Daria-Stroms und der übrigen daherum Lænder, Stædte und Vœlcker &c. Danzig 1723. 8.* adiectæ *Petri M.* Narrationes de Expeditione ſua Perſica. Ediderat ante hæc tempora PAVLVS PATER *de Mari Caſpio, nec non Populis adiacentibus & fluuiis eo decurrentibus* Diſſertationem, *Gedani 1723. 4.*

§. II.

Vtrique & *Chorographiæ* & *Hiſtoriæ* ſubſidia præbent *Rerum Moſcouiticarum Auctores varii vnum in Corpus congeſti, Francoſurti* apud *Hæredes Andreæ Wecheli 1600. f.* quibus & Gentis hiſtoria continetur & Regionum accurata, qualis tum dari poterat, deſcriptio, hac in ſylloge extant:

1. Magni *Moſcouiæ* Ducis *Genealogiæ* breuis Epitome, ex ipſorum manuſcriptis *Annalibus* excerpta, editaque primum *Coloniæ* apud *Maternum Cholinum.*
2. SIGISMVNDI L. B. in HERBERSTAIN *&c.* Rerum *Moſcouiticarum* Commentarii, editi a *Ioa. Oporino* & alibi, p. 1.
3. PAVLII IOVII Nouocomenſis de Legatione *Baſilii* Magni Principis *Moſcouiæ* Liber, in quo ſitus regionis, religio, mores & cauſæ Legationis referuntur, editus *Baſileæ* ſæpius & alibi, *p. 118.*
4. IOANNIS FABRI Moſcouitarum *Religio*, edita *Baſileæ* & *Spiræ*, *p. 130.*
5. *Anglorum* Nauigatio ad *Moſcouitas*, primum edita ex Bibliotheca *Marquardi Freheri*, *p. 142.*
6. Ex ALEXANDRI GVAGNINI *Sarmatia*, decerpta Regionum *Moſcouiæ* Monarchæ ſubiectarum, morum & religionis deſcriptio & geſta *Ioannis Baſilidis*, Spiræ iam edita, *p. 154.*
7. MATTHAEI *a* MICHOVIA *Moſcouia* ex *Piſtorii Corpore* Hiſtoriæ *Polonicæ* deſumta, *p. 206.*
8. TILEMANNI BREDENBACHII Hiſtoria Belli *Liuonici*, quod geſſit Magnus *Moſcouitarum* Dux, *Duaci 1564.* alias edita, *p. 210.*

9. PAV-

9. PAVLI ODERBORNII Vita *Ioannis Baſilidis* Magni *Moſcouiæ* Ducis, *Viteberga* 1585. edita, *p.* 280.

10. REINOLDI HEIDENSTEINII Secretarii Regii de *Bello Moſcouitico*, quod *Stephanus Poloniæ* Rex geſſit, Commentariorum Libri VI. editi *Baſileæ* 1588. *p.* 325.

Noſtro æuo præclare in rebus *Ruſſicis* illuſtrandis occupatus V. C. GERHARDVS FRIDERICVS MÜLLERVS Academiæ Imperialis Petropolitanæ ſocius & Hiſtoriarum Profeſſor, qui multa cura conduxit: *Sammlung Ruſſiſcher Geſchichten*, ex qua omnis *Ruſſica* Hiſtoria, vetus, media, noua illuſtrari poſſit. Parte *Prima* edita *S. Petersburg* 1732. 8. *mai.* exhibentur:

1. Nachricht von einem alten Manuſcript der *Ruſſiſchen Geſchichte* des Abts THEODOSII von *Kiow* *p.* 1.
2. Auszug *Ruſſiſcher* Geſchichte, nach Anleitung des Chronici *Theodoſiani Kiouienſis*, *p.* 9.
3. Nachrichten von den ælteſten Kriegen der *Ruſſiſchen* Nation gegen die *Griechen*, aus denen *Griechiſchen* Geſchicht-Schreibern, *p.* 27.
4. *Chineſiſche* Geſandten Ceremonielle am Kayſerlichen *Ruſſiſchen* Hofe zu *Moſcau* und *St. Petersburg* in den Iahren 1731. und 1732. *p.* 34.
5. Nachricht von der neuherausgekommenen *Krœnungs-Geſchichte* Ihro Kayſerl. Maieſt. von ganz *Rußland*, *p.* 75.

Parte *Secunda*, quæ edita *St. Petersburg* 1733. 8. extant:

1. Fortſetzung des Auszuges *Ruſſiſcher* Geſchichte nach Anleitung des *Chronici Theodoſiani Kiouienſis*, *p.* 93.
2. Auszug *Ruſſiſcher* Geſchichte des X. und XI. Iahrhunderts aus des *Snorronis Sturleſons* Hiſtorie der *Nordiſchen* Kœnige, *p.* 114.
3. Neueſte Hiſtorie der Oeſtlichen *Calmuckey*, beſonders von der Regierung derer zwey letzteren *Contaiſchen* des *Baſchtuchans* und des *Erdeni Zuruktu*, *p.* 123.

 4. Aus-

4. Auszug aus dem Reiſe-Iournal des Ober-Kriegs-Commiſſarii *Iohann Vkowsky* von der *Calmuckey*, betreſſend einige beſondere *Traditiones*, *Ceremonien* und *Gewohnheiten*, *p. 141.*
5. *Ruſſiſch-* und *Perſiſcher* Friedens-Tractat zu *Ratſche* den 21. Ian. *1732.* zwiſchen beyden Reichen aufgerichtet, *p. 154.*
6. Anmerckungen über den zweyten Articul des zwiſchen *Rußland* und *Perſien* geſchloſſenen Friedens-Tractats, *p. 164.*

Parte *Tertia, St. Petersburg 1733. 8.* leguntur:

1. *Fortſetzung* des Auszugs *Ruſſiſcher* Geſchichte nach Anleitung des *Chronici Theodoſiani Kiouienſis*, *p. 171.*
2. Nachricht von einem raren Wercke betitult: *Noord en Ooſt Tartarye* durch *Nicolaes Witſen*, *p. 196.*
3. Regiſter über *Nicolaes Witſens Nord- und Oſt-Tattarey* erſter und anderer Edition, *p. 222.*
4. Entwurff eines ausführlichen Wercks *Chalmückiſcher* Geſchichte, welches der Verfaſſer (G. F. MÜLLER) zu ſchreiben vorgenommen, *p. 273.*

Parte *Quarta, ibid. 1734. 8.*

1. Leben des Heil. *Alexandri Newsky*, aus *Ruſſiſchen* ungedruckten Nachrichten zuſammen getragen, und mit Zeugniſſen auswærtiger Geſchichtſchreiber beſtætiget, *p. 281.*
2. Geſchlechts-Tafel des Heil. *Alexander Newsky*, Groſs-Fürſtens von *Rußland*, *p. 314.*
3. Von der Stadt *Albaſſin* und denen darüber erregten *Ruſſiſchen* und *Chineſiſchen* Streitigkeiten, *p. 315.*
4. Auszug einer Chineſiſchen Reiſe-Beſchreibung von *Pecking* durch *Sibirien* nach der Aſtrackaniſchen *Calmückey*, *p. 327.*
5. Fortſetzung des Auszugs *Ruſſiſcher* Geſchichten nach Anleitung des *Chronici Theodoſiani Kiouienſis*, *p. 349.*

Pars *Quinta ibid. 1734. 8.* prodiit:
1. Fortſetzung des Auszuges *Ruſſiſcher* Geſchichte nach Anleitung des *Chronici Theodoſiani Kiouienſis*, *p. 359.*

2. Krie-

2. Krieges- und Friedens-Geſchæffte derer Groſs-Fürſten *Oleg* und *Igor* mit dem *Griechiſchen Kayſerthum* aus einem alten Ruſſiſchen Chronico anonymo in die Kürtze gebracht, *p.* 407.
3. *Chalmückiſche* Geſchichte und Begebenheiten aus NIC. WITSENS *Nord en Oſter-Tartarye* zweyten Auflage in die Kürze verfaſſet, *p.* 420.
4. Des Groſs-Fürſten *Swetoslaw* Kriege und Begebenheiten aus denen Griechiſchen Geſchicht-Schreibern, *p.* 438.

Parte *Sexta, St. Petersburg* 1735. 8.

1. Beſchluſs des Auszuges *Ruſſiſcher* Geſchichte nach Anleitung des *Chronici Theodoſiani Kiouienſis, p.* 455.
2. *Ruſſiſche* und *Chineſiſche* Friedens-Handlungen im Iahr 1689. d. 27. Auguſti in der Gegend von *Nerſchinskoi* zu Stande gebracht, *p.* 495.
3. Kayſerl. Reſcripte und Schreiben auch dergleichen Kœnigl. Pohlniſches die bey der St. Petersburger Academie der Wiſſenſchaften gedruckte Bücher, nicht nachzudrucken, und den Nachdruck verkauffen zu laſſen, *p.* 516. *ſeq.*
4. Regiſter des erſten Bandes der *Ruſſiſchen* Sammlungen, *p.* 519.

Tomi *Secundi* Parte *Prima*, quæ *St. Petersburg* 1736. 8. edita, comparent:

1. Von dem Dorffe *Kubeſchah* auf den *Caucaſiſchen* Gebürgen gelegen, *p.* 1.
2. Anmerckungen über den Vrſprung der *Kubeſchaner* und über den Handel der *Genueſer* auf dem ſchwartzen Meer, *p.* 6.
3. Nachrichten von den vornehmſten *Ruſſiſchen* Geſandtſchafften an verſchiedene Hoeffe, *p.* 23.
4. Alte *Azowiſche* und *Crimiſche* Begebenheiten, *p.* 36.

Parte *Secunda, ibid.* 1737. 8.

1. *Azow* unter den *Genueſern, Tartern* und *Türcken, p.* 81.
2. *Azow* unter den *Coſaken*, *p.* 104.
3. Was *Azow* halben bis 1695. vorgefallen, *p.* 126.

Inſignes plane & vtilisſimas annotationes ad res Rusſicas ſub *Petro M. Cathariṇa, Petro II.* & *Anna* perſcribendas præbent lectu dignisſimi commentarii ill. Viri FRIDERICI CHRISTIANI WEBERI in Aula Rusſica quondam Georgii I. Magnæ Britanniæ Regis & Electoris Brunſuicenſis Miniſtri reſidentis, qui ſunt inſcripti: *das veraenderte Rußland,* cuius Pars Prima *Franckfurt* ſiue potius *Hannover 1721. 4.* de mutationibus regiminis in eccleſiaſticis & politicis, ſtatu militari in mari & terra, de reditibus, operibus metallicis, Academiis, artibus manuariis excultis ſimilibusque egregias tradit narrationes; Fata præterea *Alexii*, Petri F. & rerum aliarum magni momenti expoſitio diurna ad annum vsque *1720.* exhibentur. Pars *Secunda, Hannouerae 1739. 4.* edita, qua legi poſſunt mutationes & res quæ *Petrus M.* ſuſcepit gesſitque ab *a. 1721.* vsque ad præmaturam mortem, addita commemoratione rerum orientalium, quarum magna pars fuit Expeditio eius Perſicæ. Pars *Tertia, ibid. 1740. 4.* ſiſtit memorabilia Imperii *Catharinae* Imperatricis & *Petri II.* Aug. Inſerta ſunt tribus hiſce Partibus, libelli varii deſcriptiones Populorum Rusſico Imperio ſubiectorum, euentusque alios illuſtres, exhibentes; obſeruarunt tamen viri docti varias narrationes ſecretas ex voluntate cenſorum, in parte cum primis priore fuiſſe omiſſas, vid. *Bibliotheque Germanique T. VIII. Gallice* verſa Pars *prima* prodiit *à la Haye* & *Paris 12.* nec tamen ſatis accurata. vid. *Noua lit. Lipſ. ad An. 1726. n. 30. p. 292. & n. 33. p. 324.* Suppeditat & varia ad ſupplendas Res Rusſicas CHRISTIANVS MARTINI *Nachricht aus Rußland,* quæ prodiit *Franckfurt und Leipzig 1731. 8.* Add. IOHN MILTON *Brief Hiſtory of Moſcouia,* quæ extat in *Opp. Amſtelodami 1698. f.* iunctim editis. §. III.

§. III.

Plerique, de Statu Ruſſico exponentes, quales §. I. exhibuimus & dabimus §. *VI.* breuem rerum Ruſſicarum aut vitarum eorum, qui Imperio præfuerunt, dant commemorationem. Elegantiorem autem & copioſiorem ex optimis libris culta ſcribendi ratione condidit illuſtris vir GOTTLIEB SAMVEL TREVER *Einleitung zur Moſcovitiſchen Hiſtorie bis auf den Stolboviſchen Frieden mit Schweden 1617. Leipzig und Wolffenbüttel 1720. 8.* cuius continuatio ad noſtra tempora ſane eſt optanda.

§. IV.

Genealogia Magnorum Ducum Ruſſiæ, in Collectione *Scriptorum Rer. Moſcouiticar. Wecheliana N. I.* extat iam §. II. relata. Ad hanc illuſtrandam faciunt quædam doctisſimorum virorum in Germania ſcriptiones, nimirum: IOA. GEORGII ECCARDI *Abſtammung Herrn Alexii Groß Czariſchen Cron Prinzen und Frauen Charlotten Chriſtinen Sophien, gebohrner Prinzeßin von Braunſchweig und Luneburg von dem Griechiſchen Kayſer Conſtantino Porphyrogenito, nebſt noch einer Genealogiſchen Deduction, aus welcher erhellet, daß des Groß-Czariſchen Cron-Prinzens Hoheit aus dem Guelfiſchen Hauſe entſproſſen, hingegen die Prinzeßin Charlotte von den alten Rußiſchen Groß-Fürſten herſtamme* 1711. ſingillatim, & addita *p. 621. Hiſtoriæ Genealogicæ Principum Saxon. Sup.* iungenda Dn. GOTTLIEB SAMVEL TREVERS *Abſtammung des Rusſiſchen Kayſerl. Hauſes und der Braunſchweig-Lüneburgiſchen Hertzoge von einer Teutſchen Stamm-Mutter, wobey zugleich gezeiget wird, daß der erſte Czaar und Stiffter der Rusſiſchen Monarchie in Braunſchweig-Lüneburgiſchen Landen ſich einige Zeit aufgehalten, mit den erſten Herren von Braunſchweig*

nahe verwandt geweſen und daß die Ruſſiſche Käyſer ſowohl als die Hertzoge von Braunſchweig-Lüneburg von Carolo M. durch die Kayſerin Giſelam herkommen, Wolffenbüttel, f. ſine temporis mentione. FRIDERICVS vero THOMAS dedit *auitæ Ruſſorum atque Mecklenburgenſium Principum propinquitatis, ſeu conſanguinitatis monſtrata & demonſtrata veſtigia* additis duabus *Tabulis Genealogicis*, ſermone germanico, *Roſtock 1717. f.* Potentiſſimi & famoſiſſimi *Ioannis Baſilidis Vitam* & res PAVLVS ODERBORNIVS Paſtor Kaunawienſis in Lithuania ſcripſit immanitatesque inauditas commemorauit iudice *Thuano* ſtudioſius fortaſſis quam veracius, prodiit ea latine primum *Witteberga 1585. 8.* & interprete *Henrico Rætel*, germanice, *Gœrlitz 1589. 4.* atque iterum *Erffurt 1598. 8.* cura *Chriſtiani Kühnii*, addita expoſitione de Ruſſorum Religione. Vindicias autem ingenioſas eruditasque pro *Ioanne* ſcripſit celeberrimus GOTTL. SAM. TREVERVS in *Apologia pro Ioanne Baſilide II. Magno Duce Moſcouiæ tyrannidis vulgo falſoque inſimulato, Viennæ Auſtriæ 1711. 4.* Conferatur omnino, *merckwürdiger Auffaz von dem Leben und Tode des unter dem Namen eines Tyrannens beſchriebenen Czaars Ivan Baſilowiz*, in WEBERI *verænd. Ruſſl. P. III. p. 211.* Commemorabiles euentus in hiſtoria *Demetriorum* qui *Ruſſiam* turbarunt conſignarunt ſequentes: IOANNES ſiquidem MOQVERA edidit *Relationem de adeptione Imperii paterni Principis Demetrii Ducis Moſcouiæ a. 1630. Madriti 1609. 8.* Editus porro libellus inſcriptus: *Tragœdia Moſcouitica, ſiue de vita & morte Demetrii Magni Ducis Moſcouiæ, Coloniæ 1608. 8. Pſeudo Demetrii, Moſcouiæ impoſtoris*, ſcripta *anglice* prodiit *1664. 8.* In B. I. W. HOFFMANNI *Samml. P. II.* extat: *Conquiſta di Demetrio.* Sub *Alexio Michailowiz* fines Ruſſiæ grauiſſime turbauit

bauit *Stephanus Razin*, quos motus eleganter deſcripſit CONRADVS SAMVEL SCHVRZFLEISCHIVS Diſſ. cui index: *Stephanus Razin, Coſacus perduellis*, *Witteb.* 1674. 4. & inter *Opp. Hiſtorico-Politica.* Ad Imperium *Iuani* & *Petri Alexiewizii* conferre quid poterit GEORGE ADAM SCHLEISSINGS *der beyden Czaaren Iuan und Peter Alexiewiz, nebſt dero Schweſter Sophia dreyfach geführter Regiments-Stab*, prodiit cum eiusdem *neuentdeckten Siewerig*, *Zittau* 1693. 8.

§. V.

Petri I. & M. Czari & Imperatoris, res geſtæ immortalitate dignisſimæ a quibusdam conſignatæ, ab aliis vero varia ad has ſcribendas ſubſidia edita ſunt. Egregiæ obſeruationes in Dn. STRAHLENBERGII & WEBERI laudatis p. 1635. & 1648. libris, proſtant. Sub literis nominis initialibus I. H. *von* L. *Leben und Thaten Petri Alexiewitz Reußlandes Selbſthalters*, *Franckfurt* ſiue potius *Nürnberg* 1710. 8. cum multis figuris æneis, graui ſtilo perſcripta & plena notabilium annotationum, ad a. 1710. perducta. Res porro maximi Principis illuſtrari poſſunt ex *Memoires du Regne de Pierre le Grand, Empereur de Rusſie &c. par le* B. IWAN NESTESVRANOI, *à Haye* 1725. & 1726. 8. quæ Dn. LIMIERES a quibusdam tribuuntur. Adhibendæ etiam lectu dignæ *Memoires de l' Empire Rusſien ſous le Regne de Pierre le Grand par un Miniſtre etranger, Reſident en cete Cour, avec une lettre ecrite de Petersbourg à un Prince de l' Empire contenant le caractere de Sa Maieſte Czarienne & celuy de ſes Miniſtres avec pluſieurs particularites de ſa Cour & de l' Empire Rusſien, à la Haye* 1725. 8. quem librum ipſe non inſpexi, puto verſionem eſſe *Weberianorum* commentariorum iam laudatorum. Ex publicis ſcriptis, quorum ſelectiora ſunt inſerta,

com-

compoſita eſt IVSTI GOTTFRIEDI RABENERI *Leben Petri des Erſten und Groſsen, Czaars von Ruſsland, Leipzig 1725. 8.* Teſte ill. *Webero veraenderten Ruſslands p. 254.* L. B. *de* HVYSSEN *Petro* Imperatori a Conſiliis bellicis & magiſter morum hæredis Ruſſici *Alexii* ampliſſimos de *vita rebusque Petri M.* commentarios condidit ex publicis Actis compoſitos, typorum beneficio omnino in lucem producendos. Legiſſe me quoque, memini, ipſum Monarcham *Petrum I.* Vice-Cancellario ſuo PETRO *L. B. de* SCHAPHIROFF de *rebus fatisque* commemoratione digniſſima in calamum dictitaſſe, exemplo Maximiliani I. Imp. Non ſunt autem heic omittenda libelli quidam geſta Imperatoris illuſtrantes. *Belli* aduerſus *Suecos* iuſtitiam aſſerere conatus *Anonymus*, quem PETRVM *de* SCHAPHIROF eſſe volunt docti viri, cuius prodiit: *Raiſonnement, was für rechtmaeſsige Urſachen Se. Czaariſche Majeſtaet Petrus der Erſte Czaar und Kayſer aller Ruſſen &c. gehabt, den Krieg wieder den Koenig in Schweeden Carolum XII. anzufangen &c. auf hohe Vergünſtigung Sr. Czaariſchen Mt. im Jahr 1716. aufgeſezet, und das folgende 1717de darauf in dero Reſidenz-Stadt St. Petersburg durch den Druck bekandt gemacht. Legationes* ad Imp. Sinarum iuſſu *Petri I.* ſuſceptas deſcripere: E. YSSBRAND IDES ipſe legatus, *dreyiaehriger Reiſe nach China*, ex belgico verſ. *Francofurti 1707. 8.* LORENZ LANGIVS ipſe etiam Legatus, quam inſeruit *P. I. des veraenderten Ruſslands p. 72.* ill. WEBERVS. Aliam ad eundem Monarcham miſſam ſiſtit IOHANN GEORG VNVERZAGT *Geſandtſchafft Ihro Kayſerl. Mt von Groſs-Ruſsland an den Sineſiſchen Kayſer, wie ſolche An. 1719. aus St. Petersburg nach Peckin abgefertiget worden, Lübeck 1725. 8.* Singularia multa de laboribus *Petri M.* pro ſalute Imperii ſui virtutibusque eius leguntur in libello:

lo: *Ausführliche Beantwortung des Pasquills, welches unter dem Titul: Vertrautes Schreiben eines vornehmen Teutſchen Officiers an eines gewiſſen hohen Potentatens geheimen Rath von den ietzigen Coniuncturen in Moſcow*, 1706. 4. De bellica fortuna Imp. exponit libellus inſcriptus: *Mars Moſcouiticus, oder das Moſcowitiſche Kriegs-Glück, wie es endlich Se Czaariſche Mt Petrum Alexiewiz ſtattlich ſecundiret* 1710. 8. Eiusdem argumenti liber, lingua *Ruſſica* ſplendide auſpiciis *Petri I.* editus, figurisque æneis prœliorum inde ab anno 1702. illuſtratus ſub titulo: *Trudi Marſa Roſſiiskago, ſiue Labores Martis Ruſſici, ſiue Bellicæ expeditiones S. Czareæ Majeſtatis aduerſus hoſtes, Petropoli* 1713. *f.* figuris, deſcriptio topographica æque ac hiſtorica omnium rerum geſtarum; nec non occiſorum, vulneratorum & captiuorum recenſus, additus. Hiſtoria Pacis *Neoſtadienſis* inter *Ruſſiam* & *Sueciam*, ſimul vero vtriusque Regni res breuiter expoſitæ leguntur in ANONYMI *Schlüſſel zu dem Nyſtædtiſchen Frieden, Nürnberg* 1722. 8. addita ſummaria expoſitio Pacificationum *Wiburgo-Stolbowa-Cardiſienſium* & Choro- ac topographia regionum, nec non breuis Hiſtoria imperantium. Ad vltimos *Belli* cum *Suecis* annos meditatamque in Scaniam per Seelandiam expeditionem facit ſcriptio: *la Criſe du Nord, ou Reflexions impartiales ſur la Politique du Czaar, traduites de l' Anglois* 1718. 4. Succesſionis ratio in Imperio patebit ex ſcripto Imp. auctoritate edito, quod *germanice* prodiit ſub elogio: *Das Recht der Monarchen in willkühriger Beſtellung der Reichs-Folge, Berlin* 1724. 4. Laudes meritisſimæ magni *Petri* exhibentur in libello poſt obitum edito, ſub titulo: *Lachrymæ Roxolanæ, ſeu de obitu Petri M. totius Ruſſiæ Imperatoris breuis Narratio, duæque de laudibus eiusdem diui Principis Orationes, auctore* THEOPHANE

Ar-

Archi-Epiſcopo Nouo-Grodenſi, *Hamburgi 1726. 4.* Add. *Vita Petri M. Ruſſorum Imp. oder Perſonalia, welche beym Kayſerl. Leich-Begangniß in S. Petersburg und Liefland abgeleſen worden. St. Petersburg und Riga 1726. 4.* Apparatus ad Hiſtoriam Imperatricis coniugis *Petri I.* M. conductus in *Memoires du Regne de Catherine Imperatrice & Souveraine de toute la Rusſie, à la Haye 1728. 8.* atque in alia compilatione, quæ inſcripta: *Lebens-Beſchreibung der Durchlauchtigſten Catharina Alexiewna, Zaarin und Kayſerin von Rußland, nebſt dem Leben Alexanders Danielewiz, Fürſtens von Menzikoff, Franckfurt am Mayn 1728. 8.* Conferri poteſt: *Gewiſſe Nachricht von Ihro Rusſiſch-Kayſerl. M. der nunmehro verblichenen Catharina Alexiewna, Ankunfft, Glück, Erhebung zum Throne, Leben und Todt, auch letzten Willen und Teſtament, 1727. 4.* Coronationis ſplendidisſimæ in Imperatricem ſolennia deſcripta in *Beſchreibung der Crœnung Ihro Majeſt. der Kayſerin aller Reuſſen Catharinæ Alexiewnæ, ſo in der Hauptſtadt Moſcau den 7. Maji 1724. ſolenniter vollzogen worden, Berlin 1724. 8.* Magni ſed ad poſtremum ſua culpa infelicis adminiſtri Principis de *Menzikof* fata, & particula ſimul rerum Rusſicarum recentiorum illuſtranda ex ſequentibus de eo libellis. In forma fabulæ Romanenſis ſcriptio extat de eo, ſub titulo: *Le Prince Kouchimen, hiſtoire Tartare, imprimée à Paris 1710. 12.* Porro editæ: *Memoires tres curieux d'un Miniſtre etranger, qui contiennent la vie & le caractere du Prince de Menzikoff, à la Haye 1725. 8. Hiſtoriſche Nachricht von dem ehemaligen groſſen Rusſiſchen Staats-Miniſtro, Alexandro Danielowiz, Fürſten von Menzikof, nebſt deſſen abwechſelnden Fatalitæten 1728. 8.* & plures alii, qui idem commemorant, omnes cum iudicio legendi, quædam enim in his expoſitionibus

nibus fabulam ſapiunt. Educatio & ſtudia prudentisſime facta *Petri II.* Imp. patent ex libello: *Einrichtung der Studien Ihro Kayſerl. Mt. Petri des Andern* &c. moderatore illuſtrisſimo Barone *de* OSTERMANN, quæ edita *St. Petersburg 8.* ſine temporis mentione. Add. *Leben Petri des II. Kayſers von Rußland, Franckfurt 1730. 4.* Auguſtisſimæ hodiernæ Imperatricis Solennia Inaugurationis ſplendidisſime cum pulcris imaginibus æneis edita *Rusſice* & *Germanice*, cuius verſionis titulus talis: *Beſchreibung der Hohen Salbung und Krœnung der AllerDurchl. Groſsmæcht. Anna Ioannowna, Kayſerin und Selbſtherrſcherin von ganz Ruſsland, wie ſolche den 28. Apr. 1730. in Moſcau vollzogen worden, St. Petersburg 1731. fol. mag.*

§. VI.

Notitiam Imperii Rusſici, vel partes eius omnes fere illi dederunt, quos recenſui §. I. & II. His iungo: *Etat preſent de la Grande Rusſie par le Capitaine* IEAN PERRY *traduit de l' Anglois, à Bruxelles 1717. 8.* & *germanice, ieziger Staat von Ruſsland oder Moſcau unter ieziger Czariſchen Maieſtæt (Petro) I. Leipzig 1717. 8.* cui acceſsit *des iezigen Staats von Ruſsland, zweyter Theil, Leipzig 1717. 8.* quæ verſio eſt libri *italice* editi, ſub titulo: *Relazione Geografica Storico-Politica dell' Imperio di Moſcovia con la Vite e azzioni più memorabili dei paſſati Regnanti ſin' al tempo di Sua Maeſtà Pietro Alexiewiz Gran Duca e Zaar oggi dominante, in Milano nella* R. D. C. *1713. 12.* Perryus vulnerato animo ex Rusſia digrediens acerbius quædam in Gentem Rusſicam ſcripſit. Huius commatis quoque eſt ANONYMI *das groſſe und machtige Reich Moſcovien, Nürnberg 1687. 8. Relation curieuſe & nouvelle de Moſcovie, à la Haye 1699. 12.* quæ conditio rerum ab a. *1682.* ad *1689.* fuerit, refert.

fert. Add. *L' Etat du Grand Duc de Moſcovie, à Paris 1680. 8. & der Moſcowitiſche Staat unſerer Zeiten, Cœlln 1702. 4.* Ex optimis ſcriptoribus, prudentisſima *Petri M.* in emendando Rusſiæ ſtatu, conſilia & inſtituta eleganter conquiſiuit docteque illuſtrauit V. C. MARTINVS HASSEN moralis & ciuilis doctrinæ Profeſſor Vitembergenſis meritisſimus in egregio libro, cui titulus: *die wahre Staats-Klugheit in gewiſſen Staats-Grund-Sætzen &c. mit dem ruhmwürdigſten Exempel des Rusſiſchen Kayſers Peter des Groſſen beſtættiget, Leipzig 1739. 4.* quo præcipua capita Notitiæ Imperii Rusſici apte illuſtrantur. *Diſcurſus* eruditus de *Inſignibus Imperii Moſcouitici & Prouinciarum ab eo dependentium* extat in ACTIS ERVDITOR. *latin. an. 1708. p. 218.* De Titulo *Imperatoris* & *Cæſaris* a *Petro*, populi ſui voluntate, tributo adſumtoque aliquot virorum eruditisſimorum extant commentationes, atque inter alia quæſtio diſcuſſa, an hunc titulum *Baſilidi* Czaaro iam *a. 1500.* tribuerit *Maximilianus I.* Imp. Prodiere hoc in argumento F. L. N. D. D. B. ſiue FRIDERICI LVDOVICI N. D. de BERGER *Politiſches Bedencken über die Frage: Ob der Kayſerliche Titul und Nahme ohnbeſchadet Kayſerl. Majeſtæt und des Rœmiſchen Reichs allerhœchſten Würde nicht weniger der Chriſtlichen Kœnige und freyen Staaten Vorrecht und Intereſſe dem Czaaren von Rußland communiciret werden kœnne? 1722. 4.* B. BVRCARDVS GOTTHELF STRVVIVS vero omiſſo nomine dedit: *Grundmæſſige Unterſuchung von dem Kayſerlichen Titul und Würde, wobey von der Zaariſchen Titular gehandelt, und K. Maximilians angegebenes Schreiben an den Zaar Baſilium beygefüget wird, Cœlln 1723. 4.* V. C. MARTINVS SCHMEIZELIVS exhibuit *Orationem inauguralem de Titulo Imperatoris, quem Tzaarus Ruſſo-*

Ruſſorum ſibi dari prætendit, *Ienæ* 1722. 4. Breue, magnoque tamen premio compenſatum eſt ſcriptum: *Beſtand des Ruſſiſchen Kayſer-Titels, wobey der von Kayſer Maximilian dem Erſten geſchloſſene Allianz-Tractat gegen alle bisher gemachte nichtige Einwürffe vertheidiget wird*, auctore IACOBO PAVLLO *L. B. de* GVNDLING, *Riga* 1724. 4. Compara eruditisſimi Viri EVERARDI OTTONIS Diſſertationem de *Titulo Imperatoris Ruſſorum*, ſingillatim *Traiecti* editam, *Halæ* recuſam, & *Parti I. Diſſertationum Iuris Publ. & Priuati p.* 135. inſertam. Ex variis ſcriptis collectum digeſtumque M. MORGENSTERNII *Ius Publicum Imperii Ruſſorum*, *Halæ* 1737. 8. Poſt Metropolin *Moſcuam* primaria hodie vrbs & ſedes Regnatorum Ruſſiæ eſt *St. Petersburg*, cuius origines ſane operoſas & conditionem locorumque vicinorum, cumprimis Portus & Caſtelli *Cron-Slott* deſcriptio legitur in ANONYMI *eigentlicher Beſchreibung der an der Spitze der Oſt-See erbaueten Ruſſiſchen Reſidenz-Stadt St. Petersburg, ingleichen des neuen See-Havens und Caſtels Cron-Slott &c. Franckfurt und L.* 1718. 8. quæ & Dn. WEBERI *verændertem Ruſsland* inſerta. De Memorabilibus huius *Petriburgi* & Imperii ſimul Ruſſici *Oratione Germanica* lectu dignisſima eleganter egit illuſtris Vir GEORGIVS BERNHARDVS BVLFINGER, quæ habita 18. *Sept.* 1731 in Natalem *Eberhardi Ludouici Ducis Würtenbergiæ* editaque in *f.*

§. VII.

De *Religione* & *Statu eccleſiaſtico Ruſſorum*, præter partium ſtudio addictos ex Romana Eccleſia ſcriptores ALBERTVM CAMPENSEM, qui de *rebus Moſcouiticis*, *ad Clementem VII. italice* ſcripſit, *Venetiis* 1583. 8. & ANTONIVM POSSEVINVM S. I. in *Moſcouia* iam excitata legendus IO-

ANNES LASITIVS *de Ruſſorum, Moſcouitarum & Tartarorum religione, ſacrificiis & nuptiis, Spiræ* 1582. 4. Plures de hoc argumento veteres & nouos ſcriptores recenſuit, e. gr. DANNHAVERI Diſſertationem *de Religione Ruſſorum &c.* NICOLAVS BERGIVS Ducatus Liuoniæ generalis Superintendens *Exercitatione Hiſtorico-Theologica de Statu Eccleſiæ & Religionis Moſcuitarum, Lubecæ 1709. 8.* Compara ex *gallico* verſum libellum: *Religion der Ruſſen, oder ausführliche Beſchreibung derer Religion Anfang, Fortgang und iezigen Wachsthum, wie auch ihrer Sitten, Gebräuche und Ceremonien, Franckfurt am Mayn 1717. 8.* IOANNES GEORGIVS PRITIVS exhibuit breui libello: *Moſcowitiſchen oder Reußiſchen Kirchen-Staat, Leipzig 1698. 12.* quo *Anonymi* cuiusdam qui in ipſa Ruſſia vixerat obſeruationes, produxit. Multa autem quoad Hierarchiam & cæremonias in Eccleſia Ruſſica emendauit *Petrus M.* de quibus teſtatur: *Geiſtliches Reglement auf hohen Befehl und Verordnung des von Gott gegebenen und mit Weisheit ausgezierten Herrn Zaaren, und Groß-Fürſten Peters des Erſten Kayſers von ganz Rußland* &c. *Dantzig 1725. 4.*

§. VIII.

Sceptro *Ruſſico* poſt Pacem *Nyſtadienſem* parent nobiles inſignesque *Liuoniæ* & *Eſthoniæ* Ducatus & Prouinciæ. Cuius deſcriptionem & viciſſitudines ſequentes dedere. MATTHIAE STRVBYCZII *breuem Liuoniæ Ducatus Deſcriptionem Hiſtorico-Geographicam* ex MSCto erutam, in lucem protraxit IVSTVS LAVRENTIVS DIEZIVS, *Amſtelodami 1727. 8. Polonicæ, Elzeuiriorum Reipublicæ Lugd. B. 1627. 16.* editæ, adhæret *Liuoniæ* deſcriptio, qualis & in *Topographiarum Zeillero-Merianarum P. XIV.* reperitur. De *origine Liuonorum* erudite diſſeruit illuſtris Vir OLAVS HERMELINVS *Dorpati*

pati 1693. 4. Lipſiæ vero in *8.* auctius recuſo libello. HERMANNVS quoque BECKERVS quatuor Diſſertationibus egit de *Liuonia in ſacris ſuis conſiderata, Viteberga 1700. 4. de Liuonia in nonnullis ritibus expoſita, ibid. eod. 4. de Liuonorum veterum origine, ibid. 1701. 4. de Liuonorum veterum adminiſtratione rei familiaris, ibid. 1702. 4.* Percrudita eſt CONRADI SAMVELIS SCHVRZFLEISCHII *Liuonia certis propoſitionibus comprehenſa, Viteb. 1700. 4.* Sed hos omnes vincit Curialis Iudicii Aſſeſſor & Vice-Præſes ac Conſiliarius prouinciæ, rerumque adeo Liuoniæ peritisſimus CASPAR *a* CEVMERN, qui expoſuit *Theatridium Liuonicum, Rigæ 1619. 4.* quo non regnatores ſolum harum prouinciarum ad an. vsque 1621. ſed & deſcriptiones vrbium, arcium, monaſteriorum ante excidium Ruſſicum anni *1555.* Familias nobiles emortuas & florentes, Priuilegia, monetas, templa & alia, curate exhibuit. Hiſtoriam harum regionum a prima illati Chriſtianiſmi origine Dominosque terræ cumprimis Ordinis Enſiferorum Magiſtros & horum geſta annotauit BALTHASAR RVSSOUW Reualienſis, in *Chronica der Provinz Lyfflandt*, quæ ſermone Saxoniæ inferioris ſcripta, & ad annum *1577.* producta edita *Roſtock 1578. 4.* recuſa ead. dialecto ſine anni mentione *4.* Res, vicisſitudines & calamitates bellicas *Liuoniæ* & *Curlandiæ* ab anno *C. 1554.* vsque ad *1590.* cum cura conſignauit SALOMO HENNING Vinarienſis, Ducis Curlandiæ Conſiliarius & Eccleſiarum Viſitator in *Lieffländiſcher Churlendiſcher Chronica*, cum Præfatione DAVIDIS CHYTRAEI, *Leipzig 1594. f.* Et chorographiam & vicisſitudines mutationesque rerum cordate deſcripſit CHRISTIANVS KELCH, Paſtor Ierwenſis in Eſthoniæ Ducatu in *Lieflændiſcher Hiſtoria oder kur-*

zen Beſchreibung der denckwürdigſten Kriegs- und Friedens-Geſchichte Eſth- Lieff- und Lettlandes, Rudolſtadt 1695. 4. Hiſtoriam Enſiferorum Ordinis Teutonici Liuonorum ſtilo breui ſed graui ſcripſit HENRICVS LEONHARDVS SCHVRZFLEISCHIVS, *Viteberga 1701. 8. Anglice* eleganter expoſita: *An Account of Livonia with a Relation of the Marian Teutonik Order, London 1701. 8.* Partem geſtorum Suecicorum in Liuonia illuſtrat CLAVDII ARNHEMII OERNHIELM *Vita Ponti de la Gardie, Lipſiæ 1690. 4.* Ad *Notitiam* Prouinciæ adquirendam facit FRIDERICI MENII *Hiſtoriſcher* PRODROMVS *des Liefflændiſchen Rechtens und Regiments von Anfange der Provinz Erfindunge bis auf Guſtaui M. Tod, Dœrpt 4.* ſine anni mentione, dedicatoria autem epiſtola ſignata *a. 1633.* Multum quoque hanc & Iura ordinum nobilitatisque illuſtrant cum *Gründliche iedoch beſcheidene Deduction der Vnſchuld Herrn Iohann Reinhard von Patkul*, quæ CHRISTIAN. THOMASIO tribuitur, tum huic adiecta *Collectanea Liuonica Priuilegiorum Nobilitatis & aliorum Documentorum*, quæ prodiere *Leipzig 1701. 4.* De *acquiſito & amiſſo Imperii Germanici in Liuoniam iure* elegans eſt Diatriba IOA. HENR. BOECLERI iun. *Argentorati 1711. 4.*

§. IX.

Propter vicinitatem iungenda *Curlandiæ, Poloniæ* alias nexæ, monimenta. Ad res Curlandicas adhibendi Scriptores *Liuonici* cum primis HENNINGIVS §. antecedenti excitatus. *Cauſæ quibus S. R. M. Sueciæ mota Curlandiæ Ducem in Cuſtodiam abſtraxit ex Germanico in Latinum verſæ* cum Præf. *ad Iacobum Auguſtum Thuanum iun.* prodiere in 4. ſine loci mentione. Oppoſita: *Relation der erbarmlichen Schwediſchen Proceduren im Hertzogthum Curland 1658. 4.* & *Defenſio Ducis Curlandiæ*

Sueco-

Suecorum calumniis oppoſita 1658. 4. Priuilegia & Iura præcipua Ducatuum Curlandiæ & Semgalliæ, Varſauiæ 1719. 4. formis excuſa. *Faſciculos* quoque binos *Rerum Curlandicarum* edidit V. C. CHRISTIANVS NETTELBLADT, quorum *primus*, Præfatione *de Iure Sueo-Gothorum in Curlandiam peruetuſto*, ornatus prodiit *Roſtochii 1729. 4.* continet: 1) Formulam Regiminis *Curlandiæ* d. a. *1614. 2) Churlændiſche* Statuta; *3) die Scheidungen und Grænzen zwiſchen dem Stifft Churland und dem Teutſchen Orden;* 4) Priuilegia *Nobilitati* a Duce *Gotthardo 1570.* conceſſa, confirmata *1581.* 5) Formulam *des Vertrags zwiſchen Dennemarck und Pohlen, das Churiſche Biſtuhm betreffend;* 6) Nonnulla Diplomata *Curlandica; 7) Vorſtellung der Herzogen von Churland ihres Sizes und der dazu kommenden Hoheit.* Faſciculus *Secundus* prodiit *Greifswald und Leipzig 1736. 4.* ſub titulo: *Anecdota Curlandiæ præcipue Territorii & Epiſcopatus Piltenſis.* Occaſione defectus maſculini ſexus Kettlerorum diuerſi Iura Succesſionis ſibi tribuebant, quæ & rationes contra incorporationem in Rempublicam Poloniæ cognoſci poſſunt ex libello, cui titulus: *eines getreuen Patrioten und Land-Einſaſſens Conſideration wegen der künftigen Regierungs-Art in den Herzogthümern Curland und Semgallen, Mietau* (locus eſt fictus) *1719. 4.* Add. *Gründlicher Beweiſs, daſs das Recht einen Fürſten zu wæhlen denen Stænden des Herzogthums Churland und Sem-Gallien von ihren Vrahnen angeſtammet, durch keine entgegen ſeyende Handlung verlohren, aus ungezweifelten Geſchichten und Vrkunden dargethan von einem Patrioten f.*

CAPVT TRIGESIMVM QVARTVM DE SCRIPTORIBVS GRAECIAE HODIERNAE.

§. I.

G*raciæ* antiquæ Scriptores *Cap. III. p. 26.* ſuperius iam recenſuimus, paucis nunc exponendum de illis, qui *recentiorem Græciam* illuſtrarunt. Statum Geographicum aperit OLFERDI DAPPERI *naaukerige Beſchriiving e der Eylanden in de Archipel. der Mittelandſche Zee en ontrent dezelve gelegen, Amſtelodami 1688. f.* qui in hac materia omnino præſtat. Hunc ſecutus eſt CORONELLI, cuius ſunt *Memoires Hiſtoriques & Geographiques, de la Morée, du Negropont & des places maritimes, jusques a Theſſaloniques, enrichis de Cartes des pais, des places, a Paris 1686. 8. & Amſterdam 1686. 12.* Addantur: *Memorie Iſtorio-Geografiche della Morea riacquiſtata dell' Armi Veneti da Regno di Negroponte e degli altri luoghi circonvicini e di qvelli c' hanno ſotomeſſo nella Dalmatia e nell' Epiro dal principio della Guerra intimata al Turco in Conſtantinopoli nel a. 1684. al anno preſente 1687. in Venezia 1687. f.* & *The preſent State of the Morea 4.* cuius auctor ipſe res ab an. *1671.* vsque *1679.* ibi inſpexit, atque *L' Egeo redivivo o ſia Chorographia tel Archipelago, della Grecia, Morea, o Peloponeſe, di Candia, e Cipri, fatiche e diligenze di* FRANCISCO PIACENZA *Napolitano, in Modena 1688. 12. Rhodus* inſula, huiusque conditio hodierna deſcripta, in: *Iſola di Rodi Geografica-ſtorica antica*

antica e moderna con altre adgiacenti, *opera de'* PP. CORONELLI *e* PARISOTTI, *in Venetia 1688. 8.* Summo ſtudio conquiſitæ LVIGO FERDINANDO MARSILII *Oſſervazioni intorno al Bosforo Tracio overo Canale di Conſtantinopoli rappreſentate in Lettera alla ſacra Real Maeſta di Chriſtina Regina di Svezia, in Roma 1681. 4.* CASIMIRVS FRESCHOTVS ſcripſit *Memoire Hiſtoriche e Geographiche della Dalmatia, in Bolognia 1687. 12.* quod ſcriptum poſtea in germanicum idioma prodiit. Confer, quæ iam ſupra p. *1469.* inter *Venetos Scriptores* attulimus. Egregia eſt IACOBI SPONII *Voyage d' Italie, de Dalmatie, de Grece & du Levant, fait aux annees 1675. & 1676. à Amſterdam 1679. 12.* & italice verſa per *Caſimirum Freſchot, Bononiæ 1688. 12.* in hoc Itinerario non ſitum locorum ſolum deſcribit, ſed etiam antiquitates varias, quas obuias habuit, illuſtrat egregie. Acceſſit in fine index Populorum Atticæ antiquæ, quorum in monumentis antiquis fit mentio. *Itinerarium Græciæ* italice ſcripſit LOIR, *Bononiæ 1673. 12.* Sed præferendum eſt ſcriptum CORNELII de BRVN, quod ſub titulo: *Voyage au Levant* prodiit *Delphis 1700. f.* IOANNIS LVCII *de regno Dalmatiæ & Croatiæ* libros ſex iam ſupra inter *Hungaricos* p. *1496.* indicaui. Relationes de *Athenarum Vrbe italice* ſcripſit CORNELIVS MAGNVS, *Parmæ 1688. 4.* ſed pleraque ex *Sponio* ſunt deſumta. Legendæ porro *Athene ancienne & nouvelle, à Paris 12.* & *Lacedæmon ancienne & nouvelle par le Sieur de la* GVILLETIERE, *à Paris 1676. 12.* & FRANCESCO FANELLI *Atene Attica, in Venezia 1707. 4.* qua inclyta Vrbs a ſuis initiis vsque ad deditionem *Venetis* factam *1687.* deſcribitur, & quæ commemoravit nummis, iconibus, delineationibusque æri inciſis, illuſtrantur.

 §. II.

§. II.

Aetate media notum erat *Albaniæ* & *Epiri* regnum, a *Georgio Caſtriota*, dicto *Scanderbego* erectum, cuius inſignis Herois Seculo XV. plurimis Turcarum cladibus nobilitati vitam varii deſcripſerunt. MARINVS nempe BARLETIVS Libros XIII. *de vita, moribus ac rebus præcipue aduerſus Turcas geſtis Georgii Caſtriotæ, Argentorati 1537. f.* per *Iohannem Hedionem*, antiquior extat *Romana Editio in f.* ſine anni deſignatione, magno cum iudicio conſcripſit. Hos poſtea in *germanicum* ſermonem transtulit *Ioannes Pincianus, Francofurti 1577.* & *Gabriel Tſchimmerus, Dresdæ 1664. 8.* in epitomen redegit *Georgius Bartholdus Pontanus a Breitenberg, Hanouiæ 1609. 8.* gallico ſermone expoſuit vel potius *Barletium* vertit IACOBVS de LAVARDIN, *Paris 1597. 8.* His veluti Commentariis ad iuſtam *Scanderbegi* hiſtoriam elegantiori ſermone & accommodata ſeculi genio ratione, condendam vſus du PONCET S. I. *Hiſtoire de Scanderbeg Roy d'Albanie, Paris 1709. 12.*

§. III.

Statum Eccleſiæ Græcorum primus deſcripſit MARTINVS CRVSIVS *in Turcogræciæ Libris VIII. Baſileæ 1584. f.* Minores continet ipſorum Græcorum tractatus, atque epiſtolas, horumque ſtatum ciuilem atque eccleſiaſticum, Patriarcharum Conſtantinopolitanorum ſucceſſionem ab amiſſa vrbe vsque ad finem fere ſuperioris ſeculi omni cura deſcribentes. Poſt hunc PHILIPPVS CYPRAEVS *Chronicon Eccleſiæ Græcæ* compoſuit, quod primum ex MSCto Byzantino edidit latineque vertit *Nicolaus Blancardus*, recenſuit *Henricus Hilarius*, lapſus aliquot *Philippi* emendauit, commentarios & notas, nomenclaturas

turas etiam Patriarcharum addidit, hiſtoriamque Patriarchicam a capta ab infidelibus vrbe pleniorem exhibuit. Acceſſit appendix rerum Hiſtoriæ Patriarchicæ inſeruientium; & notitia epiſcopatuum per Orientem, auctore *Andronico Palæologo* Seniore, *Lipſiæ 1687. 8.* Doctisſimi ſunt commentarii, quos dedit IOANNES MICHAEL HEINECCIVS in *Abbildung der alten und neuen Griechiſchen Kirche, Leipzig 1711. 4. Hiſtoire de l' Etat preſent de l' Egliſe Greque & de l' Egliſe Armenienne par* RICAVT, *Middelbourg 1692. 12.* quo libello ſtatum harum Eccleſiarum qualis fuit a. *1677.* quo Ricautus Eques Anglus opuſculum lectu dignisſimum *anglice* concinnauit, *gallice* culte vertit *Roſemond*, e Gallia in Angliam profugus. Duabus partibus abſoluitur libellus, altera deſcribitur Chriſtianorum Græcorum ſtatus ſub Turcarum imperio inde ſeptem Eccleſiæ Aſiaticæ, quorum mentio in Apocalypſi Iohannis fit, inſcriptionibus illuſtrantur. Ad ſupplendos hos facere poterunt I. AYMON *Monumens authentiques de la Religion de Grecs, Haye 1708. 4.* Nec omittenda *de* MONI *Hiſtoire Critique de la Creance & des Coutumes de Nation du Levant 1684. 8.* Ingens eſt opus CLEMENTIS GALANI *de conciliatione eccleſiæ Armenæ cum latina*, quod Armenice & latine prodiit *Romæ 1650. f.* Ex hoc poſtea pars tantum Hiſtorica, ſiue *Hiſtoria Armena eccleſiaſtica & politica* excuſa fuit *Coloniæ 1686. 8.* in qua potiſſimum ſeriem patriarcharum nectit. Præcipue vero æſtimari debet *de la* CROIX *Etat preſent des Nations & Egliſes Grecque, Armenienne & Maronitte, à Paris 1695. 12.*

CAPVT TRIGESIMVM QVINTVM

DE SCRIPTORIBVS, QVI INTRODVCTIONEM IN NOTITIAM REGNORVM DEDERVNT, GEOGRAPHICIS, CHRONOLOGICIS, HERALDICIS, DE ORDINIBVS EQVESTRIBVS, CALENDARIIS ET DICTIONARIIS HISTORICIS.

§. I. *Scriptores, qui Introductionem in Notitiam Regnorum & Rerumpublicarum Europae dederunt.*

§. II. *Scriptores, qui maiori opere Regna Europae illuſtrarunt.*

§. III. *Scriptores Geographici Graeci.*

§. IV. *Scriptores Geographici Latini antiquiores.*

§. V. *Scriptores Geographiae antiquae recentiores.*

§. VI. *Scriptores de Geographia recentiori.*

§. VII. *Scriptores, qui Compendia Geographica ſcripſerunt.*

§. VIII. *Scriptores praecipui de Itinerariis.*

§. IX. *Scriptores, de lectione Nouellarum.*

§. X. *Scriptores Chronologici.*

§. XI. *Scriptores Genealogici.*

§. XII. *Scriptores de Ordinibus Equeſtribus.*

§. XIII. *Scriptores, qui de Nobilitatis gradibus ſcripſerunt.*

§. XIV. *Scriptores de ordine Teutonico.*

§. XV. *Scriptores de Equitibus S. Iohannis & Templariis.*

§. XVI. *Scriptores de Ordine Aurei Velleris.*

§. XVII. *Scriptores de reliquis Ordinibus Equeſtribus in Hiſpania.*

§. XVIII. *Scriptores de Ordinibus Galliae.*

§. XIX. *Scriptores de Ordinibus Angliae.*

§. XX. *Scriptores de Ordinibus Daniae.*

§. XXI. *Scriptores de Ordinibus Italiae.*

§. XXII. *Scriptores Heraldici Germani.*

§. XXIII. *Scriptores Heraldici Angli.*

§. XXIV. Scriptores Heraldici Galli.
§. XXV. Scriptores Heraldici Itali.
§. XXVI. Scriptores Heraldici particulares.
§. XXVII. Scriptores de origine & iur. armorum atque inſignium.
§. XXVIII. Scriptores, qui Dictionaria Hiſtorica euulgarunt.
§. XXIX. Calendaria Hiſtorica.

§. I.

Conſiderauimus in ſuperioribus illos ſcriptores, qui vel iuſto volumine, vel in compendio ſingulorum Hiſtorias regnorum, vel quæ in iisdem particularia, tradiderunt, progredimur nunc ad illos, qui in Notitiam regnorum Europæ introducunt. Primus forſan qui illud egit, fuit LOTTINI, Venetorum in aula Cæſarea legatus, qui *Theſaurum politicum* primo ſcripſit *italice*, quem poſtea in *latinum* ſermonem transtulit PHILIPPVS HONORIVS, ſiue IVLIVS BELLVS, *Francofurti ad Mœnum 1618. 4.* Ex hoc multa deprompſit CASPAR ENS *in Theſauro Politico*, qui prodiit *Coloniæ 1610. 8.* Hunc continuare voluit *Boſius* noſter, ſed labori eſt immortuus. Plerique poſteriores hoc Theſauro fuerunt vſi, cum inter antiquiores præſtaret, atque iudicio vtatur accurato. IOANNIS BOTERI *Relationes vniuerſales*, ſiue *Mundus Imperiorum* prodiit *Lipſiæ 1667. 4.* In latinam linguam ex Italica ſunt translatæ, ſed breues ſunt, ad ſtatum tamen ſui temporis faciunt. Prodierunt poſtea cum augmento *Iuſti Reiffenbergeri.* LVCAS de LINDA latine & germanice prodiit primum ſub titulo: *Orbis Lumen & Atlantis Iuga detecta retecta.* Cum autem multa falſa & mendoſa eſſent, BOSIVS priorem correxit, & nouam procurauit editionem, *Ienæ 1670. 8.* Multa ex *Petri d' Avity* Theatro mundi ſumſit,

nec

nec tamen eſt contemnendus liber, in quo recenſuit Geographica, naturam locorum, mores, religionem, ſtatum politicum, diuitias, vires, ſeriem Principum, rationem ſtatus & ſimilia, quæ notatu ſunt digna. Licet multa hinc inde ſint immutata. RESPVBLICAS ELZEVIRIANAS, bibliopolæ præclari nominis BONAVENTVRA & ABRAHAMO ELZEVIRII, qui inuentores vtilis inſtituti fuere atque ab anno *1625.* iuuantibus eos calamo eruditis Viris, commoda itinerantibus maxime minori forma, quam in *Sedecimo* termino artis ſuæ appellant bibliopolæ, varias Orbis Respublicas deſcriptas breuiter, ſingillatim produxerunt. In numero harum *Rerumpublicarum* conſtituendo & bibliopolæ & docti viri variant. Sunt enim cum inſtitutum placeret, argumenti Geographici, hiſtorici, politici, libelli varii his adiuncti. Ab ipſis autem *Elzeuiriis*, hæ datæ Respublicæ:

1. P. CVNAEI de Republica *Hebræorum.*
2. V. EMMII Respublica *Græcorum.*
3. G. POSTELLI Respublica *Athenienſium.*
4. P. SCRIVERII Respublica *Romana.*
5. Respublica & Status *Imperii Romano-Germanici.*
6. Status Regiminis *Ferdinandi II.*
7. IOAN. de LAET *Hiſpania.*
8. *Portugallia.*
9. *Gallia* diuerſorum Auctorum.
10. SMITH Respublica *Anglorum.*
11. *Scotia* & *Hibernia.*
12. *Belgii Fœderati* Respublica.
13. *Heluetiorum* Respublica.
14. SPRECHERI *Rhætia.*
15. *Simleri Valleſia* & *Alpes.*
16. Principes *Italiæ.*
17. *Sabaudia.*
18. CONTARENVS de Republica *Venetorum.*
19. IANNOTIVS de Republica *Venetorum.*
20. *Hungaria.*

21. STRANS-

21. STRANSKII *Bohemia.*
22. *Polonia,* Lithuania, Pruſſia, Liuonia.
23. *Dania,* Noruegia, Holſatia.
24. *Suecia.*
25. *Ruſſia* & Tartatia.
26. *Turcici* Imperii Status.
27. *Gyllii* Conſtantinopolis.
28. Gyllii Boſporus Thracicus.
29. *Perſia.*
30. Imperium Magni *Mogolis.*
31. TRIGAVTII *China.*
32. LEONIS Africani Africa.

Singularum recenſionem curatam exhibet BIBLIOTHECA *Hiſtorica Hamburgenſis Cent. IX. p. 192. ſeq.* Olim maxime æſtimabantur, eo quod in compendio traderent ſtatum cuiuslibet reipublicæ. Verum, cum non omnes adgnoſcant eundem auctorem, illæ præ cæteris veniunt æſtimandæ, quæ IOANNEM de LAET auctorem habent. Nec hodie ſuo vſu deſtituuntur, licet ſtatus politicus in plerisque multum ſit immutatus. GEORGII HORNII *Orbis Politicus* explicat Reſpublicas, Principatus, Regna & Imperia, prodiit cum animaduerſionibus *Ottonis Menckenii, Lipſiæ 1685. 12.* Eiusdem eſt *Orbis Imperans*, in quo tredecim Imperia hiſtorice & politice deſcribuntur, qui cura *Ioachimi Felleri* prodiit *Lipſiæ 1693. 12.* CHRISTIANI FVNCCII *Orbis hodienum imperantis breuiarium*, in quo de Imperiis, regnis, Principatibus potiora collegit, in vſum ſcholæ eſt ſcriptum, ſed deeſt iudicium pragmaticum. IOANNIS FRIDERICI PÖPPINGS *Orbis illuſtratus*, plerumque ex *Conringii* Theſauro Rerumpublicarum eſt deſcriptus. THOMAS LANSIVS *Conſultationes* ſcripſit *de Principatu inter Status Europæ*, quæ *Tubingæ 1635. & 1654. 4.* In his autem ea tantum, quæ præcipua, in regnis commemorat,

vt

vt exinde doceat, quodnam aliis ſit præferendum. IOANNIS GVALTERII ſiue potius IANI GRVTERI *Chronicon Chronicorum Politicum*, *Francofurti 1614. 8.* duobus tomis prodiit atque collectio eſt Scriptorum variorum, qui ſeriem & ſucceſſionem diuerſorum Regum atque Principum delinearunt. IOANNIS CHRISTOPHORI BECMANNI *Hiſtoria Orbis Terrarum Geographica & ciuilis* prodiit ex editione ſecunda *Francofurti ad Viadrum 1680. 4.* In hac autem non ſolum quæ ad generalem notitiam geographicam faciunt optime, hydrographiam præcipue explicauit, ſed etiam de linguis, moribus, characteribus, migrationibus & commerciis gentium agit. Progreditur inde ad Regna particularia, in ſingulis ſtatum naturalem, hiſtoricum, politicum, religionem & memorabilia conſiderans, atque omnia per ſcriptores fide dignos comprobans, ita vt vſum omnino habeat eximium. IOANNIS ANDREAE BOSII *Introductio in Notitiam Rerumpublicarum*, *Ienæ 1676. 4.* præſtantiſſima eſt, atque ad generalem notitiam Rerumpublicarum facit egregie, ita vt quod in ſingulis ſit conſiderandum, exponat. Recentior adhuc eſt *Anonymi Politiſcher Nach-Tiſch*, *Francofurti 1695. 12.* per erotemata directus, ſed breuis, nec vbique accuratus. SAMVELIS L. B. de PVFENDORF *Einleitung zu der Hiſtorie der Hiſtorie der vornehmſten Reiche und Staaten von Europa*, *Franckfurt 1689. 8.* & ſæpius cuiuslibet Regni aut Reipublicæ hiſtoriæ additæ ſunt de notitia ſtatus obſeruationes, egregiæ quidem illæ & magna libertate factæ, ſed in pleriſque inſignis poſt ea tempora, quibus ſcripſit *Puſendorfius* mutatio facta. e. gr. in *Hiſpania*; *Ruſſia &c.* B. NICOLAVS HIERONYMVS GVNDLINGIVS, qui ex lectione librorum egregiorum aliorumque ſubſidiorum in

no-

notitia Rerumpublicarum præclare profecerat, exhibuit *Halæ 1712. 8.* vernaculo ſermone *Theſes quasdam*, easdemque in *Collegio* vt vocant *Statuum Europæ* facundo ore ſæpe multis audientibus illuſtrabat, ſola fere memoria ſubnixus recitationes faciens. Quæ diligentes auditores calamo in vſus ſuos priuatos exceperant, haut laudabili inſtituto, ex lucri cupidine edita ſub titulo: NICOLAI HIERONYMI *Gundlings Diſcurs über den ietzigen Zuſtand der Europæiſchen Staaten, Franckfurt und Leipzig 1733. 4.* cum Præfatione *Iacobi Auguſti Franckenſteinii*, & *Pars altera ibid. 1734. 4.* in quibus quidem, præclare, egregie, libere & erudite varia obſeruata, ſed tot quoque erroribus deturpata, vt lectorem ſane peritum requirant hæ & aliæ compilationes, contra eruditisſimi Viri voluntatem editæ. Quæ dum cogito, peropportune ſub oculos veniunt quæ THVANVS *Hiſtor. L. XXIII. p. m. 647.* de poſtumis *Duareni* & *Cuiacii* ſcriptis obſeruauit, quæ hic adſcribam ad *Gundlingiana poſtuma* applicanda. *Sed ſcriptis illius (*Duareni*) accidit, quod ne ſuis accideret ſummopere ſemper veritus eſt Cuiacius, vt nimirum Prælectiones ex ore recitantis in ſchola perperam plerumque ab Auditoribus exceptæ, quæque non eo conſilio fiebant, vt ederentur poſt ipſius mortem, reliquis eiusdem operibus, quæ viuus publicauerat, nullo delectu admiſtæ ſint, in quo inſignem doctisſimi Viri manibus iniuriam factam indignabatur Cuiacius, eamque me ſæpius appellato, & aliis qui ſub eo meruerant, a ſe & ſcriptis ſuis deprecabatur.* Grauem & acerbam in horum dictatorum caput de *Belgio Fœderato* cenſuram exercuit FAVORITVS NORICVS, ſiue Vir celeberrimus PETRVS BVRMANNVS, cuius *Obſeruationes ad Nicolai Hieronymi Gundling Discurſus de Republica Hollandica* apud doctam *Philyream*

vt

vt titulus præfert 8. mai. excuſæ. Veſtigia *Gundlingiana* premere volebat IACOBVS CAROLVS SPENER, qui edidit: *Abriß zu einer zuverlæßigen Betrachtung der vornehmſten Europæiſchen Reiche und Staaten, Halle 1710. 8.* in vſum Auditorii concinnatam, ſed Portugalliam tantum & Monarchiæ Hiſpanicæ Regna & prouincias delineauit. V. C. IOHANNES DAVID KOEHLERVS vſibus auditorum ſuorum apte diſpoſuit *erneuerten Entwurff eines Collegii über den gegenwærtigen Zuſtand von Europa und die iezigen Welthændel, Gœttingen 1736. 8.* LVDOVICO HENRICO GVDE Holſato, viro linguarum exoticarum ſubſidio inſtructo, quique itineribus inſtitutis coram multa luſtrauerat, ſed vitæ ſtudiorumque rationes parum ordinatas tenebat, auctore prodiere *Halæ Magdeburgicæ*, lingua vernacula *Staaten von den vier Theilen der Welt*, ab *a. 1702. ad 1708.* numero ad *XL.* in *8.* ſed non eadem ſemper cura & quandoque oſcitanter ſatis elaboratæ, prodierunt *1) Staat des heiligen Rœmiſchen Reichs; 2) der Kayſerlichen und Erz-Herzoglichen Erblænder; 3) Von Oeſterreich, Steyermarck, Cærnthen, Crain und Tyrol; 4) Von Bœhmen; 5) Von Mæhren; 6) Von Schleſien; 7) Von Vngarn; 8) Von Siebenbürgen, Wallachey und Moldau; 9) Von Mainz, Trier, Cœlln, Salzburg, Biſanz und Teutſchen Orden; 10) Von Chur Bayern; 11) Von Chur-Sachſen; 12) Der Sæchſiſchen Hæuſer Erneſtiniſcher Linie; 13) Von Brandenburg und Preußen; 14) Von Chur-Pfalz; 15) Von dem Chur- und Fürſtl. Hauſe Braunſchweig-Lunæburg; 16) Von Mecklenburg; 17) Von Würtenberg; 18) Von Heſſen; 19) Von Baaden; 20) Von Schleßwich-Holſtein; 21) Der Fürſten von Anhalt und Sachſen-Lauenburg; 22) Staat von Portugall; 23) Von Spanien; 24) Von Franckreich; 25) Von Groß-Britannien; 26) Von Dænnemarck; 27) Von Schweden; 28) Polen;*

len; 29. Moſcau; 30. der vereinigten Niederlande; 31. Schweiz; 32. Pæbſtlichen Hofe; 33. Spaniſchen Provinzien in Italien; 34. Maltheſer oder Iohanniter-Ritter; 35. Savoyen; 36. Florenz, Modena und Reggio; 37. Mantua und Montſerrat; 38. Parma, Piacenza, nebſt den übrigen kleinen Fürſten in Italien; 39. Venedig und Raguſa; 40. Genua, Lucca und S. Marino. Hos ſecutæ XV. Respublicæ *Aſiæ, Africæ & Americæ; 1. Staat vom Türckiſchen Kayſer; 2. Staat von Perſien; 3. vom groſsen Mogul; 4. von Siam; 5. Von Sina oder China; 6. Von der Tartarey; 7. Von Fez u. Marocco; 8. Von Algier; 9. Von Tunis; 10. Von Tripoli und Barcan; 11. Von Egypten; 12. Von Habesſinien; 13. Von Guinea und Congo; 14. Von America; 15. Von den Iapaniſchen und übrigen vornehmſten Inſuln von Oſt-Indien.* De *Aſiaticis Rebuspublicis* amœnas & vtiles ex præſtantisſimis & recentioribus *Itinerariis* expoſitiones dedit vsque huc *anglice* Capitaneus SALMON, quas *belgice* vertit M. *van* GOCH *M. D.* & additamentis ſuis auxit, *germanice* quoque verſæ prodierunt ſub titulo: *Die heutige Hiſtorie oder der gegenwærtige Staat von allen Nationen, Altona 1732. 4.* Editæ autem vsque huc ſunt ſequentes:

1. Beſchreibung des Kaiſerthums *China* und der Kœnigreiche *Tonquin* und *Cochin-China*, Altona 1732. 4.
2. Beſchreibung des Kaiſerthums *Iapan* auctore potisſimum M. *van* GOCH, *ibid. 1733. 4.*
3. Staat der *Orientaliſchen* Inſeln, und nahmentlich der *Ladroniſchen*, *Philippiniſchen* und *Moluckiſchen*, it. *Celebes* oder *Macaſſar, ibid. 1733. 4.*
4. Staat der *Sundaiſchen* Inſeln, *ibid. 4.*
5. Staat von *Siam*, *Pegu*, und *Arrakan*, ingleichen *Tonquin* und *Cochinchina*, *Altona 1735. 4.*
6. Staat von *Indoſtan*, *ibid. 4.*
7. Staat von *Perſien*, *ibid. 1739.*

De egregiis *Portugalliæ* & *Saliſburgenſis* Archi Epiſcopatus *Notitiis*, quas accurate elaborauit V. C. IOANNES IACOBVS SCHMAVSSIVS iam ſupra dictum. FRIDERICI NEOBVRGI *Curieuſer Hofmeiſter Geographiſch, hiſtoriſch und politiſcher Wiſſenſchafften* prodiit *Lipſiæ* 1698. 8. & recuſa paucos ante annos cum inſigni additamento, in quo tamen magis æſtimanda ſunt geographica quam hiſtorica. Haut ita pridem prodiit *Genealogiſcher und Politiſcher Abris der heutigen Chriſtlichen Souverainen von Europa, Breslau* 1704. 8. Singula regna & reſpublicas percenſet, horum ſtatum politicum, principes regnantes horumque genealogiam, miniſtros, collegia, familias illuſtres, ordines equeſtres & ſimilia deſcribit, atque in hiſce multam vtilitatem præbet, licet non deſint næui, quos hinc inde commiſit. Sic etiam prodiit *das in ſeinem Haupt und Gliedern Durchlauchtige Teutſchland, Gotha* 1702. 8. atque comprehendit deſcriptionem Statuum Imperii, ſtatum Comitialem, notitiam de iudicio aulico & reuiſam matriculam Imperii, ſed non vbique accuratum eſt. *Primas Lineas Notitiæ Rerumpublicarum* Europæ, apte & erudite duxit, excitatis optimis præſtantiſſimisque libris, vir celeberrimus EVERARDVS OTTO Iuris ciuilis & publici ante paucos annos in Academia Traiectina Profeſſor, nunc Reipublicæ Bremenſis Syndicus meritiſſimus, quæ primum editæ *Trajecti ad Rhenum* 1726. 8. *mai.* recuſæ in vſus Auditorum, *Ienæ* 1728. 8. & ex Editione *Quarta* aucta & emendata *Traiecti ad Rh.* 1739. 8. *mai.* plenæ ſane bonæ frugis. Poſt Prolegomena, in Notitiam Rerumpublicarum, Germaniæ, Galliæ, Hiſpaniæ, Britanniæ, Portugalliæ, Belgii Fœderati tradit Notitiæ ſumma capita. Germaniæ vero noſtræ, præcipuorum Procerum Notitiæ

titiæ acquirendæ inſeruire poteſt LVDOVICI PETRI GIOVANNI, ſiue potius illuſtris Viri IOANNIS PETRI de LVDEWIG *Germania Princeps*, *Halæ* 1702. 8. atque ex *noua* emendatiore & cum primis in Auſtriacis & Saxonicis copioſiore *Editione* 1711. 8. hodie perrara. Volumen primum eſt, quo Auſtriacam domum atque Electorales Familias complectitur, horum ſucceſſiones, regionum ac dignitatum titulos, prætenſiones, prærogatiuas & privilegia, ſubditorum, redituum, legum, iurium, iudiciorum indolem, hiſtoriam & naturam deſcripſit, nec non ſcriptores domeſticos indicat recenſetque & de Inſignibus Principatuum obſervationes addidit. Nuper demum, multorum cohortationibus excitatus Vir de Patria ſua eximie meritus Dn. IOANNES IACOBVS MOSERVS *Notitiæ Ordinum Imperii* ſpecialius exhibendæ læta primordia cœpit, deditque *allgemeine Einleitung in die Lebre des beſondern Staats-Rechts aller einzeln Stände des Heil. Rœm. Reichs, und in ſein von dieſem Staats-Recht handlendes Werck, Franckfurt und Leipzig* 1739. *f.* Succeſſere: *Staats-Recht des Fürſtl. Hoch-Stiffts Augſpurg, Leipzig* 1740. *f.* & *des Fürſtl. Hoch Stiffts Conſtanz, wie auch der Fürſtl. Abtey Reichenau, ibid.* 1740. *f.* *Der Reichs Abtey Baindt* 1740. *f.* *Des H. Rœm. Reichs-Stadt Zelle am Hammersbach.* ibid. 1740. *f.* Fructuoſi ſane operis proſperos ſucceſſus & ſubſidiorum inſignem apparatum optamus Viro amiciſſimo.

§. II.

Iſti quidem ſunt *minores Rerumpublicarum Scriptores* pergimus ad illos, qui copioſiori apparatu easdem illuſtrarunt. PETRVS d' AVITY quidem Librum edidit, cui titulum fecit: *Les Eſtats & Empires.* in quo exponit hiſtoriam omnium nationum, ipſarum mores, regionis & regiminis ſtatum. Hoc opus poſtea auxit & emiſit ſub titulo: *Le Monde, ou deſcription de l' univers & ſes quatre parties*, ſi-

ve deſcriptionem Europæ, Aſiæ, Africæ & Americæ. Mortuus tamen eſt auctor, dum imprimeretur opus. Auxit illud poſtea *Franciſcus Ranchinus* atque edidit *Montiſpeſſulani 1643. f.* Denuo augmentauit atque emendauit *Ioannes Baptiſta de Rocoles 1660. f.* Hoc opus autem magni æſtimatur, apud Gallos præcipue. Ex hoc poſſimum deſumtus eſt liber, qui inſcribitur: *Les Etats, Empires, Royaumes & Principautes du Monde par le Sr. D. T. V. Y. Geneve 1695. f.* Hoc ſcriptum ex gallico in latinum tranſtulit IOANNES LVDOVICVS GOTHOFREDVS atque inſcripſit *Archontologiam Coſmicam, Francofurti 1649. f.* Belgice verſum eſt ſub titulo: *Wereld-Spiegel der Ryken en Staten, Amſterdam 1621. f.* HERMANNVS CONRINGIVS in ſcholis priuatis diſſeruerat *de præcipuis Rebuspublicis*, quæ deinde viuo quidem, ſed inuito auctore, ſub titulo *Theſauri Rerumpublicarum* euulgauit PHILIPPVS ANDREAS OLDENBVRGERVS, *Geneuæ 1674. 8.* quinque Tomis. Verum *Oldenburgerus* multa ſine iudicio interpolauit, quippe vtilia miſcet noxiis & non neceſſariis, multa quoque ex Linda deſumſit ſed prolixius deduxit. Strauchii diſſertationes exotericas ſæpius exſcripſit, alias cum iudicio legendus. Conringius poſtea publicauit ſingularem admonitionem de hoc theſauro, & ingens illud Oldenburgeri plagium ſingulis ante oculos poſuit. Præſtantiſſimum hodie opus eſt FRIDERICH LEVTHOLFS VON FRANCKENBERG *Europæiſcher Herold, Francfurt 1689. f.* Verus, qui ſub hoc nomine auctor latet, eſt BERNHARDVS ZECHIVS, qui multa cura atque eruditione non ſolum prolixiorem Germaniæ hiſtoriam & familiarum in eadem illuſtrium, ſed etiam reliquorum in Europa regnorum, Statuum & Rerumpublicarum accuratiſſime exponit, ita vt ſingulis in hoc genere merito præ-

præferri debeat. Vnicum ſaltim dee..., adlegata ſcriptorum, vt de ſingulis fides ſit certior. Aeſtimanda tamen eſt appendix, in quam varia acta publica, hiſtoriam confirmantia fuerunt inſerta. Altera Editio a perilluſtri auctore, reuiſa, & in quibusdam doctrinis circa iura inprimis electorum mutata & hinc inde inſigniter aucta, edita eſt *Leipzig* 1705. f. 2. Voll. quæ iam facta eſt rarior. In hac noua Editione documenta quædam prioris, omiſſa. IOANNES quoque VLRICVS PREGITZERVS ſcripſit *Teutſchen Regierungs- und Ehren-Spiegel*, *Berolini* 1703. f. in cuius parte priore ſtatum primum Germaniæ & in ea diuerſorum Nobilitatis graduum exponit, ſimul etiam integram Germaniæ hiſtoriam variorumque Principatuum, origines ac viciſſitudines. Altera vero familiæ Hohenzolleranæ ortum atque incrementa illuſtrauit.

§. III.

Progredimur ad Scriptores Geographicos. Conſilia varia de hiſtoria Geographiæ conſcribenda, deque Societate Geographica inſtituenda aperuit EBERHARDVS DAVID HAVBERVS libello germanico tui titulum dedit *Gedancken und Vorſchlæge Wolffenbüttelii 1730. 8.* cui iungendus alias *Eiusdem* libellus *Nützlicher Diſcours von dem gegenwärtigen Zuſtand der Geographie beſonders in Teutſchland*, *Vlm* 1727. 8. Inter Scriptores primo loco conſiderandi ſunt *fontes*, ex quibus ſua hauſerunt reliqui. Præcipuos inter Græcorum Geographos eſt PTOLEMAEVS, cuius *libri VIII. Geographiæ*, græce & latine cum tabulis geographicis per *Gerardum Mercatorem & Petrum Montanum* prodierunt *Amſtelodami 1605. f.* Diuerſimode poſtea fuerunt editi, ſed optima eſt editio *Petri Bertii*, qui Ptolemæi libros tomo primo Theatri Geographici inſeruit, *Amſtelodami 1618. f.* Ex hoc

 autem

autem non ſolum generalis notitia Geographiæ adquiritur, ſed etiam ſpecialis ſitus prouinciarum & vrbium. Alter eſt STRABO Amaſenus, qui XVII. Rerum Geographicarum libros ſcripſit, quique ex verſione Guilielmi Xylandri cum commentario *Iſaaci Caſauboni* prodierunt *Geneuæ 1587. f.* & cum Caſauboni verſione atque Friderici Morelli obſeruationibus, *Pariſiis 1620. f.* & curis THEODORI IANSSONII *ab* ALMELOVEEN cum doctiſſimorum virorum notis, *Amſtelodami 1707. f.* Hic certe præcipuus eſt, qui non in nuda ſolum vrbium recenſione perſiſtit, ſed etiam populorum deſcriptione, migrationibus, diuiſionibus atque memorabilibus aliis multus eſt, licet etiam ipſe a Megaſthene aliisque fuerit deceptus. De *Strabone* conferenda omnino: V. C. GEORGII MARTINI RAIDELII *Commentatio critico-literaria de Cl. Ptolomæi Geographia eius Codicibus tam MSCtis, quam typis expreſſis*, *Norimbergæ 1737. 4. Straboni* iungenda ſunt STEPHANI BYZANTINI *fragmenta de urbibus*, quæ varie prodierunt, ſed cum noua latina interpretatione & adnotationibus primum edidit *Thomas de Pinedo*, *Amſtelodami 1678. f.* Inde *Abrahamus Berckelius* eadem cum variis codicibus contulit, varieque caſtigauit: cum vero ob obitum præmaturum vltimam manum adhibere non potuiſſet, *Iacobus Gronouius* illud egit, atque cum ſuis & Berckelii notis edidit *Lugduni Batauorum 1688. f.* quæ editio eſt præſtantiſſima. LVCAE HOLSTENII *Notæ & Caſtigationes poſtumæ in* STEPHANI BYZANTINI ἐθνικὰ *a Theodorico Ryckio* ſunt edita, *Lugduni Batau. 1684. f.* Antea iamdum idem Gronouius ſeparatim ediderat STEPHANI *fragmentum de Dodone* cum triplici latina verſione & academicis exercitationibus, *Lugduni Batauorum 1681. 4.* Multa quoque orbis antiqui notitia hau-

ritur

ritur ex DIONYSII *deſcriptione orbis*, quæ cum *Euſtathii* hypomnematis, ampliſſimoque *Guilielmi Hilli* commentario & tabulis geographicis prodiit *Londini 1688. 8.* Hunc tamen excipit alia recentior, quæ cum veterum ſcholiis antea ineditis, & Euſtathii commentariis, omiſſis tamen Hilli commentariis prodiit *Oxoniæ 1697. 8.* ex theatro Sheldoniano. Addendi quoque ſunt *Geographiæ Veteris Scriptores Græci minores*, ſcilicet MARCIANVS Heracleota, SCYLAX Caryandenſis, ARTEMIDORVS Epheſius, DICAEARCHVS Meſſenius, ISIDORVS Characenus, quos coniunctim græce edidit *Dauid Hæſchelius, Auguſtæ Vindelicorum 1600. 8.* Sed denuo hoſce recenſuit IOANNES HVDSONVS, qui eosdem Geographos Græcos minores cum interpretatione latina, diſſertationibus ſuis & HENRICI DODWELLI 1703. 1712. atque adnotationibus edidit *Oxoniæ* ex theatro Scheldoniano emendate & nitide 8. *1698. IV. Voll.* Primo quidem Volumine continentur Scriptores περίπλων, quos etiam pro ætatis ratione atque ordine congeſſit. Primum eſſe voluit HANNONEM, quem cum Abrahami Berckelii & Samuelis Bocharti animaduerſionibus recudi fecit. Subiecit SCYLACEM cum illuſtrationibus & caſtigationibus Iſaaci Voſſii & Iacobi Gronouii. Huic ſubiunxit AGATHARCHIDEM ex Photii bibliotheca deſcriptum atque a Laurentio Rhodomanno verſum. Agatharchidi ſubdidit ARRIANI Periplum Ponti Euxini, itemque alterum maris Erythræi cum notis Guilielmi Stuckii & Nicolai Blancardi. Acceſſit NEARCHI PERIPLVS ex Arriani Indicis delibatus atque a Bonauentura Vulcanio verſus. Huic poſtpoſitus eſt MARCIANVS Heracleota cum ARTEMIDORI Epheſii & MENIPPI Pergameni fragmentis. Tandem concludit *Anonymi Periplus Ponti Euxini.*

Non denegandum tamen, ſcriptores hoſce, licet antiquiores, mendis tamen non carere, quod partim ipſorum inſcitiæ, partim etiam vitio librariorum, qui nomina populorum atque vrbium corruperunt, eſt adſcribendum. Addatur his DIONYSII περιήγησις, *ſeu Deſcriptio Orbis Terræ* cum PRISCIANI *Periegeſi* & Notis ANDREAE PAPII *Oxonii 1697. 8.* atque *Tomo IV. Scriptor. Geograph. Vet.* cum *Dodwelli* Diſſ. *de ætate Dionyſii.*

§. IV.

Alii ex antiquis ſunt latini. PLINIVS inter hos præcipuus eſt, cuius *Hiſtoria naturalis*, phyſica, medica, antiquaria & Geographica continet. Eius editiones ſunt variæ, ſed præſtant reliquis illa, quæ ex officina Hackiana prodiit *Lugduni Batauorum 1669. 8.* quæ etiam notas Dalechampii continet atque alia, quam cum notis edidit in vſum Delphini *Ioannes Harduinus*, *Pariſiis 1685. 4.* ad quam MSto Coſſartii potiſſimum vſus, ex quo pleraque hauſit. Aeſtimanda præcipue eſt ob textum emendatiſſimum, quem cum accuratiſſimis MSCtis contulit. Recuſa hæc inſignis Editio *Pariſiis 1723. f. 2. Voll.* atque in adornanda noua occupatus inſignis noſtra ætate orator IO. MATTHIAS GESNERVS. Eundem in epitomen redegit CAIVS IVLIVS SOLINVS, qui *Polybiſtorem* edidit diuerſis vicibus editum. Sed accuratiſſima eſt editio, quam CLAVDIVS SALMASIVS procurauit cum prolixo commentario, quem inſcripſit *Exercitationes Plinianæ*, *Pariſiis 1629. f.* Hic autem quem adiecit Commentarius, Plinium cum Solino confert, & in vtriusque loca difficiliora facit. Obſeruationes autem potiſſimum ſunt criticæ, in quibus

bus diuagatur nimium Salmaſius, ita vt omnem locorum communium theſaurum exhauſiſſe videatur. Recentior atque emendatior editio prodiit *Vltraiecti 1689. f.* Acceſſerunt huic editioni *de homonymis Hyles Iatricæ* exercitationes antehac ineditæ, nec non de Manna & Sacharo. Alter ex antiquis eſt POMPONIVS MELA, in geographicis haut minimus de *Situ Orbis*, qui cum Notis *variorum* editus *Lugd. Bat. 1646. 12.* & quam doctiſſimis notis illuſtrauit *Iſaacus Voſſius*, *Hagæ Comitum 1658. & 1668. 4.* atque *Eiusd. Appendix Obſeruationum ad Pomponium* MELAM *Londini 1686. 4.* Hunc ſecutus eſt *Iacobus Gronouius*, qui eiusdem *Melæ* librum de *ſitu Orbis*, ſuppreſſo tamen nomine edidit *Lugduni Batauorum 1685. 8.* atque curante *Abrahamo Gronouio*, *Lugduni Bat. 1722. 8. mai.* Acceſſerunt IVLII HONORII Oratoris *Excerpta Coſmographiæ*, ex MSCtis primum edita. *Coſmographia*, quæ falſo AETHICVM auctorem prætulerat, variis lectionibus ex MSCtis illuſtrata. Hic autem in notis Voſſium ſæpius caſtigauit. Huic tamen Voſſius *in appendice obſeruationum ad Melam*, *Londini 1686. 4.* euulgatis reſpondit. Multam lucem Geographiæ veteri adfundunt: *Vetera Romanorum Itineraria*, ſiue *Antonini Auguſti Itinerarium*, *cum integris* IOS. SIMLERI. HIERONYMI SVRITAE & ANDREAE SCHOTTI, *Notis*; *Itinerarium Hieroſolymitanum*; & HIEROCLIS *Grammatici Synecdemus* curante PETRO WESSELINGIO, qui & ſuas addidit Annotationes, *Amſtelodami 1735. 4. mai.* prodierant alias *Coloniæ 1600. 8.* & ANTONINI *Iter Britanniarum* cum THOMAE GALE *Commentariis* & ANONYMI RAVENNATIS *Britanniæ Chorographia Londini 1709. 4.* RAVENNAS vero ille ANONYMVS, qui de *Geographia Libros V.* ſcripſit, editus primum cura PLACIDI PORCHE-

RON *Pariſiis 1688. 8.* atque in POMPONII MELAE Editione *Gronouiana L. B. 1696. 8.*

§. V.

Geographiam porro *antiquiorem* deſcripſerunt alii ex recentioribus. Inter hoſce olim præ ceteris æſtimabatur PETRI BERTII *Theatrum Geographiæ Veteris*, quod continet CLAVDII PTOLEMAEI *de Geographia libros VIII. græce & latine*, & tabularum *Ptolemaicarum* delineationem, cum adnotationibus *Gerhardi Mercatoris.* ANTONINI Imperatoris *Itineraria duo & prouinciarum Romanarum libellum. Indiculum ciuitatum & prouinciarum Gallicarum, Itinerarium a Burdigala Hieroſolymam vsque.* TABVLAS PEVTINGERIANAS *atque Abrahami Ortelii Tabulas Geographicas, Amſtelodami 1619. f.* ABRAHAMI ORTELII habemus *Theatrum Orbis Terrarum* ſeu veteris Geographiæ tabulas breuibus commentariis illuſtratas, *Antwerpiæ 1592. f.* ſed auctior atque emendatior eſt editio *B. Moretti, Antwerpiæ 1624. f.* Idem quoque ORTELIVS ſcripſit *Theſaurum Geographicum, Antwerpiæ 1624. 4.* in quo ordine alphabetico vrbes atque populos explicat. IOANNIS ANTONII MAGINI *Geographia vetus & noua* prodiit *Arnhemi 1617. 4.* ſed hodie non multi vſus. PHILIPPVS BRIETIVS edidit *Parallela Geographiæ Veteris & nouæ, Pariſiis 1649. 4. 3. Voll.* Ad vtramque & veterem & recentiorem Geographiam faciunt PHILIPPI FERRARII *Lexicon Geographicum*, quod pro ordine alphabetico digeſtum longe auctius edidit MICHAEL ANTONIVS BAVDRAND, *Pariſiis 1670. f.* Sed longe plenior atque emendatior eſt editio quæ prodiit *Venetiis 1677. & Iſenaci 1677. f.* Acceſſerunt etiam DOMINICI MAGNI *appendices* atque in has *Baudrandi* notæ. Poſt quinquennium denuo auctius produit *Pariſiis 1682. f.* In hac editione

tione non ſolum multa augmenta textui ſunt inſerta, ſed etiam acceſſit indiculus Epiſcopatuum & Ciuitatum Imperialium, etiam index Geographorum veterum & recentiorum. Nouiſſima Editio *Venetiis 1738. f.* prodiit *Gallice* edita, ſub titulo: *Le Dictionaire Geographique de Mr.* BAVDRAND, *Amſterdam 1702. 4.* & *Dictionaire Geographique de* Mr. BAVDRAND, auctius quidem. GVILIELMVS SANSONVS *in Geographiam antiquam Baudrandi disquiſitiones Geoprapbicas* dedit *Pariſiis 1683. 12.* Sed præcipue commendanda eſt cura CHRISTOPHORI CELLARII, cuius *Notitia orbis antiqui* prodiit *Lipſiæ* Tomus I. 1702. & Tomus II. *ibid. 1706. 4. mai. Cantabrigiæ 1703. 2. Voll.* & ex ſecunda *Lipſienſi Editione* Tomus I. 1731. Tomus II. 1732. 4. quam Annotationibus varii generis partim e ſcriptis veterum, partim e recentiorum obſervationibus illuſtrauit & auxit V. C. *Ioannes Conradus Schwarz.* Pleniorem hæc continet geographiam ab ortu Rerumpublicarum ad Conſtantinorum tempora, quam non ex Scriptoribus ſolum ſed etiam ex vetuſtis probatisque monimentis collegit, atque nouis tabulis geographicis ſingulari cura & ſtudio delineatis illuſtrauit. Præſtantiſſimum eſt Opus, in quo ipſos antiquorum næuos iuſtiſſime emendauit, accuratiſſimas adnexit tabulas Geographicas, vt ſingulis aliis ob eruditionem iuſtamque tractandi rationem ſuo merito ſit præferendum. Sed cum prima hæc pars, quæ proſtat, Europam ſaltim complectatur, in altero Tomo Aſiam atque Africam eadem methodo complecti voluit. Imo etiam mediæ & nouiſſimæ Geographiæ pleniorem deſcriptionem promiſit, quæ tamen ſingula adhuc expectamus. IOANNES HARDVINVS ſpeciali tractatu *Nummos antiquos populorum atque vrbium*, illuſtrauit, qui tracta-

tractatus prodiit *Pariſiis 1684. 4.* atque indicis inſtar in hoc genere haberi poteſt, in quo quemlibet populum & quamlibet vrbem ſerie alphabetica inuenire licet, addito cuiusque ſitu & inſcriptione nummorum ab ea percuſſorum: adiecit vltimo loco nummos quosdam addendos, vti ipſe vocat, quos ex Ligorii MSCtis excerpſerat. Sed licet multam induſtriam adhibuerit Harduinus, varios tamen in eodem næuos animaduertere licebit, quorum etiam plures in eodem notauit IOANNES VAILLANTIVS de *Numiſmatibus æreis Imperatorum in coloniis, municipiis & vrbibus cuſorum, Pariſiis 1695. f.* Reſpondet tamen Harduinus in *antirrethico de nummis antiquis coloniarum & municipiorum, Pariſiis 1689. 4.* qui Vaillantium potiſſimum tangit, quod obſeruationibus vbique obuiis & minus vtilibus opus ſuum compleuerit. Meditatus quidem *Vaillantius* fuit reſponſionem, ſed iſta lucem non vidit. Reliquos qui *Germaniæ, Galliæ*, vel *aliarum Terrarum Geographiam* antiquam deſcripſerunt, ſuperius iamdum ſuis locis inſeruimus. Vnicum hic adducere liceat HADRIANVM VALESIVM in *notitia Galliarum, Pariſiis 1675. f.* qui non ad Galliæ ſolum ſed omnem etiam Geographiæ mediæ notitiam facit egregie.

§. VI.

In *Geographia recentiori* non tam dicemus de Scriptoribus illis, qui *generalem Geographiæ* partem tractarunt, cum iſti potius ad *Mathematicam* Bibliothecam ſint referendi, nec tamen plane omittere poſſum I. BAPTISTAE RICCIOLI *Geographiæ & Hydrographiæ reformatæ Libros XII. Bononiæ 1661. f.* auctos & recognitos *Venetiis 1672. f.* De iis tamen potius, qui ſpecialem terrarum Geographiam

phiam expoſuerunt, qui deſcripſerunt prouincias & vrbes harumque memorabilia, commemorabimus. Præter ſupra iamdum indicatos, *Ortelium, Maginum & Brietium*, annotamus: PAVLI MERVLAE *Geographiæ generalis Libros III.* item *Geographiæ Specialis Libros IV.* quibus Europa in genere ſpeciatimque Hiſpania, Gallia, Italia deſcribuntur, *Amſtelodami 1621. f.* NICOLAVS SANSON gallico ſermone edidit *Introduction à la Geographie, Pariſiis 1689. 12. Vltraiecti 1692. 12. & Amſtelodami 1700. 4.* in qua non ſolum Geographiam naturalem ſed etiam hiſtoricam conſiderat atque æſtimatur alias. Germanice prodiit *Francofurti 1679. 4.* ALAIN MANESSON MALLET *Deſcription de l'univers, Paris 1683. 8. 5. Voll.* qua non ſolum ſitum generalem, ſed etiam vrbes, Principes, mores, titulos, inſignia atque ſimilia ſed non ſatis accurate deſcribit & *germanice Francofurti 1686. 4.* Sæpius diuagatur & in rebus germanicis plurimum aberrat. *Geographie univerſelle du Sr. de* CROIX, *Lyon 1705. 12. 5. Voll.* interprete *Hieronymo Dicelio, germanice* prodiit *Leipzig 1647. 4.* ſed non eſt accurata. Compendium ſaltim eſt Geographiæ *Le Monde* du VAL, *Paris 12. 2. Voll.* in quo vrbes præcipuas tantum videmus deſcriptas. Præſtat multum *Geographie nouvelle* par *Mr.* MARTINEAV, *Amſterdam 1700. 12. 3. Voll.* IOANNIS LVYTS *Introductio ad Geographiam* prodiit *Vltraiecti 1692. 4.* tractat in eadem non ſolum de generalibus Geographiæ, ſed etiam particulares regiones deſcripſit breuiter, & mappas Geographicas Sanſonis adiecit. Verum ob has magis eſt æſtimandus, licet minutiores ſint, quam ob deſcriptionem quæ plena eſt errationum. AVDIFFERET ſcripſit *Geographie ancienne, moderne & Hiſtorique*, cuius Tomus prior prodiit *Pariſiis 1689. 4.* Hic autem præter

ter generalia, partem Septentrionalem Europæ deſcribit, Angliam, Scotiam, Hiberniam, Daniam, Sueciam, Norwegiam, Poloniam & Moſcoviam. Certe, nihil omiſit, quod ad iuſtam Geographiæ rationem poterit inſeruire, ita vt originem regnorum, naturam incolarum, mores, diverſas reuolutiones, terminos, vrbes, harumque memorabilia deſcribat, ad quæ potiſſimum itinerariis diuerſis fuit vſus. Alter Tomus prodiit *Pariſiis 1691. 4.* atque continet deſcriptionem Belgii, Heluetiæ & Sabaudiæ. Recuſa apud *Batauos 1694. 12. 3. Voll.* Celebris ille Venetorum Coſmographus CORONELLVS, ante annos aliquot edidit *Atlantem Venetum, Venetiis 1691. f.* qui continet deſcriptionem Geographicam, Hiſtoriam ſacram, profanam & politicam Imperiorum, Regnorum, Prouinciarum & Statuum totius vniuerſi. Adiecit etiam compendioſam nauigationum duobus abhinc ſeculis inſtitutarum narrationem. Atque æſtimatur potiſſimum ob mappas Geographicas. In gratiam Italorum FRANCISCVS de SEINE *Tabulas Sanſonianas* cum breui deſcriptione in italicum ſermonem tranſtulit, *Romæ 1690. f.*

§. VII.

Nec omittendi ſunt Scriptores illi, qui nobis compendia Geographica dederunt. Inter antiquiores minime negligenda eſt MICHAELIS NEANDRI *orbis terræ ſuccincta explicatio, Lipſiæ 1597. 8.* Hæc autem non tam commendanda eſt ob terræ deſcriptionem, ſed quod in vrbium recenſione multas habeat circumſtantias particulares de viris claris, exinde oriundis. Alia antiqua compendia vix recenſeri merentur. Inter recentiora habemus PHILIPPI CLVVERI *Introductionem in vniuerſam geographiam tam veterem quam nouam*, quæ ſtudio *Ioannis Bunonis* prodiit *Guelferbyti*

byti 1661. 4. ſed emendatior editio cura *Ioannis Reiskii* prodiit *Guelferbyti 1694. 4. Londini 1711. 4.* cum tabulis perelegantibus & edita denuo *Amſtelodami* cum notis variorum multisque acceſſionibus, curante *A. Bruzen de la Martiniere, Amſtelod. 1724.* Diutius æſtimabatur hoc opus, dum aliud non eſſet, quod ad vſum quotidianum faceret. Multis tamen næuis in vtraque, tum antiquiori tum recentiori geographia eſt refertum. Huius compendium edidit FRIDERICVS HILDEBRANDVS, *Lipſiæ 1675. 12.* quod tamen breue & leue eſt. CHRISTOPHORI CELLARII *Geographia antiqua iuxta & noua*, quæ recuſa eſt *Citzæ 1687. 12.* reliquis eſt ordinatior, atque iuſtum præbet compendium. IOANNIS HÜBNERI *kurtze Fragen aus der neuen und alten Geographie, Lipſiæ a. 1693.* primum cum præfat. *C. Weiſii* non incongruum quidem ſcriptum eſt, eo quod prouincias vbique diſtinguit, ſed in locis & terminis regionum deſignandis ſæpius fuit lapſus. Sæpius autem ex ſubmiſſis vndique obſeruationibus emendatum plusquam quadragies mille eius exempla in ſola Germania diſtracta, in *Belgicam* a *Nicolao ten Hoorn*, *Anglicam* & *Gallicam* linguam translatum. Verſio *Gallica: Abregé de la vieille & nouvelle Geographie* &c. edit. *a Leide 1729. 8. mai. 2. Tom.* Multis nominibus ſe commendat inprimis vero deſcriptione Germaniæ per Circulos, legibus adprobata, & notatione, vrbium, caſtrorum, locorum in hiſtoria maxime celebrium V. C. IOA. DAVIDIS KÖHLERI *Anleitung zu der verbeßerten neuen Geographie, vornehmlich zum Gebrauch der Weigeliſchen Land-Charten, Nürnberg 1724. 12.* Iungi cupidis poteſt *la Geographie moderne, naturelle, hiſtorique dans une Methode nouvelle & aiſee*

aiſee par ABRAHAM *du* BOIS, *à Leide 1729. 4.* IV. Tom. qui errores multos Geographorum ex relationibus hominum fide dignorum, qui itinera fecerunt, emendauit. Amoenior redditur Geographiæ tractatio, additis curioſis obſeruationibus hiſtorico-politicis, qualem methodum adhibitam videmus in *Geographie hiſtorique, ou deſcription de l'Vnivers par de la* FOREST *de* BOVRGON, *à Paris 1705. & 1706. 8.* FRIDERICH GLADOVS *Einleitung in die neueſte Geographie und zu denen Staaten in allen vier Welttheilen, Leipzig 1716. 12.* IOANNIS CONRADI ARNOLDI *Gründliche und nach denen neueſten Friedens-Schlüſſen neueingerichtete hiſtoriſche und politiſche Geographie, Gieſſen 1718. 8.* Multi iuuenibus vſus eſt IOANNIS HVBNERI iunioris, *Vollſtændige Geographie*, quæ ex ſecunda editione prodiit *Hamburgi 1733. 8.* 3. Voll. qua varia notabilia ex notitia Rerumpublicarum & ſingularibus vrbium & nationum diligenter & curioſe collegit, vt tractationem Geographiæ ſteriliorem, amœniorem redderet. Supplementa quædam dant PETRI AMBROSII LEHMANNI *vornehmſten Europæiſchen Reyſen, wie ſolche durch Teutſchland, Franckreich, Italien, Dænnemarck und Schweden anzuſtellen, und was an ieden Orten remarquables zu ſehen, welchen eine accurate Poſt- und Boten-Charte beygefüget, Hamburg 1703. 12.* quod ſcriptum peregrinantibus non inutile. Mapparum Geographicarum notitiam dant IO. G. GREGORII *alias Meliſſantes* dictus *in Curieuſen Gedancken von alt- und neuen Land-Charten*, & maiori apparatu IOANNES HÜBNERVS in *Muſeo Geographico* d. i. *Verzeichniß der beſten Land-Charten, ſo in Teutſchland, Franckreich und Holland von den beſten Künſtlern geſtochen worden, Hamburg 1726. 8.* Conf. EBERHARDI DAVIDIS

HAV-

HAVBERI *Verſuch einer umſtændlichen Hiſtorie von Land-Charten &c. Vlmæ 1724. 8.*

§. VIII.

Rerum Geographicarum notitia, ſuppletur egregie, ex ſcriptis a viris cordatis prudentibusque diuerſis Itinerum ſuorum vel aliórum relationibus, quas ſupra quidem iamdum ſub ſuis terris, Regnisque inter Chorographicos Scriptores laudauimus hic non repetendos cum Lectorum tædio. Annotabimus tamen quædam in quibus cum obſeruationibus politicis & literariæ occurrunt nimirum MONCONNYSII *Itinerarium* gallico ſermone prodiit *Lugduni 1665. 4.* poſt a Chriſtiano Iunckero in germanicum idioma translatum prodiit *Auguſtæ 1696. 4.* atque hiſtoriam Orientis potiſſimum deſcribit & varias obſeruationes phyſicas, mathematicas & chymicas continet, quas in itinere annotauit. IOANNIS MABILLONII *Muſeum Italicum, Pariſiis 1687. 4.* 2. Voll. eiusque *Iter Germanicum*, a B. *Ioa. Alberto Fabricio* ſingillatim cum Launoii Libro de *Scholis Pariſienſibus* celebribus; illatum & *Th. Ruinarti Iter Alſaticum in Opuſc. Poſtu.* MABILLONII. Similis inſtituti: *Voyage literaire des deux Religieux Benedictins de la Congregation de St. Maur, Paris 1717. 4. & Seconde Voyage literaire,* edita *à Paris* 1724. 4. quibus curioſi hi Monachi, varias inſcriptiones, Epitaphia, antiquitates, ritus monachales, monumenta inedita diligenter collegerunt & obſeruarunt. BERNHARDI MONTFAVCONI *Diarium Italicum* quod *Pariſiis 1702. 4.* prodiit, elegantiſſimum eſt, & non vrbes ſolum atque locorum ſitum, ſed etiam bibliothecas Italiæ deſcribit. Sic etiam IACOBI TOLLII æſtimandæ ſunt *Epiſtolæ Itinerariæ*, quas poſt mortem ipſius edidit *Henricus Chriſtianus Henninius, Amſtelodami 1700. 4.* qui etiam notas addidit haud ineleganes.

Deſcribuntur autem in hiſce epiſtolis varia, quæ ad Germaniæ & Hungariæ Geographiam faciunt.

§. IX.

Aliqua notitia quoque hauritur ex *Nouellis Hiſtoricis* curate & fideliter ſcriptis, ex quibus *Geographia* vel illuſtretur vel emendetur. AHASVERVS FRITSCHIVS primum *de Nouellarum vſu & abuſu* fuit commentatus, *Ienæ 1676. 4.* Ad lectionem Nouellarum introducit IOANNIS PETRI LVDOVICI *diſcours vom Gebrauch und Mißbrauch der Zeitungen, Halle 1700. 8.* Nec minus æſtimandus eſt CHRISTIANI WEISII libellus *de lectione Nouellarum, & Genealogia Comitum Leiningenſium, Weiſſenfelſæ 1677. 4.* Hoc ſcriptum poſtea in germanicum idioma tranſtulit *Chriſtianus Iunckerus* ſub titulo: *Curieuſe Gedancken von den Nouvellen oder Zeitungen, Francofurti 1703. 12.* Hoc libello non ſolum introducit in Nouellarum lectionem ſed etiam epitomen Nouellarum comprehendit ab anno 1660. vsque ad 1702. & brevem tum geographiæ tum genealogiæ præcipuarum Germaniæ familiarum illuſtrium ideam adnectit. Acceſſit etiam Lexicon Nouellarum, quo præcipui termini peregrini breuiter explicantur. Nec male hic adduntur PETRI AMBROSII LEHMANNI *Hiſtoriſche Remarques der neueſten Sachen in Europa,* quæ *Hamburgi* primum prodierunt *1699. 4.* atque ad annum vsque 1705. continuatæ ſingulis hebdomadibus edita plagula. Diſcurſus ſunt in res nouiſſimas, quibus etiam varii nummi Germaniæ explicantur, genealogica enodantur, atque hiſtorica explicantur egregie.

§. X.

Inſigne Hiſtoriæ adminiculum eſt *Chronologia*, quæ vel *phyſica* dicitur, & temporis ſupputationem conſiderat: alia *hiſtorica*, quæ annorum ratio-

rationem in legenda ſcribendaue hiſtoria habet. Inter antiquiſſimos Chriſtianorum Chronologos eſt IVLIVS AFRICANVS, cuius vero non niſi fragmenta ſuperſunt, quæ ſeruarunt Syncellus atque Euſebius. Præcipuum quod habemus EVSEBII *Chronicon* eſt, a *Ioſepho Scaligero* editum *Amſtelodami 1658. f.* de quo iamdum capite octauo §. II. fuit dictum. Ipſe quoque inſigne aliud *Opus de Emendatione temporum* ſcripſit *Pariſiis 1583. f.* quod vero poſtea auctius longe atque emendatius edidit *Lugduni Batauorum 1598. f.* & *Geneuæ 1619. f.* quo viam aperuit ad accuratiorem Chronologiæ rationem. Egregie non minus commentatus eſt AEGIDIVS BVCHERIVS de *Doctrina temporum ſ. Commentario in Victor. Aquitanum aliosque antiquorum Canonum Paſchalium Scriptores*, *Antwerpiæ 1664. f.* Vulgares Scriptores Chronologici ſunt: IOANNES FVNCCIVS, cuius *Chronologia* edita *Wittebergæ 1570. f.* GERHARDVS MERCATOR ſcripſit *Chronologiam*, *ſ. temporum demonſtrationem Coloniæ 1568. f.* ABRAHAMVS BVCHOLTZERVS *Chronologiam*, *Geneuæ 1594. 8.* & *indicem chronologicum*, *Francofurti 1616. 8.* Inter antiquiores ex antiquitate æſtimandus omnino eſt SETHVS CALVISIVS in *Chronologia* ſua, *Francofurti ad Mœnum 1650. f.* & *1685.* qui primus inter Chronologos nugari deſiit. Elaborarunt in hoc argumento porro: PANTALEON CANDIDVS *Annalibus ſeu Tabulis Chronologicis vsque ad an. 1602. Argentorati 1602. 4.* IOA. GEORGII HERWARTI *Chronologia*, *Manachii 1612. 4.* VBBONIS EMMII *Opus Chronologicum nouum*, *Grœningæ 1619. f.* HENRICI GVTHBERLETI *Chronologia*, *Amſtelodami 1657. 8.* & IOA. BAPTISTAE RICCIOLI *Chronologia reformata*, *Bonnoiæ 1669. f.* ROBERTI BAYLII *opus hiſtoricum & chronologicum Amſtelodami 1662. f.* PHILIPPI LABBEI & BRIETII *Concordia Chronologica*,

 Pari-

Pariſiis 1670. f. 5. Voll. ſplendide excuſa. Qui omnes & virtutes ſuas & næuos habent, ſed non omnes hic locus capit. Accuratiores ſunt IOANNIS MARSHAMI *Canon Chronicus*, *Aegyptiacus*, *Ebraicus*, *Graecus*, *Londini 1672. f. & Lipſiæ 1676. 4. & Franeckeræ 1696. 4.* ac præcipue DIONYSII PETAVII Opus *de Doctrina Temporum*, *Pariſiis 1627. f.* nuper recuſum *Amſtelodami* apud Huguetanos *1703. f.* duobus Tomis, quod merito reliquis omnibus palmam præripit atque accuratiſſimum eſt. Huius epitome eſt *Rationarium Temporum*, *Pariſiis 1630. 8.* editum, & poſtea varie recuſum, quod non ob hiſtoriam ſolum, ſed etiam geographiam eſt æſtimandum. Optima ex recentioribus Editio, quæ *Lugduni Batauor. 1710. 8. mai.* edita, nummis & figuris æneis ornata, cui acceſſit Supplementum, quo hiſtoria ad a. 1709. continuata, vt & Tabulæ Genealogicæ & Geographicæ, vtræque veteris recentisque temporis, denique Indices longe auctiores additi. Comitis CAMILLI *de* SYLVESTRIS *Chronologia in Tres Partes diuiſa, italice* ſcripta, poſt mortem auctoris *latine* verſa curante Filio *Carolo* prodiit *Lipſiæ 1726. 4.* Inter maiora opera Chronologica hodie inſigne accuratisſimumque eſt *Chronologie de l'Hiſtoire Sainte*, par ALPHONSE VIGNOLE, virum & ſenili ætate & ſolidiſſima doctrina commemorabilem, qua Chronologiam Hiſtoriæ ſacræ & profanæ ab Exitu Iſraelitarum ex Aegypto vsque ad Captiuitatem Babylonicam, exaſciato labore exhibuit, atque obſcuriſſimas res mira perſpicuitate propoſuit, multis Sacræ Scripturæ locis & veteribus ſcriptoribus, eximiam plane lucem attulit, Tomi Duo, *Berolini 1738. 4. mai.* Inter tabulas Chronologicas, quæ hiſtoriæ ſunt innectendæ, habemus MARCI ZVERII BOXHORNII *Chronologiam ſacram & profanam*, quæ cura

cura *Ioannis Andreæ Boſii* emendatior prodiit *Francofurti 1660. f.* Sed quæ vlterius continuatæ, CHRISTOPHORI SCHRADERI *Tabulæ Chronologicæ* maxime ſunt æſtimandæ *Helmſtadii 1760. f.* quæ & in forma octaua editæ & ad recentiora tempora 1719. continuatæ.

§. XI.

Progredimur ad Scriptores *Genealogicos* potiores, qui cum hiſtoricis ſunt iungendi. *Bibliothecam Geneologicam* multa cura germanico ſermone ſtudioſiſſime collegit ſub titulo: *Verzeichniß aller alten und neuen Genealogiſchen Bücher* IOANNES HÜBNERVS iunior, *Hamburgi 1729. 8.* & ſimul vitas auctorum breuiter narrauit. Inter antiquiores æſtimanda venit REINERI REINECCII *Hiſtoria Iulia*, ab Academia Iulia Helmſtadienſi, vbi congeſta, ſic appellata, ſiue *Syntagma Heroicum*, *Helmſtadii 1594. 1597. f.* tribus Tomis, quæ cum ab exteris cupide ſit coemta, rarior eſt in patria. Opus ſane inſigne, in quo familias illuſtres priorum monarchiarum, ſiue regias, ſiue principales & heroum perſequitur & accurate deducit, ita vt ad explicationem veterum hiſtoriarum, nummorumque optime faciat. In tertia autem Monarchia ſubſtitit: quartam abſolvere conantem mors prævenit. Ex hoc multa deſumſit & in *Theatrum Genealogicum* tranſtulit HIERONYMVS HENNINGES, quod *Magdeburgi 1566. 1598. f.* alii Tomi alios annos præferunt, nam ſæpe forte ſunt mutati, prodiit Voluminibus *quinque*, & ſi auctoris *Genealogias Saxoniæ* coniungas *Vlyſſeæ 1587. f. mai* editas, *ſex.* Collector operis vaſti oeconomiam eius in Quatuor Tomos partitus, quæ in quinque Volumina digeruntur, ſed non in omnibus exemplis eadem & ligatura. Plerumque *Tomus I. II. & III.* qui ſervant *Genealogias* trium Monarchiarum antiquarum vnum Volumen faciunt, quartus vero Tomus

Genealogias Quartæ Monarchiæ ſiſtens *quatuor* exhibet *volumina*, ita plerumque diſtincta, vt vno Volumine *Italiæ*, altero *ſecundi & tertii Regni Pars altera* & tertio *Germaniæ*, quarto ſ. in *Quarti Tomi parte poſtrema, aut Volumine quinto Hiſpaniæ, Angliæ, Hungariæ & Regnorum Septentrionalium Genealogiæ* exhibeantur. Sed & præter *Genealogias Saxonicas*, cuncta *duobus ſpiſſis* Voluminibus congeſta vidi. Raro integra reperiuntur volumina ideo ſumtuoſum eſt, atque etiam ſuas laudes habet, eo quod in genealogiis locupletiſſimum Opus ſit, in quo non Regum ſolum & Principum, ſed etiam Comitum aliorumque illuſtrium genealogias videmus adductas, easdemque vel antiquiores priorum monarchiarum, vel recentiores vsque ad ſua tempora, additis etiam inſignibus. Sed in originibus eſt fabuloſus, in digerendo parum accuratus, in chronologia incertus: imo hinc inde emendationi obnoxius, hodieque in *Genealogicis* condendis alia plane ratio obtinet, & probationes emper adpoſitæ, requiruntur. ELIAS REVSNERVS *Opus Genealogicum Catholicum, ſeu de Familiis Imperatorum, Regum, Principum &c.* conquiſiuit *Francofurti 1589. 1592. f.* Epitomen dixeris operis Henningiani, in quo tamen multa emendauit, aliqua ſuppleuit, atque ideo eſt æſtimandum. Idem quoque ſcripſit *Iſagogen hiſtoricam* ſiue *Aquilam Romanam, Ienæ 1609. 4.* in qua Principum & Comitum Germaniæ ſtemmata recenſet. RVDOLPHVS DIEPHOLDVS *Genealogias* ſuas *Imperatorum, Regum, Ducum, Comitum vniuerſi orbis Halæ 1628. 4.* compendium eſſe voluit genealogiarum, quas etiam diſcurſu hiſtorico illuſtrauit. Incipit in iisdem ab anno 1460. deſinit in anno 1628. ſed momenti haud adeo magni eſt. ANTONII ALBITII *Prin-*

Principum Chriſtianorum Stemmata Auguſtæ Vindelicorum 1608. latine *f. mai.* æri inciſa, annexis vbique annotationibus hiſtorioris ordinate, breviter luculenter ſcriptis ex locupletiori editione prodierant *Argentorati 1627. f.* ex Principum enim archiuis potiſſimum ſunt collectæ. VBBONIS EMMII *Genealogia vniuerſalis, Lugduni Batauorum 1620. f.* accurata eſt quidem, ſed non omnium Principum ſtemmata habet. Leuia ſaltim ſunt compendia TOBIAE WAGNERI *Lumina genealogica, Vlmæ 1653. 8.* HEILRICHI ZEELLII *Genealogia Principum Europæ, Regiomonti 1563. 8.* MICHAELIS EYTZINGERI *Theſaurus Principum, Coloniæ 1591. 8.* origines quidem non a genuinis fontibus repetit, obſeruat tamen in recentioribus quæ non plane ſunt negligenda. TOBIAE PFANNERI liber *de præcipuis Principum Germaiæ gentibus, Rudolphopoli 1682. 12.* PHILIPPI IACOBI SPENERI *Syllogegenealogico-hiſtorica, Francofurti 1677. 8.* prodiit, nec inutilis eſt, licet non vbique ſatis ordinata. ANTONIVS WILHELMVS SCHOWARTVS *obſeruationes hiſtorico-genealogicas* edidit *Francofurti 1690. 8.* In hiſce potiores familiarum epochas ſaltim proponit, familiarum incrementa atque decrementa, prætenſa etiam iura tradens. Maioris momenti & curæ ſunt ſcripta alia. Olim æſtimabantur NICOLAI RITTERSHVSII *Genealogia Regum, Ducum, Comitum aliorumque Procerum, Tubingæ* ex recentiſſima editione *1683. f.* Stemmata familiarum relictis originibus incipit ab anno 1400. atque deſinit in anno 1677. Hæc autem in tabulis proponit, atque per exegeſin vlterius illuſtrat, licet hodie inter antiquiores ſit reputandus. GABRIEL BVCELINVS *Germaniam* ſcripſit *Topo-Chrono-Stemmatographicam ſacram & profanam* Tomis Tribus, quorum prior

prodiit *Vlmæ 1655.* alter *1662.* Tertius *1672. f.* Pars *Quarta*, ſiue *Auctuarium, ibid. 1678. f.* Multam adhibuit auctor induſtriam, variis etiam ex principum archiuis vſus fuit diplomatibus & monumentis, atque ideo æſtimandus, licet ſæpius credulus. Ad vſum hodiernum præcipui ſunt IOANNIS GEORGII LAYRIZII *Hiſtoriſcher Genealogiſcher Palm-Wald, Nürnberg 1686. f.* qui ſtemmata Electorum & principum Germaniæ antiquiorum deducit, ita vt originem doceat, diviſionem in lineas, prouincias, harumque adquiſitionem, Principum ſucceſſionem & liberos, ita vt vſum habeat eximium. IACOBI WILHELMI IMHOFII *Notitia Procerum S. R. Imperii* ex editione quarta prodiit *Tubingæ 1699. f.* Supplementum primum eſſe illam voluit operis Genealogici Rittershuſiani: in quo omnes Electores, Principes ſeculares & eccleſiaſticos, Comites etiam Imperii perſequitur, horum origines tradit, propagationem, diuerſas pericopas & mutationes, diuiſionem in lineas, Principes hodiernos, & horum familiam, inſignia etiam exponit, ita vt merito ſingulis ſit commendanda. *Editione Quinta* prodiit hæc *Notitia* cum inſignibus plane acceſſionibus notisque egregiis celeberrimi Viri IOANNIS DAVIDIS KOELERI, & quidem *Tomus Primus Tubingæ 1732. f.* Tomus alter *ibid. 1734. f.* Adnecti poteſt *Anonymi Durchlauchtige Welt*, quæ *Hamburgi* prodiit *1710. 8.* quatuor partibus. Auctor Reges, Electores, Principes, Comites Germaniæ & præcipuas Reſpublicas Europæ, etiam potentiores Orientis Status perſequitur, ita vt ſingulorum breuem hiſtoriam, titulum, terras, academias, religionem, monetas, prætenſiones & inſignia exponat, atque qui hodie præſunt cum ipſorum familia recenſeat, etiam potiores Scriptores ſimul adnectat. Addi poteſt PETRI AMBROSII LEHMANNI *ietzleben-*

des

des Europa, quod diuerſimode eſt editum, atque eiusdem fere eſt inſtituti, in primis adhibendæ *Genealogiſche Tabellen einiger Fürſtlicher und Graeſlicher in Spanien, Italien, Franckreich und Groß-Britannien auch andern Reichen, zum zum Theil noch blühender zum Theil auch abgeſtorbener Hauſer, Francofurti ad Mœnum 1728.4.* duabus Partibus, addita Auctoris exegeſi hiſtorica eademque diligenti & curioſa ex idoneis monimentis petita. Inter *Tabulas Genealogicas* præ cæteris æſtimantur *Tabulæ Genealogicæ Tübingenſes*, quæ ſæpius editæ, atque auctorem habent IOANNEM VLRICVM PREGITZERVM; & GEORGII LOHMEIERI *Der Europæiſchen Kaiſer- und Kœniglichen Hauſer Hiſtoriſche und Genealogiſche Erlauterung*, quæ poſt auctoris; qui aliquot errores in collocandis Familiis illuſtribus commiſerat, mortem a celeberrimo Genealogo *Iacobo Wilhelmo Imhoff*, aliquoties fuerunt continuatæ atque merito ſunt commendandæ: licet ad primas origines non adſcendat auctor, ſed a celebrioribus epochis ſaltim Principum ſtemmata recenſere incipiat. Nouam, eandemque inſigniter auctam ac emendatam, harum Tabularum editionem cœpit V.C. *Ioa. Ludouicus Leuinus Gebhardi, Luneburgi Tomus Primus 1730. f. mai. Tomus Secundus* eiusdem *Gebhardi* labore concinnatus exhibet: *Der ausgeſtorbenen Chriſtlichen Kayſer- und Kœniglichen Hauſer Hiſtoriſch- und Genealogiſche Erlæuterung*; & *Tomus Tertius* ſiſtit: *Der Muhamediſch- und Heidniſchen hohen Hæuſer Hiſt. und Genealogiſche Erlæuterung, Lunæburg 1731. f. mai.* Hodie in omnium fere in Germania manibus ſunt, in Genealogiis cumprimis recentioribus, inſigni cura collectæ & commode diſpoſitæ B. IOANNIS HÜBNERI *Genealogiſche Tabellen* quarum *Tomo Primo 1708. & 1725.* quarto obl. Genealogias Impp. Regum, Princi-
 pum-

pumque omnis Europæ, *Tomo Secundo* 1727. & *Tomo Tertio* 1728. Familias illuſtriores Comitum, ſpeciatim in Germania florentium, exhibentur. Quarum illuſtrationes dedit in *Kurzen Fragen aus der Genealogie, Lipſiæ* tribus Partibus 1725. 1727. & 1728. 12. IOHANNES STRIEDBECK ante annos aliquot edidit: *Entwurff einiger Tabellen, woraus die Geographia, Chronologia und Genealogia desgleichen die vornehmſten Hiſtorien, Staats-Gebiethe und daher rührende Controverſien groſſer Potentaten überhaupt zu ſehen.* In his autem tabulis æri inciſis geographiam, genealogiam & chronologiam coniungere voluit auctor, iisdemque breues interſperſit notas, quæ ad hiſtoriam ciuilem in compendio noſcendam poſſunt facere. CONRADVS BERTHOLDVS BEHRENS *Opus Genealogicum familiarum emortuarum* adgreſſus fuit, ſed editum non eſt. Continuationem hoc eſſe voluit operis Imhofiani, ita vt ſolum genealogiam familiarum illuſtrium, quæ emortuæ ſunt, exponeret, vti de propoſito ſuo ipſe teſtatus fuit in epiſtola ad illuſtrem Leibnitium ſcripta, quæ inſerta eſt actis eruditorum anni 1695. p. 464.

§. XII.

Genealogicis ſubiungimus Scriptores illos, qui de diuerſis *Ordinibus equeſtribus* fuerunt commentati, quorum alii ſunt *generales* alii *particulares* ſaltim *Ordines* deſcripſerunt. AVBERTVS MIRAEVS *Originum Equeſtrium, ſiue Militarium Ordinum* libros duos conſcripſit, qui ſeparatim primum prodierunt, poſtea vero Tomo ſecundo *Chronici Chronicorum eccleſiaſtici* GVALTERI, *Coloniæ* 1614. 8. fuerunt inſerti. Pleroſque Equeſtres Ordines in hoc tractatu perſequitur, ita vt cuiuslibet originem, hiſtoriam atque inſtituta exponat, vt in ſingulis ſe præſtet egregium. Lectu quoque digna *Diſſertation hiſtorique ſur les Duels & les*

Ordres

Ordres de Chevallerie par Mr. IACQVES BASNAGE, *à Amſterdam 1720. 8.* Nec omittenda, quæ collegit ANDREAS FAVIN *Theatre d'honneur & de Chevallerie, ou Hiſtoire heraldique des Ordres de Chevallerie, Paris 1620. 4. 2. Voll.* atque PIERRE *de* BELOIS *de l'Origine & Inſtitution de diverſes Ordres de Chevallerie, Montauban 1604. 12.* P. MENETRIER expoſuit *de la Chevallerie ancienne & moderne à Paris 12.* add. *Diſſertations hiſtoriques & critiques ſur la Chevallerie ancienne & moderne, par le* HONORE *de St.* MARIE, *a Paris 1719. 4.* Iungendæ tamen *Miræo* ſunt FRANCISCI MENENII *Origines, Statuta & Inſignia omnium Ordinum, Militarium, Macerata 1623. 4. Coloniæ 1613. 8.* editæ, poſt eidem Chronico inſertæ. Auctiores vero prodierunt *Coloniæ 1623. 4.* ANDREAS MENDO *Diſquiſitiones Canonicas* ſcripſit *de Ordinibus militaribus, Salmanticæ 1656. f. & Lugduni 1668. f.* ſed licet ſatis ſit prolixus, ſæpius tamen in hoc opere fuit lapſus. BERNHARDVS IVSTINIANVS *Hiſtoriam Chronologicam omnium ordinum equeſtrium* italice ſcripſit *Venetiis 1673. 4.* ſed auctior longe prodiit *1692. f.* quæ non contemnenda. Germanico idiomate primum prodierunt HIERONYMI MEGISERI *Deliciæ Ordinum Equeſtrium*, quæ *Lipſiæ* prodierunt *1617. 8,* & leues ſunt, niſi quod *Iohannitarum* ordinem prolixius exponant. Præſtat omnino CHRISTIANI GRYPHII, Viri dum viveret doctiſſimi, egregiisque ad ſcribendam hiſtoriam ſubſidiis inſtructi *Kurtzer Entwurff der Geiſt - und Weltlichen Ritter - Orden, Leipzig 1697. 8.* & auctoris nomine præmiſſo, multisque novis Ordinibus additis *Leipzig 1709. 8. Chriſtiano Stieffio* V. C. procurante, ex quo compendio brevem quidem, aſt iuſtam haurimus *Ordinum equeſtrium* notitiam, quod ideo quoque ob frequentem

tem optimorum ſcriptorum adlegatorum auctoritatem eſt æſtimandum. Præclaras obſeruationes legas in Dn. HERMANT *Hiſtoire de la Religion ou Ordres Militaires de l'Egliſe, Rouen 1698. 12.* Duplici idiomate latino & germanico ſcriptus elegantiſſimisque figuris æneis Equites cum indumentis ornamentisque ceteris repræſentantibus exornatus eſt P. PHILIPPI BONNANI *Catalogo degli Ordini Religioſi, Romæ 1706. 4. Hiſtoire des Ordres militaires*, quæ edita *Amſterdam 1688. 8.* multis ideo placuit, quum auctor habitum veſtimentorum & ornamentorum cuiuslibet Ordinis exhibuiſſet, prodiit inde ſub titulo: *Hiſtoire des tous les Ordres Militaires ou de Chevaillerie par* ADRIEN SCHONEBECK, *Amſterdam 1699. & 1700. 12.* atque ex interpretatione *Ruſſica*, additis 80. figuris æneis ſcitiſſimis *Petersburg 1710. 8.* Ex hac potioribusque recentiorum Scriptorum *Iuſtiniano, Bonnano, Hermant, Schonebeck, Heliot, Honore de S. Marie* conducta eſt, figurisque æneis, habitibus Ordinis repræſentantibus ornata: *Hiſtoire des Ordres Militaires ou des Chevaliers, des Milices, Seculieres & Regulieres de l'un & de l'autre Sexe, qui ont ete etablies jusque à preſent à Amſterdam 1721. 12. 4. Voll.* præmiſſus *Traité Hiſtorique de Mr.* BASNAGE *ſur les Duels.*

§. XIII.

Alii in Operibus ſuis de *Nobilitate*, de diuerſis *Ordinibus equeſtribus* egerunt. GILLES ANDRE de la ROQVE in tractatu ſuo de *la Nobleſſe & des Ordres de Chevalerie, de la Nobleſſe d'Angleterre, d'Eſpagne, de Portugal, d'Allemagne, d'Hongrie, d'Italie, de Pologne, de Suede, de Dannemarc, de Paisbas, à Paris 1678. 4.* qui prodiit *Pariſiis 1678. 4.* recenſionem talium ordinum inſeruit. MARCVS de VVLSON, Sr. de la COLOMBIRE *Theatrum*

trum Honoris ſcripſit, quod *Pariſiis 1648. f.* duobus Tomis prodiit & egregium eſt, pleroſque ordines equeſtres recenſuit. Egregius eſt tractatus IOANNIS SELDENI, *de Titulis Honorum*, qui anglice prodiit, in latinam linguam translatus prodiit *Francofurti 4.* Elegantiſſimus & rarus liber eſt & qui huc pertinet IOANNIS BAPTISTAE CHRYSTYN, inſcriptus: *de Iurisprudentia heroica, ſiue, de Iure Belgarum circa Nobilitatem & Inſignia demonſtratio, Bruxellis 1689. f.* quo exhibetur commentarius ad Edictum Sereniſſimorum Belgii Principum Alberti & Iſabellæ euulgatum 14. Dec. 1616. in quo interpretationes ſeu declarationes regiæ eiusdem Edicti, leges Romanæ, variæ ſupremorum Senatuum Deciſiones, hiſtoriæ, antiquitates, fragmenta genealogica, tituli & Ordines equeſtres a Rege Catholico concedi ſoliti, Belgiique & aliarum gentium mores confirmantur, *Bruxellis 1698. f.* Ex Germanis potiſſimum commendandum eſt IOANNIS CHRISTOPHORI BECMANNI *Syntagma dignitatum illuſtrium, ciuilium, ſacrarum & equeſtrium, Francofurti 1696. 4.* In hoc enim quidquid circa titulos, electionem, inaugurationem & cultum regium ſolenne eſt, quidquid de Ducibus, Principibus, Comitibus, Baronibus, equitibus & nobilibus eſt ſingulare, magna cura congreſſit. Eruditiſſimus eſt commentarius ANTONII MATTHAEI *de Nobilitate, de Principibus, de Ducibus, de Comitibus, de Baronibus, de militibus, equitibus, Miniſterialibus, Armigeris, Barſcalcis, Marſcalcis, Adelſcalcis, Amſtelodami 1686. 4.* Hos igitur nobilitatis gradus ex antiquitate probe deducit. Scriptores recentiores de *Miniſterialibus & Nobilitate Germanica* in *Bibliotheca Iuris Selecta*, exquirendi.

§. XIV.

§. XIV.

Antiquiores *Ordines equeſtres*, quibus religio originem dedit, ſunt Ordo *Marianus* Crucigerorum, dictus *Teutonicus*, Ordo *S. Iohannis Hoſpitalariorum & Ordo Templariorum.* Ad priorem pertinet *Equeſtris Ordinis Teutonici Chronicon* INCERTI AVCTORIS, lingua antiquiori germanica exaratum, ab origine Ordinis vsque ad Magiſtrum Ordinis *Ludouicum de Erlichshauſen* perductum, ſequitur inde Continuatio ad a. 1644. quo electus eſt Magiſter Ordinis *Ioan. Caſpar ab Ampzingen* ſtilo latino *Antonii Matthæi*, addita quoque ſeries Commendatorum prouincialium qui Traiecti ad Rhenum ſedes habuerunt ab a. 1230. ad 1703. ſtilo batauo cum obſeruationibus *Matthæi* & de Cæremoniis Creationis Equitum Teutonicorum, quæ omnia extant *Tomo X. & vltimo Analector. Matthæi Lugd. B. 1710. 8.* editorum. Facit huc BENEDICTI LEONIS *Origo & fundatio Ordinis Cruciferorum*, italice *Venetiis 1599. 4.* MARCVS MVRINVS *Chronicon Magiſtrorum Ordinis Teutonici* ſcripſit *Polonice, Cracouiæ 1606. 4.* Sed præſtat omnino PETRI DVISBVRGENSIS *Chronicon Pruſſiæ, Francofurti 1679. 4.* in quo ordinis Teutonici origo & res ab eiusdem ordinis Magiſtris ab anno 1226. vsque ad 1326. in Pruſſia geſtæ exponuntur. Addantur Scriptores *Rerum Pruſſicarum* Capite XXX. §.IV. relati p. *1549. Germanico* idiomate eundem ordinem deſcripſit IOANNES CASPAR VENATOR, *im Hiſtoriſchen Bericht von dem Teutſchen Orden, Nürnberg 1680. 4.* RAYMVNDI DVELLII *Hiſtoria Ordinis Equitum Teutonicorum Hoſpitalis S. Mariæ V. Hieroſolymitani, Viennæ Auſtriæ 1727. f.* non quidem omnem Ordinis huius Hiſtoriam complectitur, ex iuſtis tamen monimentis Tabularii cum primis Præfecturæ Auſtriacæ inſignes obſeruationes collegit & Diſſertatione Iſagogica præmiſſa, compen-

pendium hiſtoriæ illuſtriſſimi huius ordinis exhibuit. A *Teutonicis* olim per tempus dependebant *Enſiferi Milites* in *Liuonia*, quorum hiſtoriam HENRICVS LEONHARDVS SCHVRTZFLEISCHIVS ſcripſit *Witteberga* *1701. 8.* atque celeberrimi Polyhiſtoris, fratris ſui, veſtigia gnauiter legit.

§. XV.

Ad Ordinem *S. Iohannis Hoſpitalariorum* ſiue hodie *Malthenſium* præter *Statuta* Ordinis ſub Magiſtro *Aubuſſon* reuiſa, & cura Vice Cancellarii ordinis WILHELMI CAORSIN impreſſa primum XVI. Titulis *Vlmæ 1496.* per *Ioa. Reger de Kemnat*, *Romæ* per *Antonium Bladum* repetita 1556. porroque *ibid.* poſt Sixti V. confirmationem a. 1586. cum Imaginibus Magiſtrorum & indice egregio Equitis *Ptolemæi Veltroni* edita; conferenda: *Privileges des Papes, Empereurs, Roys &c. accordes en faveur de l'Ordre de S. Iean par le Chevalier* FRANCOIS *d'* HAVSSEN *d'Ecluſeaux*, *Paris 1649. 1659. 4.* & *ibid. 1700. f.* faciunt ex antiquioribus HENRICI PANTALEONIS *Hiſtoriæ Ordinis Iohannitarum Rhodiorum & Melitenſium* Libri XII. *Baſileæ 1572. 1581. f.* Sed præſtat longe & ab ipſo Ordine pro principe ſcripto habetur *Iſtoria della ſacra Religione & illuſtriſſima Militia di S. Giovanni Gieroſolimiſtano di* IACOMO BOSIO in *Roma*, *Tomi duo* priores ex typographia Vaticana *1594. f.* & *Tertius* ibid. *1602. f.* Primo, Libris XXV. recenſentur res Chriſtianorum in Ægypto & Palæſtina a medio Sæculi XI. tempore ad a. 1291. altero Libris XX. res Ordinis vsque ad a. 1523. Rhoduinque amiſſam commemorantur, Tertio fata Ordinis ad a. 1571. usque, quo in Melitenſi Inſula ſedem fixam cœperunt, exponuntur. Ex *ſecunda Editione* & quod ad ſtilum & res emendata & ſuppleta, *Tomus primus* prodiit *Romæ 1621.* & tertium *1670. f.* typis maioribus, ſed omiſ-

ſis

ſis conſilio parum vtili Præfationibus. *Tom. Secundus* repetitæ prælectionis *ibid. 1630. f. & Tertius ibid. 1632. f.* prodiere. Auctor qui ipſe Eques Ordinis huiusque Romæ negotia ſub reſidentis titulo, agens erat, ex præclaris Vaticanis & Ordinis ſui ſubſidiis ipſisque fontibus opus deduxit, cuius continuationem fecit italice Eques BARTHOLOMAEVS *de* POZZO quarum prima ad annum vsque 1636. prodiit *Veronæ 1703. 4.* altera ad annum vsque *1688. ibid. 1717. 4.* EIVSD. BOSII cura prodierunt: *Li Privilegii della Religione Gieroſolimitana tradotti da* IACOMO BOSIO, in *Roma 1597. 4.* Edita porro in: *Codice Diplomatico del ſacro militare Ordine Geroſolimitano oggi di Malta da* SEBASTIANO PAVLI, *Lucca 1733. f. Vitæ Magiſtrorum* lucem adfundunt hiſtoriæ Ordinis, quales ſunt: Gallico ſermone *Hiſtoire des Chevaliers de l'Ordre de St. Iean commencée* par PIERRE BOISSAT *& achevee* par IEAN BAVDOVIN *1629.* & par F. NABERAT *1659.* Præſtat elegans *Hiſtoire de Chevaliers Hoſpitaliers de St. Iean de Ieruſalem appellez depuis Chevaliers des Rhodes & aujourdhuy Chevaliers de Malthe* par RENE *d'*AVBERT *de* VERTOT, *Paris 1726. & 1728. 4. 4. Voll.* cum elegantiſſimis imaginibus Magiſtrorum, recuſus liber à *Amſterdam 1732. 12. 5. Voll. Hiſpanice* edita PAVL CLASCAR de VALLES *Primera Parte del Triumfo de la Orden Militar San Iuan que ſellamò de los Hoſpitales deſpues de Rhodas agora de Malta, en Barcellona 1619. 8. &* IVAN AVGVSTIN *de* FVNES Cavallero de la miſma Orden Commendator de Mallen *Chronica de la illuſtriſſima Militia y ſagrada Religion de San Iuan Bautiſta de Ieruſalem,* Tomo I. en *Valencia 1626. f.* & Tomo II. en *Zaragoça 1639. f.* Nec omitti debet CHRISTIAN VON OSTERHAVSEN *eigentlicher und gründlicher Bericht, deſſen was zu einer*

einer vollkommenen Erkäntnis und Wiſſenſchafft des Ritterordens S. Iohannis von Ieruſalem zu Maltha vonnöthen, Augſpurg 1650. 8 Huic iungendæ ſunt IOANNIS CHRISTOPHORI BECMANNI *Anmerckungen von dem Ritterlichen Iohanniter-Orden, und deſſen abſonderlichen Beſchaffenheit in dem Herrnmeiſterthum deſſelben in der Marck, Sachſen, Pommern und Wendland, Franckfurt an der Oder 1693. f. & Coburg 1695. 4.* & cum annotationibus continuatione ac recenſione Scriptorum de hoc Ordine, nec non ſummario Decretorum Capitularium atque ceremoniarum deſcriptione cura IVSTI CHRISTOPHORI DITHMARI, *Franckfurt an der Oder 1726. 4.* Qui DITHMARVS porro edidit *Geſchichte des Ritterlichen Iohanniter-Ordens und deſſen Herren-Meiſterthums in der Marck, Sachſen, Pommern und Wendland, Franckfurt an der Oder 1729. 4.* quo, ſimul Creationem nouorum Equitum d. 7. April. 1728. factam, & ceremonias deſcripſit, nouorum Equitum Inſignia & Abbatis de VERTOT Diſſ. de *antiqua & noua gubernatione Ordinis* addidit. Hic vir doctus etiam compoſuit *Genealogiſch-Hiſtoriſche Nachricht von denen Herrenmeiſtern des Ritterlichen Iohanniter-Ordens in der Marck &c.* addita Hiſtoria *Electionis* & Inſtallationis Caroli Principis Pruſſiæ & Creationis variorum Equitum, *Franckfurt an der Oder 1737. 4.* *Vitas Magiſtrorum* omnis Ordinis huius editæ ſequentes: *Vite de grand Maeſtri della ſacra Religione di S. Giovanni Geroſolimitano de Commendato Frà* GERONIMO MARVLLI, *Napoli 1636. f.* incipit a *Gerhardo* & a *1099.* & perduxit ad *Philippum Villers Lilidamum &* a *1530.* prodiere porro *Vie de bien heureux* GERARD *premier Directeur de l' Hoſpital & fondateur de l' Ordre de St. Iean di Ieruſalem & Vie du bien heureux* RAYMOND *de* PVVYS *premier Grand*

Maitre de cet Ordre, Paris 16 f. Culto ſtilo perſcripta eſt *Hiſtoire du Grand Maitre d'Abuſſon* par le P. BOVHOVRS, *à Paris 1676. 4. Germanice* edita: *Abcontrafeibung aller Groſsmeiſter des Ritterlichen Iohanniter-Ordens, Franckfurt 1611. f.* Cum vero iſti ex *Caroli V. Imp.* donatione *Maltham* Inſulam hodie poſſideant, huc quoque faciunt Scriptores varii de hac *Inſula*, qui ſimul fata Ordinis ab eo tempore quo in hanc Inſulam conceſſerunt, ex parte conſignarunt, cui iam p. *1422.* relati. His tamen addi poſſunt IOA. FRIDERICI BREITHAVPT *Deſcriptio Melitæ 1638. 4.* & alia quæ *gallice* prodiit *Paris 1611. 8.* atque *iter Melitenſe*, gallico ſermone editum *Paris 1679. 12.* Tertius Ordo erat *Templariorum*, qui tamen ab aliquot ſeculis penitus fuit extinctus. De huius extirpatione cauſſisque varia collecta in *Traitez concernant la condemnation des Templiers par Mr. du* PVY *a Paris 1654. 8.* & ſub titulo: *Hiſtoire de la Condemnation des Templiers &c. par* PIERRE *de* PVY, *Bruxelles 1713. 8. 2. Voll.* curante Dn. *Godefroy* qua GÜRTLERI *Hiſtoria* & alia monimenta ad hanc cauſſam pertinentia, adiecta. *Puteani* rationibus oppoſita CHRISTIANI THOMASII elegans Diſſertatio *de Templariorum Equitum Ordine ſublato Halæ 1705. 4.* Addatur NICOLAI GÜRTLERI, *Hiſtoria Templariorum obſeruationibus Eccleſiaſticis aucta, Amſtelodami 1691. 8.* & ex *Editione ſecunda* multo auctiore *Amſtelodami 1703. 8.* ex teſtimoniis coæuorum, ac coæuis proximorum conducta.

§. XVI.

A Burgundiæ Ducibus inſtitutus Illuſtriſſimus *Ordo aurei Velleris.* De *Origine Ordinis aurei Velleris* eruditiſſima & cultiſſima exſtat Diſſertatio Ill. IOANNIS GVILIELMI BERGERI, *Witteberga 1730. 4.* qua cum primis ſolide oſtendit ſymbolum

a *Gi-*

a *Gideone* Hebræorum Duce fuiſſe adſumtum. Egit quoque erudite CONRADVS SAMVEL SCHVRZFLEISCHIVS Diſſ. *de Velleris aurei ordine*, 1699. 4. Extant porro: *La Toiſon d'or Ordre de Chevalerie, où ſont les vertus de magnanimite & de juſtice appartenant à l'Etat de Nobleſſe &c.* par GVILLAVME FILASTRE *Eveque de Tournay,* Chancelier du dit Ordre, *Paris* 1517. 1530. *f.* 2. *Voll. Troyes* 1530. *f.* ALVARI GOMEZII liber *de Principis Burgundiæ militia, quam Velleris aurei* vocant, cum notis *Alexii Vanegæ, Toleti* 1580. *f.* Elegans eſt IVLII CHIFLETII *breuiarium hiſtoricum Ordinis aurei velleris, Antwerpiæ* 1652. 4. recuſum *Altorfii* 4. IOANNES IACOBVS CHIFLETIVS *Inſignia Gentilitia equitum Ordinis aurei velleris* deſcripſit gallice & latine, *Antwerpiæ* 1632. 4. IEAN BAPTISTE MAVRICE Herault & Roy d' Armes de Sa Majeſté Catholique edidit *le Blaſon des Armoiries de tous les Chevaliers de l'Ordre de la Toiſon d'or, depuis ſon inſtitution jusqu' à l'an.* 1665. *à la Haye* 1667. 1687. *f.* cum figuris. *Italice* edita: *Ordine de Cavalieri del Toſone, overò la Inſtitutione dell' Ordine di Cavaliera del Toſone per* FRANCISCO SANSOVINO, *in Venetia* 1558. 4. & *Origine dell' Ordine del Toſone: da* GIOVANNI FRANCESCO *Pugnatore, in Palermo* 1590. 4. AVGVSTINVS ERATH *Auguſtum Velleris aurei Ordinem per emblemata, ecthеſes politicas & hiſtoricas* demonſtrauit, *Ratisbonæ* 1697. 8. Sic etiam prodiit: *La Toiſon d'Or, ou Recueil des Statuts où Ordonnances du noble Ordre de la Toiſon d'Or leurs confirmations, changements, additions, ceremonies, immunitez, exemtions, preeminences, honneurs & Bulles papales depuis l'Inſtitution jusqu' à preſent, Amſterdam* 1689. 8. cuius alteram partem conſtituit: *le Mouſolee de la Toiſon d'Or, ou les Tombeaux de Chefs & de Chevaliers du noble Ordre*

ris, 1703. 4. ex typographia regia, iuſſu Regis curante PIERRE CLAIREMBAVD, Genealogiſte de cet Ordre, edita. Horum Statutorum plures veteres editiones proſtant. *Armoiries & Blazons de tous les Chevaliers de l'Ordre du Roy de Saint Eſprit, de la Iartiere & de la Toiſon d'Or, depuis le commencement d'iceux jusqu'a preſent par* CHARLES SOYER, *Enlumineur du Roy, Paris 1653. f. Les Noms, Surnoms, Qualites, Armes & Blaſons de tous les Princes, Seigneurs, Commandeurs, Chevaliers & Officiers de l'Ordre de Benoiſt Saint Eſprit, à Paris 1643. f.* tales libri plures, inſtituta aliqua numeroſa Equitum creatione, editi, vt & *Libri Ceremoniarum* Ordinis, quos omnes non capit hæc Bibliotheca. Præcipue vero æſtimari debent *Recherches Hiſtoriques de l'Ordre de Saint Eſprit, avec les qualites, armes & blaſons du tous les Commandeurs, Chevaliers & Officiers depuis ſon inſtitution, jusqu'a preſent par* FRANCOIS *du* CHESNE & par HAVDIQVIER *de* BLACOVR, *à Paris 1695. 1710. 12. 2. Voll. De ordinis S. Michaelis* ſtatu exponunt: *Le Livre des Statuts & Ordonnances des Chevaliers de l'Ordre de St. Michel inſtitue par le Roy Louis XI. en 1469. Paris 4. ibid. 1512. 1561. 12. & 1661. 4.* atque *L'Inſtitution & Ordonnance des Chevaliers de l'Ordre de Saint Michel pour le retabliſſement du dit Ordre, Paris 1665. 4.*

§. XIX.

In *Anglia* præcipuus eſt Ordo *Periſcelidis*, de quo WENCESLAVS CLEMENS a Lybeo monte ſcripſit *Garteriados, ſ. aureæ Periſcelidis libros duos, Lugduni Batauorum 1634. 4.* HENRICVS van dem BERG congeſſit *nomina, cognomina, titulos &c. Equitum ſ. Militum Ordinis Periſcelidis Anglicanæ, Heidelbergæ 1663. 4.* HENRICI GVNTHERI THVLEMARII Diſſ. *de Origine Equitum S. Georgii & Periſcelidis coeruleæ in Anglia, Heidel-*

Elephantino, eiusque origine, progreſſu & ſplendore hodierno Tractatu, *Hafniæ 1704. f.* ex optimis monumentis deducto. LEONHARDVS quoque LVDOVICVS VOGTIVS Dreſdenſis libellum edidit inſcriptum: *Der Koenigliche Elephanten-Orden aus bewahrten glaubwürdigen Documenten beſchrieben, Baruthi 1673. 4.* qui ſua debet *Ivari Herzbolmii* Codice MSCto. De hoc *Ordine Elephantino* Diſſertationibus hiſtoricis expoſuere V. S. V VALENTINVS ERNESTVS LOESCHERVS, *Viteb. 1697. 4.* & FRIDERICVS HENRICVS IACOBS, *Ienæ 1705. 4* THOMAE, BARTHOLINI extat *Diſſertatio de origine Ordinis Equeſtris Danebrogici a Rege Chriſtiano V. nuper inſtaurati, Hafniæ 1676. f.*

§. XXI.

Sabaudiæ Ordo equeſtris eſt dictus *della Annuntiata*, de quo habemus FRANCISCI CAPRAE *catalogum Equitum huius ordinis, Taurini 1654.* AVBERTVS MIRAEVS *origines Ordinis Equitum Ieſu Chriſti*, a Principe Mantuano inſtituti deſcripſit *Antwerpiæ 1608. 8.*

§. XXII.

Ab *Hiſtoria Ordinum* Equeſtrium progredimur ad Scriptores Heraldicos, cum in illos non niſi nobiles ſuis inſignibus clari recipiantur. De his ſingularem catalogum auctorum artis Heraldicæ ſcripſit THOMAS GORE, *Oxonii 1674. 4.* Catalogum librorum *Heraldicorum* alphabeticum dedit quoque CAROLVS ARNDIVS *Bibliotheca Politico-Heraldica ſelecta, Raſtochii 1705. 8.* In præſenti illos ſecundum patrias ſuas diſtinguimus, vbi primo occurrunt *Germani*, quos inter hoc in argumento elaborarunt, GEORGIVS PHILIPPVS HARSDORFFERVS in commentariis inſcriptis: *Geſpräch-Spiele, Nürnberg 1643. P. III. p. 143.* qui forte primus in Germania Artis He-

raldicæ principia propoſuit. Primas quoque lineas artis huius duxit IOHANNES CHRISTIANVS SAGITTARIVS in *Corpuſculo Hiſtorico-Heraldico, Jenæ 1671. 12. mai.* Hos atque alios ſuperauit PHILIPPVS IACOBVS SPENERVS. Ediderat iſte primum libellum *de Inſignibus Familiæ Saxonicæ, Francofurti 1668. 4.* in quo non ſolum integri operis de Inſignibus ſpem facit, ſed etiam operis ſciagraphiam exhibuit. Hunc ſecuta eſt *Hiſtoria Inſignium illuſtrium, ſ. Heraldicæ pars ſpecialis, Francofurti 1680. f.* quam, cum prelo eſſet paratior, præmiſit. Refert in eadem Imperatoris, Regum, Electorum, Ducum, Principum, Comitum & Baronum inſignia, quæ tribus libris ordine alphabetico proponit & explicat. Promiſit etiam librum quartum de illis inſignibus, quæ hic omiſſa, nondum vero editum. Præmiſſus etiam eſt tractatus de inſignibus Saxonicis. Nititur autem potiſſimum Sibmacheri fide, ita tamen vt eundem ſæpius emendet, præmittit etiam genealogiam, agit de prætenſionibus, ipſaque inſignia addidit. Secuta eſt *Operis Heraldici pars generalis, Francofurti 1690 f.* quæ circa inſignium origines, ſcuta, colores, metalla, galeas, apices occupatur atque ſingula deducit egregie atque præſtantiſſimos ſcriptores in hoc argumento excerpſit. IACOBVS WILHELMVS IMHOFIVS in genealogiis Procerum Germaniæ, Galliæ, Britanniæ, Italiæ & Hiſpaniæ inſignia Procerum vbique adnectit atque explicat. Plura porro amoenæ artis compendia edita fuere a *Germanis,* nimirum extant: GEORGII ANDREAE BOECLERI *Herolds Kunſt 1688. 8.* FRIDERICI WILHELMI SCHVMACHERI *kurzgefaſste Wapenkunſt, Jena 1694. 8.* CASPARVS BVSSINGIVS *edidit Conſpectum Heraldicæ*

qui

qui potiora Inſignia continet, atque prodiit *Hamburgi 1694. 8.* Eundem in germanicum idioma tranſtulit atque edidit ſub titulo: *Einleitung zur Herolds-Kunſt, Hamburg 1694 8.* Hunc autem parte generali, in qua vero perbreuis eſt, adauxit. Eiusdem auctoris eſt *kurtze Einleitung zur Herolds-Kunſt*, quæ in parte quarta *der Durchlauchtigen Welt* continetur, in qua iuſta methodo artis Heraldicæ principia, breuiter quidem ſed accurate exponit. EIVSD. *kurzgefaſſte Herolds Kunſt, darinnen auf eine bequeme und deutliche Art in XII. Theilen die Wapen der vornehmſten Staaten vorgeſtellet, Hamburg 1713. 8.* Per luſum Heraldicam artem exponere voluit auctor *der Wapen-Charten des Europæiſchen Herolds Spiels, Hamburg 1703. 12.* quo ſcripto inſignia præcipuorum Regum & Germaniæ Principum tradit & modum, qua ratione ludendo notitia artis adquiratur, declarat. Recentiora vero ſunt compendia IMMANVELIS WEBERI *Examen Artis Heraldicæ maximam, partem ex Opere Speneriano collectum, in Appendice* Inſignia *Principum & ComitumSchwarzburgicorum* ſubiiciuntur, *Francofurti 1699. 8.* Editioni, *Tertiae* quæ *Jene* edita, acceſſit commentatio de Inſignibus Haſſiacis. *Quarta* prodiit *Jenæ 1723. 8.* Quinta vero 17. 8. EI. WEBERI extat: *kurzer iedoch gründlicher Begriff der edlen Herolds-Kunſt &c. nebſt einem Anhange wie die Ahnen richtig zuzehlen, und die Wapen darnach zu rangiren, Franckfurt am Mayn 1696 8.* FRIDERICI WILHELMI de TSCHIRNHAVSEN *kurze Einleitung zur teutſchen Wapen Kunſt, Nürnberg 1718. 4.* SEBASTIANI IACOBI IVNGENDRES *Einleitung zur Heraldic für die Jugend in Frag und Antwort geſtellet, für die Erwachſene aber mit Anmerckungen erleutert, Nürnberg 1729. 8. cum fig. an.* IOHANNIS

SIMONIS BECKENSTEIN *kurze Einleitung zur Wapen-Kunſt und zur Art des Blaſonirens in deutlichen Exempeln gezeiget, und in drey Sprachen deutſch, frantzöiſch und lateiniſch erklæret*, *Petersburg* 1731. 8. Copioſiores & præſtantiores libri compendiarii in hoc argumento ſunt: Viri celeberrimi IOANNIS WOLFFGANGI TRIER Profeſſoris tum in Academia Lipſienſi artis Heraldicæ *Einleitung zu der Wapen Kunſt darinnen dieſe Wiſſenſchafft durch deutliche Regeln und Exempel vorgetragen &c. Leipzig* 1714. 8. & *iterum* auctior & emendatior *ibid* 1729. 8. præmiſſe eſt commentatio de omni re Heraldica Heraldorumque ſcientia. V. C. MARTINI SCHMEIZELII *Einleitung zur Wapen-Lehre*, *Jena* 1723. 8. præclaris obſeruationibus illuſtrata. Nec omittenda I. A. RVDOLPHI ſiue potius IOANNIS ANTONII KROELL Noribergenſis *Heraldica curioſa, welche der Wapen Vrſprung, Wachsthum, Fortgang und wie ſelbige noch heutiges Tages bey denen Teutſchen im Gebrauch ausführlichen zeiget*, *Nürnberg* 1698. *f*.

§. XXIII.

Primus qui in *Artem Heraldicam* introduxit, Anglus fuit, WYNKIN the WORDE, qui eandem tribus linguis illuſtrauit & ſub titulo *Ars Armorum* edidit *Weſtmonaſterii* 1496. *f*. & 1686. *f*. Sic etiam EDMONDI BOLTONS extant *the Elemens of Armories*, *Londini* 1610. 4. IOHN BOSWEL, *the Concordance of Armory*, *London* 1597. 4. IO. FERON *the Blazon of Gentry*, *London* 1586. 4. IOHN GVILLIS *a display Heraldry*, *London* 1611. *f*. *Ger. Leigh the accidence of Armory*, *London* 1612. 4. THOMAE PHILIPOT Diſcurſus Hiſtoricus de

de *origine & progreſſu artis Heraldicæ*, demonſtrans, quibus fundamentis hæc ſcientia nitatur, anglice *Londini 1672. 8.* IOHANNIS GIBBONI *Introductio ad latinam Blaſoniam, anglice* ſcripta prodiit *Londini 1682. 8.* in qua potiſſimum terminos explicat, atque exemplis illuſtrat. Huc faciunt quoque inſigniter NICOLAI VPTONI Canonici Sarisberienſis Sæc. XV de *Militari Officio Libri Quatuor*, IOH. *de* BADO AVREO tractatus *de Armis* cum FRANCISCO *de* FOVEIS, HENRICI SPELMANNI *Aſpilogia*, quos EDVARDVS BISSAEVS edidit & notis illuſtrauit *Londini 1654. f.*

§. XXIV.

Ex Gallis plures ſunt. Extant enim: *Diſcours ſur l'origine des Armes & des termes receus & uſités pour l' Explication de la Science heraldique, Lyon 1658. 4.* cuius auctor his literis deſignatur L. L. P. A, *de* L. B. HIERONYMVS *de* BVRA ſcripſit *Blaſon des Armoiries, à Lyon 1579. f.* CLAVDE *le* CELLYER *methode pour apprendre le Blaſon, a Paris 1669. f.* Inſignis eſt: *La Science heroique traitant de la Nobleſſe, de l'origine des Armes, & de l'Art du Blazon par* MARC. VVLSON *de la* COLOMBIERE, *Paris 1644. f.* Conferatur EIVSD. *Recueil de pluſieurs Pieces & figures d' Armoiries omiſes par les Auteurs, qui ont ecrit juſqu'ici de cette Science, Paris 1639.* & *f.* EI. Commentarius *de l'office des Rois d' Armes, des Herauts, & des pourſuivants, Paris 1645. 4.* PHILIBERTVS MONETVS ſcripſit *l' origine & pratique des Armoiries à Lyon 1631. 4.* PETRVS *de* MOYNE *de arte Heraldica, Pariſiis 1666. 4.* CAROLVS SEGOING ſcripſit *armorial univerſel de principales*

Ar-

armes de l' Europe, à Paris 1654. f. Multi ſunt uſus LOVIS GELIOT *la vraye & parfaite ſcience des Armoiries, ou indice armorial, augmenté par* PIERRE PALLIOT *a Divionne 1660. f.* & *Paris 1664. f.* & *Le Palais d' Honneur, contenant l'Origine & explication des Armoires, Deviſes, Tournois des Ordres Militaires, des Ceremonies aux ſacres, entrées, obſeques des Rois & l'origine & progres des Familles de France, de Lorraine & de Savoye par* F. ANSELME, *Paris 1644. f.* PETRI *du* VAL *obſervations ſur le Blaſon &* ORONCE, *Finé de* BRIANVILLE *Jeu d' armoiries de l' Europe ſ. Charta*, in quibus repræſentantur inſignia Europæorum Principum, Geographia & hiſtoria, *Lugduni 1659. 8. La methode Royale du Blaſon en abregé, pour Monſeigneur le Dauphin, à Paris 1675. 12.* Multum in hac ſcientia variis vtilibus libellis elaborauit CLAVDE FRANCOIS MENESTRIER, ex quibus noti: *Diſcours ſur l' Origine des Armes, Lyon 1658. 4.* cui oppoſitus liber, ſub titulo: *Diſcours ſur l' Origine des Armes contre le Pere Meneſtrier* par CLAVDE *le* LABOVREVR *ancien Prevôt de l' Isle de Barbe. 4.* Secuta: *Abregé methodique des Principes heraldiques ou veritable Art du Blazon par* C. F. *de* MENESTRIER, *Paris 1661. Lyon 1663. 1670. 1680. 12.* eadem termini Heraldici explicantur. EIVSDEM ſunt *la Pratique des Armoiries* par C. F. M. *Paris 1671. Lyon 1671. Paris 1673. 12.* & *les Recherches du Blaſon ou ſeconde Partie de l' Vſage des Armoiries par* C. M. *Paris 1673. Lyon 1680. 12.* nec non: *l' Art du Blazon juſtifié, ou les Prevues du veritable l' Art du Blazon, Paris 1671. 12.* atque *de l' Origine des Armoires & du Blazon, Lyon 1679. 12.* & *l' Origine des Ornemens des Armoiriers, 1580. 12.* Edidit: *Traité de l' Origine des Quartiers & de leurs Vſages pour*

pour les Preuves de la Nobleſſe par C. F. M. qui liber formis impreſſus cum IOANNIS *de* LABOVREVR Tabulis genealogicis *Paris 1681. f.* Eius ſtilo porro deſcriptæ: *Les diverſes Eſpeces de la Nobleſſe & de la Maniere d'en faire les Preuves, Lyon 1682. 12. Le Blazon, de la Nobleſſe & les Preuves de la Nobleſſe de toutes les Nations de l' Europe, Lyon 1683. 12.* atque *La Science de la Nobleſſe, ou la nouvelle Methode du Blaſon par le P.* C. F. MENESTRIER, *& augmentée des principales familles du Pais bas, d' Hollande, d' Allemagne, d' Italie & d' Eſpagne par* M. *Paris 1691. 12.* & *Germanice*, ſub titulo: *Adels Zierde Vlm 1694. 8.* Conferri meretur: *Edit du Roy Louis XIV. portant creation d'une grande Maitriſe generale & ſouveraine & établiſſement d'un armorial general à Paris ou depot publique des Armes & Blazons du Royaume, & creation de pluſieurs Maitriſes particuliers dans les Provinces du Mois de Novembre 1696.*

§. XXV.

Ex *Italis* præcipuæ ſunt SYLVESTRI PETRASANCTA *Teſſeræ gentilitiæ ex legibus Fecialium deſcriptæ, Romæ 1638. f.* Magnum opus *de Europa gentilitia* molitus fuit ANTONIVS STEPHANVS CATARI, qui prodromum gentilitium ſcripſit italice *de Armis & Inſignibus, Romæ 1679. 12.*

§. XXVI.

Alii inter hoſce fuerunt, qui ſolum de armis, horum origine, antiquitate & vſu ſcripſerunt. Ex

Ex Anglis habemus IVLIANAM BARNES, illuſtrem apud Anglos fœminam quæ de *Legibus armorum*, ſiue *Inſignibus* ſcripſit *anglice*, *Londini 1595. 4.* Egregius eſt liber GVILIELMI DVGDALE *de vſu antiquo gerendi Arma*, *cum catalogo hodiernæ nobilitatis Anglicanæ*, *Oxonii 1682. 8.* CLAVDII FAVCHETI *origines equeſtres & inſignium*, gallice, *Pariſiis 1600. 8.* IO. *le* LABOVREVR *Origines des armes*. *Ex Germanis* notabilis THEODORI HÖPINGK Tractatus *de Inſignium*, *ſ. Armorum priſco & nouo iure. Noribergæ 1642. f.* in quo non tantum de Inſignibus variorum inter homines ſtatuum & ordinum, collectanea varia, more ſcribendi æui XVII. diligenter congeſſit, ſed & de iure conferendi Inſignia, modis amittendi, probandi, egit. Egregium eſt ſpecimen maioris operis CHRISTIANI MAXIMILIANI SPENERI *alte und wahre Herolds-Kunſt*, *Berlin 1705. 4. Arma Electorum*, *Principum & Statuum* præcipuorum accurate & nitide cura celeberrimi I. D. KOEHLERI exhibita *in dem Durchlauchtigen Welt Geſchichts Geſchlechts und Wapen-Kalender* qui ſumptu *Chriſtoph. Weigelii 8. mai.* prodire ſolet. *Arma & Inſignia* pleraque Nobilitatis ſuperioris & inferioris, Germanicæ cumprimis, exhibita, in ſingularibus Collectionibus, qualis quæ indicem habet: *Wapen des H. Röm. Reichs Teutſcher Nation*, *der Chur-Fürſten*, *Fürſten*, *Grafen &c. auch der mehrer Theil Stædte*, *Franckfurt am Mayn 1545. f.* it. *Stamm- und VVapen-Buch hoch und nieders Standes*, *darinnen der Rœm. Kayſ. Maj. &c. VVapen mit ihren Schilde und Helmen*, *Franckoſurt am Mayn 1579. 4.* & quæ collectio vsque huc locupletiſſima fuit ſub indice: *Erneuert und vermehrtes VVapen-Buch in welchem aller hohen Po-*

tenta-

tentaten der Rœm. Kayſer, Kœnige &c. Adlicher und unadlicher Geſchlechter Wapen, Schilde, Helme &c. in Kupffern vorgebildet &c. Partibus Sex, cum Appendice Regum exterorum & ſupremorum Principum Inſignium, curante RVDOLPHO IOHANNE HELMERS *Nürnberg 1705. f.* Priores huius Sylloges Libros ediderat IOANNES SIBMACHERVS, *Nürnberg 1605. & 1609. 4.* addiderat tres PAVLVS FÜRST ibid. 1657. vltimus hac editione acceſſit. In Præfationibus cuilibet Libro præmiſſis principia quædam Artis Heraldicæ exponuntur. Promiſſum fuit Operis huius Supplementum. Pereruditа eſt Viri celeb. EVCHARII GOTTLIEB RINCKII Diſſ. *de eo quod iuſtum eſt circa Galeam, Altorfii 1726 4.* Nec omittendus libellus FRIDERICI PHILIPPI SCHLOSSERI *de æſtimatione heraldica Notarum in Inſignibus conſpicuarum ad vindicandam dignitatem plurimarum Gentium illuſtriſſimarum, Hanouiæ 1729. 8.* Ex Belgis eruditus vir dedit egregias *Obſeruationes Eugenialogicas & heroicas, ſiue materiem nobilitatis gentilitiæ. Ius inſignium* & *Heraldicum, complectentes rerum in ſuprema Brabantiæ Curia aliisque ſummis conciliis iudicatarum, exemplis, edictis regiis & interpretationibus confirmatas, Coloniæ Agrippinæ 1678. 4.* In hoc opere non ſolum de diuerſis nobilitatis ſpeciebus, ſed etiam *de armorum* iure agitur. Originem cauſſasque adſumtorum a *Nationibus* quibusdam certorum ſignorum & colorum, atque veſtium militarium iisdem ornatarum inueſtigatæ in *Traite des Marques Nationales tant des celles qui ſervent a la diſtinction d'une Nation en général, que de celles qui diſtinguent les Rangs des Perſonnes dont cette Nation eſt composée, & qui les unes & les autres ont donne origine aux Armoires aux Habits d'ordonna-*

donnance des Militaires & aux Livrees des Domeſtiques par BENETON - *de* MORANGE *de* PEYRINS, *a Paris 1739. 8.*

§. XXVII.

Particularia certorum Regum & Principum, vel nationum Inſignia alii expoſuerunt. CLAVDIVS FRANCISCVS MENESTRIER ſcripſit: *La Cour du Roy Charles V. ſurnomme le ſage, & de la Reine Ieanne de Bourbon, a Paris 1683. f.* in qua explicat tabulam quandam antiquam, exprimentem ceremoniam inueſtituræ Ludouici II. Ducis Borbonii. De Scriptoribus aliis qui inſignia regni Gallicani expoſuerunt, ſuperius iamdum capite decimo quarto §. XXII. egimus. De Venetorum *Inſignibus* egit IVLIVS CAESAR *de* BEATIANO qui ſcripſit *L'Araldo Veneto overo Vniverſale Armeriſta mettodico di tutta la ſcienza Araldica, trattato in cui ſi rappreſentano le ſigure e ſimboli di tutti gli Armeggi Nobili &c. in Venetia 1680. 4.* Hic æque tradit præcepta artis Heraldicæ & exempla inſignium Imperialium, regiorum. electoralium, ducalium, liberarum quoque rerumpublicarum, quæ heraldice recenſentur. In rebus patriis quidem fide dignus eſt, ſed nomina prouinciarum Germaniæ miſere ſunt deprauata Cum Armis coniungimus *Sigilla*, quæ rei hiſtoriæ inſigne ſubſidium præbent, de quibus ex inſtituto egit IOANNES HEINECCIVS præclaro eruditoque *de veteribus Germanorum aliarumque nationum Sigillis*, ex *Editione altera Francofurti & Lipſiæ 1719. f.* cum figuris æneis. Conferantur: DOMINICO MARIA MANNI *Oſſervazioni Iſtoriche ſopra i Sigilli Antichi de Secoli Baſſi, Firenze 1739. 4.* & pars ſecunda *ibid.*

ibid. 4. qua 15. Sigilla, & ſimul varii ritus, illuſtrium Familiarum ſtemmata, prærogatiuæ Eccleſiarum & Ordinum priuilegia illuſtrantur. Adde curioſam commentationem POLYCARPI LEYSERI *de Contraſigillis medii æui*, *Helmſtadii* 1726. 4.

§. XXVIII.

Vltimum reſtat, vt dicamus de *Dictionariis Hiſtoricis*, de quibus tamen cum plerumque ſimul exponant capita ad literas pertinentia in Introductione ad Rem. Lit, *capite quarto* §. XVII. iamdum egimus. ROBERTVS STEPHANVS huius rei initium fecit, qui *Dictionarium Nominum Propriorum Virorum*, *Mulierum*, *Populorum*, *Idolorum*, *Vrbium*, *Fluuiorum*, *Montium*, cæterorumque locorum, quæ paſſim apud melioris notæ auctores leguntur, dedit *Coloniæ* 1576. 8. Poſt hunc, CAROLVS STEPHANVS edidit *Dictionarium Hiſtoricum*, *Geographicum & poeticum*, quod ex editione *Nicolai Loydii* prodiit *Oxonii* 1670. *f.* Sed iſta plerumque ſaltim ad nomina propria explicanda, quæ apud Scriptores veteres occurrunt, faciunt. Secutus hoſce fuit IOANNES IACOBVS HOFMANNVS, cuius *Lexicon Vniuerſale Hiſtorico-Geographico-Poetico-Philologicum* ex editione optima prodiit *Amſtelodami* 1698. *f.* Hic in hiſtoriis & fabulis, viris etiam claris occupatus eſt, potior tamen in Geographicis. LVDOVICI MORERI *Magnum Dictionarium Hiſtoricum gallice* eſt ſcriptum, & ex octaua editione auctius longe & emendatius prodiit cura *Ioannis Clerici*, *Amſtelodami* 1699. *f.* poſtea cum additamentis per *Vaultierum*, *Pariſiis* 1701. *f.* Ex Editione *Decima Octa-*

ua, aucta vt indigitatur 11000. articulis, editum ſumptus præbentibus diuerſis bibliopolis Batauis, ſub titulo: *Le Grand Dictionaire Hiſtorique*, *Amſterdam*, *à la Haye &c. 1740. f. VIII. Volum.* Translatum hoc quoque fuit, cura potiſſimum *de la* CROSE, in linguam *Anglicam*, ita vt tot factæ editiones ſatis teſtentur de communi adplauſu. Per frequentes Editiones, errores qui in tam amplisſima expoſitione vix evitari poſſunt & defectus ex parte ſunt ſublati inſignesque plane articulorum acceſſiones factæ, inque notitiis familiarum illuſtrium multa ſupplementa inſerta. Elegantiſſimum eſt PETRI BAELII *Dictionaire Hiſtorique & Critique*, quod emendatius longe atque auctius prodiit *Roterdami 1702. f.* duobus tomis, omiſſis quæ in priori editione inutilia vel male dicta, videbantur. Recuſum *tertium, a Rotterdam 1720. f. 4. Voll.* & quarta vice *augmentée de la Vie de l'Auteur per Mr. des Maizeaux*, *1730. f. 4. Voll.* In hoc autem multi errores Moreriani emendantur magnam partem autem eſt literarium. Propoſuerat ſibi quidem SAMVEL CHAPPVZEAV, ob religionem exul ex Gallia, completiſſimum Lexicon tale edere, atque huius propoſiti ſui deſignationem dedit in libro cui titulus: *Deſſein d'vn Nouveau Dictionaire Hiſtorique*, *Geographique*, *Chronologique & Philologique à Celle 1694. f.* quo non ſolum errores *Morerianos* ſe emendaturum promiſit, ſed etiam omnia addere, quæ ſcire iuuenem in hiſtoria, geographia, chronologia & vniuerſa litteratura neceſſarium ſit. Sed cum ſextum & ſexageſimum ætatis annum iamdum ageret, nil niſi hæc deſignatio prodiit, licet ſe primum iam tomum confectum habere adfirmaret, ad reliquos vero duos, materiam omnem paratam. Promouente rem Thoma Fritſchio, Lip-

Lipſienſium bibliopola, prudenti & felice eoque omnem œconomiam operis diſponente, ac ſubſidia comparante lingua *vernacula*, editum: *Allgemeines Hiſtoriſches Lexicon, worinnen in Alphabetiſcher Ordnung beſchrieben wird das Leben der Patriarchen, Pabſte, Cardinæle, Gottes-Gelehrten, ingleichen der Kæyſer, Kœnige, Fürſten, berühmten Helden, Scribenten, Künſtler, nebſt Nachricht von anſehnlichen Geſchlechtern, Münchs-und Ritter-Orden, Heidniſchen Gœttern, ingleichen Beſchreibung derer Reiche, Længer, Stædte, Klœſter, Seen und Flüſſe &c. Leipzig 17 f. 2. Voll.* Directorem conducendi huius Lexici egit B. IOANNES FRANCISCVS BVDDEVS eminenti tum in re literaria fama, qui ſocios laboris adſumſit *B. Burcardum Gothelffium Struuium*, Dn. *Gottlibium Stollium*, viros celeberrimos, doctiſſimos *Breslerum*, *Vhlium*, *Wendlerum*, aliosque a *B. Struuio* adſcitos. Quum diſtracta fuiſſet exempla, iteratæ editionis emendationem multo ſumtu curauit *Fritſchius* adhibitis illuſtribus fama eruditionis viris *Adamo Friderico Glaſey*, *Ioa. Iacobo Schmauſſio*, *Geſnero*, aliisque qui multa capita ſtudioſe diligenterque elaborarunt, ut adeo hæc ſecunda multo plenior & accuratior ſit priori. Dolendum tamen pereruditam B. *Buddei* Præfationem fuiſſe omiſſam. Primis collectoribus inſtitutum erat, vt fundamenti quidem loco ponerent *Dictionarium Morerianum*, in Germanicam linguam translatum, a næuis repurgatum, multis accesſionibus nouis ex *Bælii Dictionario* aliisque monumenis ineditis, Genealogiis etiam familiarum in Germania illuſtrium augerent, & magna cura adornarent, adlegatis vbique ſcriptoribus probatiſſimis. Editio tertia Lipſiæ 1730-32. IV. Voll. fol. atque *Fortſetzung* ibid. 1740. altera hoc quo ſcribimus

tempore edita. Recuſum hoc *Fritſchianum Lexicon*, additis tamen multis cum primis ad Hiſtoriam Helveticam & harum gentium Genealogias facientibus cura & cum Præfatione eruditiſſimi viri IAC. CHRISTOPHORI ISELINI ex recentiore Editione *Baſileæ 1729. f. 4. Voll.* cuius ampla *Supplementa* nuper promiſerunt Baſileenſes docti viri. Ex hiſce aliisque *Lexicis* deſcriptum *das Lexicon vniverſale*, vaſtum & voluminoſum iam XXIV. Tomorum, ſed nondum ad finem perductum. Huc quoque faciunt *Theſauri* CHRISTOPHORI BESOLDI, PAVLI MATTHIAE WEHNERI, & IOANNIS IACOBI SPEIDELII, quos continuauit AHASVERVS FRITSCHIVS & CHRISTOPHORVS LVDOVICVS DIETHERVS *in Theſauro Beſoldo Speideliano*, qui *Noribergæ 1686. f.* prodiit. Loci communes ſunt variarum rerum, neque tamen adeo rara, quæ ſub titulis continentur. Verum, prout de Dictionariis eiusmodi iam alio loco diximus, habent iſta vſum ſuum pro iis, qui leuiter ſaltim inſtrui cupiunt, ſi modo accurata ſint. Iis vero, qui ſolida amant, non ita proſunt, niſi vt aliquos fontes ſcriptorum, ſi qui adlegati, exinde hauriant. Vbi tamen vel genealogica tractant vel litteraria, multa ex iisdem hauriuntur ſingularia.

§. XXIX.

Vltimo loco conſiderandi veniunt *Scriptores, qui Calendaria Hiſtorica* nobis dederunt. Inter antiquiores plures hanc exponendi rationem adhibuerunt. Primus hoc egit MICHAEL BEVTHERVS, qui *Ephemerides Hiſtoricas* ſcripſit & de annorum mundi concinna diſpoſitione libellum, *Lutetiæ* primum editum 1551. poſtea *Baſi-*

Baſileæ 1556. 8. in quo per ſingulos menſes atque dies progreditur & vel natales illuſtrium dies, vel emortuales, prælia, aliaque ſingularia quouis die geſta exponit, prolixo ad continuandum ſpatio relicto. Ad huius poſtea exemplum PAVLVS EBERVS *Calendarium Hiſtoricum* ſcripſit *Wittebergæ 1571. 4.* Secutus hoc PROCOPIVS LVPACIVS, qui æque *Calendarium Hiſtoricum* adornauit *Pragæ 1584. 4.* ELIAS REVSNERVS *ephemeridem* ſcripſit ſ. *Diarium Hiſtoricum Faſtorum & annalium, Francofurti 1590. 4.* Germanico idiomate *Calendarium Hiſtoricum* compoſuit ABRAHAMVS SAVRIVS & ANDREAS GOLDWVRMIVS, qui in Calendario ſuo hiſtorico, eccleſiaſtacam potiſſimum perſequitur hiſtoriam. Sed præcipue æſtimandum eſt Opus HENRICI ANSHELMI *von* ZIEGLER *und* KLIPHAVSEN quod inſcribitur *Täglicher Schauplatz der Zeit*, quod ex editione ſecunda eademque auctiori prodiit *Lipſiæ 1701. f.* Locupletiſſimum eſt inter omnia quæ proſtant, non leuibus rebus & hiſtoriis, ſed notatu dignis, adiectis etiam adlegatis refertum, ita vt non immerito ſit vtiliſſimum, illis præſertim, qui oratoriam tractant, vel alias adparatu haud adeo magno librorum ſunt inſtructi, ob diuerſarum rerum collectionem. Hoc inſecutum fuit aliud, quod ſub titulo *Hiſtoriſches Labyrinth der Zeit*, prodiit *Lipſiæ 1701. f.* cum egregiis Continuationibus. Hoc licet ſub certis titulis varios euentus hiſtoricos recenſeat, ſingulares Regnorum atque illuſtrium familiarum pericopas, genealogias, coronationes & ſimilia, per indicem tamen hæc ſingula ad menſes diesque diriguntur. Tacemus

iam *Calendaria Hiſtorica* certarum in Germania *familiarum* illuſtrium, de quibus edendis fere olim certabatur, quæ plerumque ſubitaneo labore fuerunt elaborata & a nobis ex parte ſuo ordine & loco indicata.

Quis Liber a mendis liber, vix ullus in orbe

Semper habent mendas devia prela ſuas

Quas ergo invenies hic mendas candide LECTOR

Emenda & mendis diſce cavere tuis.

S. D. G.

SVP-

SVPPLEMENTA
QVAEDAM
LIBRORVM OMISSORVM VEL RECENS EDITORVM.

Ad p. 23. Coniungendæ: IACOBI PERIZONII *Origines Babylonicæ & Ægyptiacæ*, ex *Editione Secunda*, cui *Præfationem* & alia quædam addidit *Carolus Andreas Dukerus*. Accedit *Tomo II.* HIERONYMI VAN ALPHEN Diſſ. *de Annis Iudicum Hebræorum, Traiecti ad Rhen. 1736. 8.*

Ad p. 91. Solide, ſine partium ſtudio, venuſte, pragmatice Vitam *Iuliani* Imp. ſcripſit ANONYMVS Gallus, ſub titulo: *Vie de l' Empereur Iulien, Amſterdam 1735. 8.*

Ad p. 133. §. XI. Eandem periodum rerum geſtarum, quam *Perizonius* latine exhibuerat, lingua gallica deſcribendam putauit a fine ſeculi XV. ad annum vsque 1658 Carolo V. emortualem Libris XXV. Dn. DVRAND Miniſter Eccleſiæ S. Martini & Societatis Regiæ Londinenſis Socius in *Hiſtoire du Seizieme Siecle, a la Haye 1734. 12. 4. Voll.*

Ad p. 144. Ampliſſime Collectionis Supplementa edita ſub titulo: *Supplement au Grand Corps Diplomatique Amſterd. 1739. f. 5. Voll.* quo in extat *Ceremoniale Diplomaticum* & *Hiſtoire des anciens Traitez.* cura V. C. BARBEYRACI collecta.

Ad p. 146. Collectionis quam pararuit Dn. LAMBERTY prodiere *Tomus XIII. & Tomus XIV. Amſterdam 1740. 4.* Dn. ROVSSET iam editæ *Tomus XII.* & *Tomus XIII. 12.*

Ad p. 150. Noſtro aeuo ad exponendam copioſe omnem orbis Hiſtoriam acceſſit V. C. AVGVSTINVS CALMET Abbas Senonenſis qui edidit: *Hiſtoire univerſelle ſacrée & profane depuis le commencement du Monde jusqu' a nos jours, Strasbourg 1735. 1739. 1740. 4.* VI. Tomes, ſed producta ſaltim vsque huc enarratio vsque ad Sec. V. Præmiſſis Præfationibus ample agit de argumentis quibusdam ſingularibus, quibus res certæ Periodi multum illuſtrari poſſunt.

Ad p. 180. Addi debent Itinerariis *Memoires du Chevalier* D' ARVIEVX *par le P.* IEAN BAPTISTE LABAT, *Paris 1735. 12. 6. Tomis.* Eques *d' Arvieux* Legatus fuerat Regis Galliarum Conſtantinopoli extraordinarius & nationis Gallicæ Conſul Aleppenſis, Algeritanus & Tripolitanus, & ex ſchedis ipſius Itinera Conſtantinopolitana, aliaque in

Aſiam

Aſiam, Syriam, Palæſtinam, Arabiam, Barbariam, a *Labato*, deſcripta. *Sexto* Tomo extat PIQVETI Epiſcopi Cæſaropolitani Relatio ad Dn. *d'Arodeur* de Itinere ſuo in Perſiam.

Ad p. 186. *Armenicæ* Hiſtoriæ inſeruiunt præclare MOSIS CHORONENSIS *Hiſtoria Armenicæ Libri Tres cum eiusdem Auctoris Epitome Geographiæ*, opera & ſtudio GVILIELMI, & GEORGII GVILIELMI WHISTONI *Filiorum*, *Armenice & Latine* cum ſelectis Notis editi *Lond.* 1036:4. *mai.*

Ad p. 208. Egregii plane ſunt de hiſtoria rebusque Ottomannorum regnatorum commentarii, quos *latino ſermone*, conſcripſit DEMETRIVS CANTEMIR Moldauiæ quondam Princeps, in recentioribus teſtis oculatus, quosque Filius ANTIOCHVS CANTIMIR Auguſtæ Imperatricis Ruſſorum in Regno Magnæ Britanniæ Plenipotentiarius, in lucem produxit, ſed quod dolendum ſaltim *anglice*, interprete N. Tindalio, ſub titulo: *The Hiſtory of the Growth and decay of the Othman Empire*, *London* 1734. *f. duabus Partibus*, quarum *prior* amplificationem Imperii ab *Othmane* fundatore vsque ad *Mahometem IV.* ſiue ab An. 1300. vsque ad Obſidionem Viennæ a. 1683. altera decrementa a *Mahomete IV.* vsque ad *Achmedem III.* adeoque ſpatium quo auctor vixit, complectitur, additæ ſunt operi Icones Imperatorum Turcicorum æri inciſæ ad exempla tabularum pictarum in Seraglio ſuſpenſarum facta per Pictorem aulicum ſuperioris Imperatoris. Digniſſimus ſane liber qui ex autographo celſiſſimi auctoris lingua eruditorum communi & originali iterum edatur. Addatur Liber qui & varia refert ad recentiorem hiſtoriam auctore illuſtriſſimo Comite MARSILIO (*Marſigli*) collectus ſumma cura inter ipſos Turcas, & editus ſub titulo: *Stato Militare dell' Imperio Ottomanno*, italico & gallico idiomate prodiit *Hagæ Comitum* 1732. f. multis iisdemque accuratiſſime ſculptis æneis tabulis illuſtratus, cuius magna pars decerpta, ex Turcico libro *Canon Name*, quem inſigni pretio Conſtantinopoli adquiſiuit, reliqua agens inter ipſos Turcos & captiuus & liber, teſtis oculatus didicit.

Ad p. 304. *Galliæ* dum Romanis parebat *Antiquitates quædam ſelectas atque in plures Epiſtolas diſtributas* debemus ſummo Viro, illuſtriſſimo Marchioni SCIPIONI MAFFAEO, quæ XXVI. Epiſtolis exhibitæ, partim *latine*, partim *gallice italiceque* ſcriptæ, formis excuſæ *Pariſiis* 1733. ad iſtud exemplar *Pariſinum* iterum editæ *Veronæ* 1734. 4. acceſſere Epi-

ſtolæ

ſtolæ duæ altera Sorbonicorum Doctorum ad Auctorem huius operis, altera *Iohannis Polenii* de *Olympico Theatro.*

Ad p. 306. Scriptorum rerum *Francicarum* nouæ Editionis Tom. II. Præf. extant Editoris hor. Scriptor. Domni MARTINI BOVQVETI VIII. eruditæ *Diſſertationes:* De origine; nomine; regno, & finibus; moribus; regibus Francorum; de tempore fixarum a Francis in Galliis ſedium; de Forma Regiminis; deque Succeſſione Regum.

Ad p. 337. Nouæ, rariſſimæque huius & ſumptuoſæ Collectionis S. R Fr. paratæ Editionis Oeconomiam vide in *Actis Eruditorum Latinis Lipſienſibus An. 1739. p. 568.* Prodiere, iam, priores bini Tomi ſub titulo: *Recueil des Hiſtoriens des Gaules, & de la France, contenant ce qui s'eſt paſſé dans les Gaules, & ce que les Francois ont fait ſous les Rois de la premiere Race, par Dom.* MARTIN BOVQVET *Pêtre Religieux Benedictin de la Congregation de St. Maur, a Paris 1638. f.* Tom. I. & II. cum Præfatione Editoris *gallica & latina.*

Ad p. 437. Plena quidem obſeruationum egregiarum, ſed quandoque & ſingularium eſt: *Hiſtoire critique de l'Etabliſſement de la Monarchie Françoiſe dans les Gaules &c. par Mr. l'Abbe du* BOS, edita *Paris 1734. 4. mai tribus* Tomis, qua potiſſimum adſerere conatus Francos Gallias per Pacta cum Romanis, non vi aut tyrannide adquiſiuiſſe. Quam ſententiam pererudite confutauit B. IOANNES GVILIELMVS HOFFMANNVS, duabus Diſſertationibus *de Fœderibus, quæ Imperatores Romani cum Francis ante tempora Clodouæi fecerunt, Witteberga 4.* expoſitæ.

Ad p. 429. Recentiores Vitæ Rerumque *Ludouici XIV.* Scriptores ſunt: *Eſſai ſur l'Hiſtoire du Siecle de Louis XIV. par de* VOLTAIRE, *Amſterdam 1740. 8.* quæque nondum mihi viſa, ex bibliopolarum indicibus ſaltim nota: *Hiſtoire de la Vie & du Regne de Louis XIV. Roi de France & de Navarre, redigée de feu Mr. le Comte de *** & publiée par Mr. Bruzen de la* MARTINIERE, *enrichie des Medailles pour les principaux Evenements. 4.*

Ad p. 431. Addatur: *Hiſtoire du Syſteme des Finances ſous la Minorité de Louis XV. pendant les Années 1719. & 1720. precedée d'un Abregé de la Vie du Duc Regent & du Sr. Law, Haye 1739. 12. 6. Voll.*

Ad p. 448. inſerenda: *Hiſtoire des Ducs de Bretagne & des differentes Revolutions arrivées dans cette Province par Mr.* GVYOT *des* FONTAINES *Paris 1739. 12. 6. Voll.*

Ad p. 473. Gallica *Thuani* verſio quæ *Pariſiis* fuit edita, hunc præfert titulum: *L'Hiſtoire univerſelle de* I. A. de THOV, *avec la Suite par* N. RIGAVLT; *les Memoires de la Vie de l'Auteur, un Recueil des Pieces concernant ſa Perſonne & ſes Ouvrages, & les Remarques Hiſtoriques & Critiques de Caſaubon, de du Pleſſis Mornay; G. Laurent; G. Patin; P. Bayle; J. le Duchat & autres XI. Voll.* recuſa *Haye 1740. 4. XI. Voll.*

